



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pavli Fvschi Episcopi Sarnensis De Visitatione Et
Regimine Ecclesiarvm. Libri Dvo**

Fusco, Paolo

Romae, 1616

Pavli Fvschi Episcopi Sarnensis De Visitatione Et Regimine Ecclesiarvm.
Liber Secundus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61768](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61768)

P A V L I
F V S C H I
E P I S C O P I
S A R N E N S I S
D E V I S I T A T I O N E
E T R E G I M I N E
E C C L E S I A R V M .

Liber Secundus.

P R A E F A T I O .

AD ILLVSTRISSIMVM DOM. PHILIPPVM
Vastauillanum S. R. E. Cardinalem Amplissimum.



ETSI in humanis actibus, (Illustrissime Cardina-
lis,) Prudentia requiratur, vt cuncta suo ordine
gubernentur, quando tamen de salute animarum
agimus, maior, & diligentior est adhibenda. Cum
virtus quædam existat, inclinans ad quærendum
vera bona, habens vim, quasi diuinam, nec so-
lum in litterarum peritia verletur, sed, & in ne-
gociorum dispensatione. Cum temperantia, quæ
est habitus voluntarius, electius, refrenans delectationum concupi-
scentias, necessaria ad bene viuendum. Quia bene viuere, consistit in
O bene

bene operando . Ad bene autem operandum requiritur electio recta ,
 vt bene viuendo per prudentiam gratia suffultam , perueniatur ad vi-
 tam sempiternam . Ideo Dominus dixit . *Estote Prudentes , sicut Ser-
 pentes .* Et quæ nisi adhibeatur : quid est , quod benè fiat ? Cumque
 omni tempore fuerit vigilandum , hocque quam maxime id fieri oportet ,
 quia totus mundus est positus in maligno , nec tempus sufficit
 a malitijs hominum declinare , & vias Domini præscrutari . Tem-
 pus enim breue est , ars vero longa . *Et angusta est porta , & arcta est
 via , quæ ducit ad vitam , & pauci sunt , qui inueniunt eam .* Hæc con-
 siderans Prælatûs quiescere non potest , si muneri sibi iniuncto satisfacere
 vult , ideo cum Prudentia versetur ad regendas oues Christi , quia
 maior requiritur in dies . Nec sufficit in quibus est dictum ; Cumque
 mala continuo videat abundare , fortius in bene operando incumbere
 debet : quia hic labor ? hoc opus ? Sunt enim mali , & peruersi
 homines in hac vita exercitium piorum fidelium . Vnde dixit Augu-
 stinus . *Quod malus aut ideo viuunt , vt corrigatur , aut , vt per illum
 bonus exerceatur .* Cura episcoporum in ecclesia Dei est magna : in
 magnis versatur , & pro quibus Christus animam suam posuit . Ex
 his colligi potest (Amplissime Cardinalis) quàm opus est vti Pruden-
 tia episcopis , & si in quibus supra diximus , fortius in infra dicendis ,
 Riuli sunt multi , & fons magnus ? Quis enim potest per rectos trami-
 tes aquam ducere ; qua omnes sitiunt , nisi Deus dederit ? qui est
 fons aquæ salientis in vitam æternam , & cui dixit Petrus . *Domine
 ad quem ibimus , verba vitæ æternæ habes .* Cum enim omnibus redda-
 tur . Visitando ecclesias collegiatis , Parochiales , personas , loca ip-
 sa , de statu ecclesiastico , & temporali perquirendo , vt sic fiat opus
 dei , quia pater noster Agricola est : Corrigendo malos , qui odio ha-
 bent lucem . Quia *Lux venit in mundum , & dilexerunt homines ma-
 gis tenebras , quam lucem .* Cum discretionæ tamen , quæ est mater
 omnium virtutum . Nam si tollas discretionem , virtus vitium erit ,
 quicquid boni cum discretionem feceris virtus est , quicquid sine discre-
 tione gesseris vitium est , si boni sunt eos confirmando , sicut Ioan-
 nes testatur . *Maiorem horum non habeo gratiam , quàm vt audiam ,
 filios meos in veritate ambulare .* Consolando afflictos , quia in tribu-
 lationibus acquiritur regnum coelorum . *Nonne oportuit pati Chri-
 stum ,*

sum, & ita intrare in Gloriam suam. Et si erimus socii passionum, estimus, & socii consolationum. Hortando ecclesiasticos ad ecclesias bene regendas, fructusque bene dispensandos, subiectione præpositorum, & Dominorum suorum manere. In cunctis versatur cura episcopi, ne intrent lupi rapaces, & dissipent gregem: sic pertuenitur ad vitam æternam, quæ bene operantibus reposita est. Hæc sunt (Illustrissime Domine) de quibus in hoc secundo libro tractaturi sumus, in quibus optime complendis, vt cunctis vtilia reddantur, tuum est auxiliari, & fauere. Nam si Benignitas tuarum heroicarum virtutum, quibus omnia summa ratione præscrutaris, in his scribendis non adierit, vix est, vt hanc paruulam ratem ad portum reducam. Cum enim splendori tuæ antiquissimæ Nobilitatis, spectatissima semper coniuncta fuerit Religio, hoc tamen numquam defuit, maxima animi liberalitas, & in fauorem studiorum propensa voluntas, ex quo, & omnibus Sacri Collegij Amplissimis Patribus charissimus existas, cæterorumque animos, etiam Magnorum Principum conciliatos habeas, ipsique te laudent, venerentur, summisque honoribus dignum extollant. Et sicut sanctissimum Dominum Nostrum, Dominum Gregorium Decimum Tertium Pontificem Maximum, in regendo toto orbe Christiano, plurimum admirantur, sapientissimumque, & vigilantissimum confiteantur. Præsertim vero, quod te Illustrissimum Principem, in sacrum purpuratorum Patrum Collegium duxerit coaptandum, prudentissimum prædicant, & iustis laudibus efferunt. Quorum conceptam expectationem, & iudicium, non solum re ipsa confirmasti, sed longo itinere superasti. Inde fit, vt ego libentius sub tuo patrocinio, faustisque auspicijs in meum hoc prosequendi studium maiores summamque animos, proponamque audacius hos huius Secundi Libri nuncupare labores. Quamobrem precor, vt quemadmodum in superioribus benigne, tuum mihi impendisti fauorem, vt foelicem exitum nostri conatus sortirentur, sic nunc eundem & maiorem adhibeas, vt quod prospere coeptum est, faustum, ac foelicem te adiuuante finem consequatur. Grato igitur animo accipe has nostras lucubrations, quæ etsi a tenui ingenio proficiantur, quia tamen de grauibus causis tractant, spero eas tibi fore non iniucundas, & alijs quàm vtilis, & necessarias, animumque nostrum in his respice.

Rogoque, vt quod præstare vellem, consideres. Ita enim quod tuum est proprium adimplebis, & ad alios libros perficiendos maiores mihi iniicies vires. Interim meum erit, Deum Optimum Maximum obnixè deprecari, vt foelicem tibi, longamq. concedat vitam, & omnes conatus tuos confirmet.



P A V L I
F V S C H I
 E P I S C O P I
 S A R N E N S I S
 D E V I S I T A T I O N E
 E T R E G I M I N E
 E C C L E S I A R V M.

Liber Secundus.

DE ECCLESIIS COLLEGIATIS.

CAP. PRIMVM.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|---|
| <p>1 Eformationis ordo qui fit.</p> <p>2 Regula Ecclesie collegiata qua fit. Ex quibus cognoscatur, nu. 3. Ex quibus fit collegiata, nu. 4. Et quid hodie si est destituta collegio, nu. 5.</p> <p>6 Episcopus an possit ecclesiam non collegiatam facere collegiatam.</p> <p>7 Collegia, capitula, monasteria an differant.</p> <p>8 Ecclesia ex parochialibus possunt fieri collegiatae.</p> <p>9 Ecclesia collegiata an veniat appellatione parochialium.</p> <p>10 Ecclesia collegiata, quomodo, & quando dicatur curata.</p> | <p>11 Ecclesia conuentualis an comprahendat collegiatam.</p> <p>12 Ecclesia collegiata ad quod tenetur episcopo.</p> <p>13 Capella an possit effici collegiata inuito patrono.</p> <p>14 Rector ecclesie collegiatae an debeat esse sacerdos, & residere. Et in alios habeat iurisdictionem, num. 15.</p> <p>16 Electio, & confirmatio capellarum Ecclesie collegiatae ad quem spectet.</p> <p>17 Clerici quos debent institui in ecclesia collegiata.</p> <p>18 Collegium an possit institui a duobus canonicis.</p> |
|---|---|

Vniuersitas potest in vna conseruari. eod. num.

19 *Visitatio ecclesie collegiate in qui-*

bus consistat.

10 *Ecclesia collegiata potest sibi facere statuta.*

SUPERIORI libro de Ecclesie cathedralis visitatione ad plenum dictum est, ab ipsa, ordinem accipiendo, iuxta formam traditam, in cap. Romana, §. fin. de censib. lib. 6. † Vt reformationis, & morum correctionis norma a maioribus ad alios principium habeat. Vt dicitur in c. 1. in princ. de reform. sess. 6. Conc. Trid. Cum episcopus dicatur caput, clerici membra, episcopus, & capitulum vnum corpus, c. nouit de his, que fiunt a pael. Et sicut in vno corpore plura membra habemus, & ipsa non eundem actum exercentia. ad Rom. cap. 12. de hæret. c. cum ex iniuncto. §. sicut, ita, & in ecclesia, quæ corpori assimilatur, plura sunt membra per diuersa officia distincta, c. singula. 89. distin. & conuenit quippe, vt episcopus, quod alijs ordinat, ipse primum obseruet, sicuti Seuerus, & Antoninus Imperatores sæpe rescripserunt, quod licet essent soluti legibus, volebant tamen legibus viuere. in §. fin. instit. quib. mod. testa infirm. Vnde ad aliarum ecclesiarum visitationem procedendum est, in quibus maxima profecto erit episcoporum in his periculosis temporibus diligentia, propter abusus in pluribus exortos, & mores deprauatos, & inueteratos, dimissamq. ecclesiasticam disciplinam, vt hoc reformare sit præcipuum virtutis opus, & quod est scandalum, inferens, rescindatur, alias. *Frustra extra ecclesiam positus relinimus. Si ab his, qui intus sunt,*

in eis, quos decipiunt vulneramur. Inquit, Leo Papa, transumptiue in cap. illud. quæst. 3. quare merito ad ecclesias collegiatas oculorum actus dirigenda est: in quibus sunt aliqua videnda. † Et primo quid sit ecclesia collegiata, & quæ sit, vt sciat episcopus, seu alius visitans inquirere, & prouidere, quæ oportuerit inquiri, & prouideri. Est enim ecclesia collegiata certo numero clericorum, siue canonicorum ordinata, vt ad minus tres sint, dicit glo. ad quam continuo fit remissio. in cap. nobis. de iur. patron. attendendo priuilegium, si q. est, vel sit fundatio ipsius. Et potest esse collegiata actu, & habitu, simul, & habitu tantum. Primo casu, quia sit priuilegiata, & ordinata, & hodie extat, sunt canonici, adsunt parochiani. Secundo vero casu, scilicet habitu tantum, quia licet. Primo hodie vero caret collegio canonicorum, vel morte, vel priuatione, & extinctione ipsorum. Cum deficientibus personis collegij, deficiat collegium. arg. gloss. in capit. licet canon. de elect. lib. 6. in verb. par. eccl. Sed tamen non desinit esse collegiata ecclesia, quia potest contingere succedere ipsas personas ad collegium seu ad seruitium, vnde idem iudicium faciendum est de vna, quod de alia, vt plene scribit Alexand. in consil. 34. viso puncto. lib. quarto in nouis. & dicimus habitum quotidie posse ad actum reduci. Doct. in cap. statutum. de elect. lib. 6. & in capit. deliberatione, vbi Dom.

Ant.

Ant. n. 12. de offi. leg. eo. lib. vbi quid
 inest actualiter, vel habitualiter, &
 hæc etiã sunt notanda adq. pro eccle
 sia curata actu, & habitu, vel habitu
 tantum, vt infra eod. lib. cap. 1. dice
 3 mus. † Et subdit Ioan. And. in alleg. c.
 nobis, cognosci ecclesiã collegiatam
 ex pluribus. Ex cõmuni sigillo, tracta
 tu in publico, cõmuni archa, cõmu
 niq. refectorio, & dormitorio, aut si
 pro tribus fuit dotata, nec sufficit plu
 res esse, nisi vnũ corpus faciant per sũ
 pradicta. Mil. ecclesia 2. vel ex parti
 culari institutione, vt ibi plures colle
 giatim resideat. Abb. eo. c. nobis. sequi
 tur Guid. Pap. decif. 278. incip. eccle
 sia collegiata. Roma. conf. 4. 6. quod
 inductum. nu. 9. cũ seq. cũ gl. in extra
 uag. suscepti regiminis. Ioann. 22. ne
 Sed. vac. lib. 3. Sed cum prædicta so
 leant variari, & aliqua nõ sint hodie
 adeo necessaria, vt alias nequeat esse
 ecclesia collegiata, ideo reducenda
 sunt ad tria sũm veriore opinionem,
 4 ex quibus ecclesia fit collegiata. † Et 6
 primo ex fundatione, quæ est effica
 cior causa, quia sic fuit fundata, vt ibi
 sint tres, vel quatuor, qui faciant col
 legium, collegialiterq. viuant, & est
 lex in primo rei statuta, secus si fue
 rit fundata pro vno sacerdote, & cle
 rico tantum, qui sit minister. iux. not.
 in cap. 3. de vit. & hon. cler. Secundo
 erit collegiata ex diuturna possessio
 ne gerẽte se pro ecclesia collegiata,
 in omnibus actibus facere ecclesiam
 collegiatam: tunc quousque contra
 rium nõ probetur, durabit in posses
 sione, & ecclesia collegiata, conformi
 decisione data, in c. cũ venissent
 in sui conclusione, de Instit. & tunc
 præsumitur sic fuisse ex supradictis.
 arg. not. in c. dilecta, de excels. prælat.

gl. in c. statutum de elec. li. 6. Vltimo
 est dare modũ facere ecclesiam col
 legiatã, per vim priuilegij, q̄ ita fit. c.
 1. 11. q. 1. de quo inf. n. 6. cũ alijs, quæ
 dicũt doc. in eisdẽ locis. † Vnde con
 cludendum est secundũ allegatã gl.
 q̄ ecclesia actualiter olim collegiata
 & hodie per mortem collegio desti
 tuta, remanet nihilominus collegia
 ta, et statuta de ecclesia collegiata ad
 ipsam locũ habent. eod. c. statutũ, per
 gloss. & pulchre Fel. in. c. accedentes
 col. 1. de præscriptio. Sed est satis du
 rum in una fieri eã considerationem,
 quando habitũ tantum, ac si in actu,
 vel si est timor nunquã recuperandi
 collegium, vt de curata dicemus, i
 deo aliud in practica est faciendum,
 iudicium circa conseruationem, &
 existentiam, sed sufficiat, quod com
 modius fieri potest, nec eadẽ sunt fa
 ciendæ in ordinationes, sed conser
 uanda quæ sunt in esse, & quando
 contigit illud fieri, possit ad suum
 statũ reduci. † Et quod dicitur de pri
 uilegio. facit ad q. Si episcopus, per
 suũ priuilegium possit facere eccle
 siã de non collegiata, collegiatam,
 & sic de non esse ad esse. si loquimur
 de Summ. Pontifice, potest quando
 cumq. & quomodocumq. vult: quia
 suprema eius potestas, in extrauag.
 vnam sanctam, de maior. & obed. Si
 de episcopo, secus, nisi vocatis illis,
 quorum interest, de maio. & obed. c.
 inter quatuor, vbi esset procedere si
 ne citatione, & causæ cognitione, &
 de facto, gl. ibi. & laici, aut alij præten
 dẽtes retraherẽtur ab ecclesiarũ ædi
 ficatione. Si tñ ecclesia libera esset, &
 patitur ex sui magnitudine, & reddi
 tum amplitudine, talem statim po
 test facere collegiatã, argum. a contr.
 eius.

eiusd. tex. c. omnes basilicę, 11. q. 3. 16.
 q. 8. c. oēs. Nec tamen displicet opi-
 nio Rebuffi negantis posse per epi-
 scopum, sed per solum Summū Pon-
 tificem in pract. benef. 7. part. tit. de
 erect. in colleg. fol. 231. quod tutius
 videtur. † Nec vnum sunt Collegia,
 Capitula, & Monasteria, idē Rebuff.
 super constit. Franc. lib. 2. de lib. bap.
 gl. 2. vers. 3. per sui materiam, per ca-
 pitulum c. Sanctę crucis, de rescript.
 Quę tex in dubio vertente in facto,
 diximus procedere in receptione fa-
 cienda, quę consistit in facto, non
 de ea, quę dicitur iuris, cum cadat
 inter vtramq. differentia Staph. de
 grat. expect. form. 5. nu. 13. vbi ponit
 alias quatuor differentias, & not. hęc
 nomina, Collegium, Capitulum, Mo-
 nasterium, esse nomina collectiua, 9
 quia vnumquodq. significat multitu-
 dinem, per doct. Bal. in l. si. C. de im-
 pub. Fel. & alij, in eod. c. capitulum
 sanctę crucis, vbi de Collegio, & Cō-
 uentu denotante non solum fratū
 congregationem, sed plerumq. gene-
 rale concilium: De Concilio, Cœtu,
 & Conuentu, in c. 1. 15. dist. 8. syno-
 dus de quibus non modo, sed de ip-
 sa collegiata, sequendo claritatē in-
 loquendo. Quia claritas est de essen-
 tia legis c. erit autem lex. 4. dist. Fel. in
 proœ. decret. col. 1. † Et cum plus sit
 ecclesiam esse collegiatam, non am-
 bigitur, quin ex parochiali possit fie-
 ri collegiata ecclesia, per not. in cap.
 statutū, de elect. lib. 6. & fortior sit an-
 nexio: Dicūt. n. ibi Doct. quod colle-
 giata parochialis maior est, quā sim-
 plex parochialis. Vnde dispositum in
 c. licet canon. eo. tit. non procedit in
 ipsa, qñ parochialis est accessoria ad
 collegiatā, Dom. ibi. n. 3. ad quod di-

xit Ioan. Andr. Quod multi habentes
 ecclesia parochiales, procurauerūt eas
 fieri collegiatas, vt pœnam eiusd. tex.
 c. licet canō euaderent: quamuis eos
 propter reseruaciones penituerit. (Et
 hoc reformandū erat in ecclesia no-
 stra Rauellensi, pro ecclesia sancti Io:
 Baptistę de Thoro, quam, & diuitē
 tenent multi, nec, vt parochialem,
 nec vt collegiatam, cum sit in nume-
 ro propter seruientes, & Pius III.
 in vna sua institutione facta præsen-
 ti possidenti in medietate, dicat soli-
 tum serui per plures, vt exinde ar-
 guat collegiatam, ideo pro vltima re-
 seruauimus, quod imperfectum re-
 mansit, vt D. Scattarectica noster suc-
 cessor potuerit supplere, si ad id men-
 tem vertit, pro reformatione, q̄ ad
 oculos patet.) † Ex quo notanter eli-
 citur appellatione ecclesię parochia-
 lis non contineri ecclesiam collegia-
 tam, gl. not. in eo. c. statutum, iuncto
 c. licet canon. quam singu. dicit Gul.
 Bened. de homic. num. 11. Idq. aduer-
 tere debent omnes Prelati, in edictis,
 & monitionibus, quod primum ex-
 primant ecclesias collegiatas, demū
 parochiales, & in Conc. Triid. sess. 6.
 de refor. c. 4. dicuntur ecclesię colle-
 giatę post cathedrales maiores, quod
 facit ad multa, quę quotidie eueniūt.
 Nec præiudicium alijs fieri debet.
 Nec mutanda sunt, quę antiquam,
 & certam habuerunt interpretatio-
 nem l. minime, ff. de leg. ad quam vi-
 deto Bal. conf. 473. circa quęst. præ-
 cedentem 2. col. 5. vol. Carol. Ruin.
 10 conf. 110. vol. 5. † Insuper hoc no-
 men collegiata ecclesia compræhen-
 dit tam quę est in actu, quā quę est
 in habitu per supradicta, & Alex. co.
 conf. 74. licet frequētius vtrumq. re-
 quiratur,

quiratur, & actus, & habitus. Barbat. conf. 16. n. 6. lib. 1. nāq. aliud iudicā, qñ longo tpe se gesserit, tamquā nō collegiata. Per. de Anch. conf. 16. in princ. sicut de contrario diximus supra nu. 4. qñ pro collegiata se gessit. q̄ cum raro eueniat, non mirū si particularis non adest decis. in auth. vt fin. prohib. matt. post med. ex edicto Celsi Iurisc. in hb. 17. ff. de leg. 1. nam ad ea. cum in utroq. vere non possit adaptari eadem ratio, per dicta per doct. in alleg. c. canonum statuta. Quia, *Quod raro fit, non respiciunt legulatores, nec intuent digna sunt, que raro fiunt.* l. antiqui, circa finē. ff. si pars hær. pet. extra illud in ore omnium. *Omne rarum carum.* §. quanta cunq. in auct. de conf. c. legimus in Isā. 93. dist. gl. in extrauag. 10. 22. cum ad sacrosanctā §. circa. in verb. rationabilibus. de sent. excom. † Et prædicta de ecclesia collegiata, cū nomina mus ecclesiā conuētuāle, extendimus q̄ etiam dicatur collegiata. gl. in eod. c. nobis. de iur. patr. & licet dictum sit supra nu. 7. non esse idem, tamen ex cōmunitate loquendi, Ecclesia collegiata, Cōuentus, Capitulum, Collegiū Vniuersitas, synonyma sunt, & appellatione conuēntualis, collegiata comprehendat. Roch. de Cur. in trac. iur. patr. in verb. ecclesia. 3. q. etiam quod non sit caput, q̄ non est de necessitate, namq. & vniuersitas potest esse sine capite. Innoc. in c. non ignores, de præb. Gem. eo. c. statutum. n. 4. † Sed tamen licet ipsa ecclesia collegiata dicatur priuilegiata a parochiali, tenetur tñ ad seruandam hospitatem, & pertoluenda iura episcopalia, vt charitatum subsidium, procuraciones, & simul. in c. conquerente, de offi. or

din. vt dixi latius in cōpend. iur. episc. 2 par. & est gl. in c. cum sit. de conf. eccl. vel alt. adducit tex. in c. de monachis, de præb. & c. 2. de suppl. negl. præl. quæ gl. tractat materiā, quæ sit dos cōpetens pro ecclesia collegiata ad minus pro duobus, vel tribus, & ad alia prædicta, & meminit Abb. ibi. in fi. nu. 4. & vide supra lib. 1. c. 21. nu. 11. & inf. c. seq. nu. 12. † Capella verò inuito patrono non potest effici collegiata. Abb. in d. c. nobis. Innoc. in c. postulasti. eo. tit. si aut patronus consensit, perdit ius præsentandi: sed retinet alia iura: stante tamē necessitate placet opinio do Ant. quā sequitur, et Abb. quod possit fieri collegiata inuito patrono, ex ea potissimū rōne quia patronus ex gratia habet ius patronatus in ecclesia, ideo quod est necessarium ecclesiæ, non debet patronus impedire, per iura adducta, alias procedat cōtraria opinio. iuxta tex. in c. ex insinuatione, de iur. patro. Est. n. iudicium patroni multum sequendū qui ita dilexit ecclesiam, vt ei bona sua cōferret. dixit in alio simili. gl. eo. tit. c. postulasti. & Couar. in prac. qq. c. 36. num. 10. † Et ex dictis supra nu. 8. cum seq. concluditur Rectorem ecclesiæ collegiatae non teneri se promoueri facere ad sacerdotium, quia cura non est pœnes illum, sed apud alios de collegio. ideo non ligatur cōstitutione tex. c. licet canon. de elect. lib. 6. Nec itē ad residētā iure Conc. Trid. indictam, de reform. sess. 6. c. 2. licet alij secus. sess. 14. eod. Conc. de reform. gen. c. 12. §. præterea obtinentibus. & ponit Roma. conf. 25. n. 3. Etiam quod sit ipse ecclesiæ collegiate vnita accessorie aliqua ecclesia parochialis. c. extirpanda. §. qui ve

rò. de præb. & sic potest esse Rector non curatus, licet cura sit annexa. faciet tñ per vicariū in illa deferuiri, & not. expressè, q̄ non teneatur seruire. Mil. in verb. ecclesia vers. 16. nisi solitū. obstaret, q̄a in claris esset q. licet Doc. diuersimode loquantur:

15 Sed tñ † habet iurisdictionem in alios de collegio. quia dicit Prælatus ipsius ecclesiæ not. in cle. 1. de elect. (licet tex. cū gl. velit non venire appellatione prælati in cle. dudū. §. ab olim de sepult.) Possidet dignitatē cū iurisdictione. Punit cōtraueniētes & delinquētes in ipso collegio & de facto videmus in multis, quāuis nō gñā liter. Facit ordines circa diuina celebrāda in ipsa ecclesia doc in c. cū contingat de foro cōp. & ibi Abb. ad plenū, & iurisdictionē fori pænitiālis in parochianos subiectos: Nō tñ cōgnoscit de criminibus ipsorū clericorū collegiatorū. quia solus ep̄s habet iurisdictionē. vt ibi not. oēs. & in c. cū oēs. de constit. Abb. in c. edoceri de rescript. q̄ facit statuta etiā per modū viuendi. notat Fel. in ipsomet

16 c. cum oēs. in fin. verbis. † Et ad ipsū spectat confirmare clericos in beneficiis existentibus in ipsa ecclesia collegiata, siue in capellis. iux. notata in c. cum ecclesia Vulerana de elect. & c. postulati de concess. præb. Abb. in c. cū contingat n. 32. de for. comp. notat Archid. in c. qñ. 24. dist. & in c. nullus circa medium. 16. q. 7. discurret Fel. in c. cū venerabilis. nu. 37. de excep. & ibid. Abb. nu. 45. & collegium ipsum sibi eligit prælatum, si pænes ipsum fuit solitum obseruari. idem in c. nobis alleg. n. 8. in c. 1. & 2. de elec. Quando vero habeat ius præsentandi, & cum quorum consensu. in c. ea

noscutur. nu. 1. de his, q̄ fiunt a præl. & hæc sunt not. quia in facto occurrunt propter differentias ordinariorum, & rectorum, obseruandum est tamen, qñ consuetudine solitum fuit episcopos expedire, & instituere, & non rectores. (Prout in ecclesijs collegiatis nostræ ciuitatis, & diocesis ab antiquissimo in omnibus est iurisdicatio pænes episcopum) id. n. obseruetur. arg. tex. Conc. Trid. sess. 25. de refor. gen. c. 8. hæc aut. Namq. cōsuetudo dat, & tollit iurisdictionem. in c. dilecti de arbitr. 9. q. 3. c. conquæstus. quod idem dicimus de examinatione, vt in ipsa ecclesia episcopus non ponat edictum, quamuis habeat examinare præponendū respectu curæ animarum, & hoc item varie obseruatur, nam vbi rectore conseruauerunt eorum iura, & in plurimis alibi perdiderunt, redactis omnibus ad iudicium episcopi, penes quem omnis suæ ecclesiæ est administratio.

17 Debent autem ipsa ecclesia collegiata tot clerici institui, quot commode sustentari possunt gl. in c. cū. M. de constit. Abb. in c. 1. in princ. de instit. vt ad minus tres possint sustineri. doct. in c. 2. de suppl. negl. prælat. & si facultates non subsistant, nō permittat superior inuitis ipsis de collegio aliquē intrare. Abb. in c. dudū nu. 3. de præsump. quia *Non est bonum sumere panem de manibus filiorum.* Matt. c. 15. c. cum s̄m de præb. Quod hodie plurimum est attendendum, ne deficiat cultus diuinus propter penuriam vbiq. existentem, vt clerici exinde mendicare cogantur, contra dispositionem tex. Conc. Tri. sess. 21. de refor. c. 1. in primis verbis: ad primum ratio eiusdem Conc. Tri. ca. de

18 de sel. & tit. c. 4. † Sed an ipsum collegiū possit in duobus canonicis institui, per Barb. cons. 17. n. 1. vol. 1. ubi q̄ conseruat per duos, non tñ instituitur, nisi saltē per tres. & est bonū cons. in materia ecclesiæ collegiatę, & not. in alleg. c. nobis, & c. 1. de elect. q̄ p̄anes vnū potest remanere ius collegij. Quod, & de diuersitate, similiter dicimus, quia licet a principio non constituatur, euentu tñ t̄pis p̄ōt etiam in vno conseruari. l. sicut. §. in decurionibus. ff. quod cuius. vniuers. nomi. idq. considerasse in facto Conc. Neap. dicit D. Mari. Frec. patruus n̄r colēdissimus de subfeud. li. 2. 1. author. n. 30 f. 174. in 1. impræss. & dicit D. Ant. in c. 1. de elect. q̄ de iure canonico duo faciunt congregationem, sed tres necessarij ad collegium. † In omnibus p̄dictis collegiatis ecclesijs succedit episcopi visitatio, nō obstantibus exēptionibus, consuetudinibus, sentētijs, iuramentis, cōcordijs ex gn̄ali decreto p̄fati Conc. Tri. sess. 6. de refor. c. 4. sess. 25. de refor. gen. c. 6. in prin. Ideo inquirendū est. Quis est ordo, an oēs exerceant curā in solidum, vel vnusquisq. certis diuisis diebus, nec est improbata hęc diuisio. Innoc. de p̄æb. c. nō ignores. Milis in verb. ecclesia. nu. 17. item q̄ electi, seu eligēdi sint viri idonei sciētia, & moribus, cle. 1. de ætat. & qual. item repetenda dicta supra de sacramentis, eorum retentione, & administratione, de libris, & alijs necessarijs, & cura, si est, non negligat, de officio dicēdo in choro, & quō de residētia collegiatorū. de plebe pascenda salutarib⁹ verbis, item de lectore, qñ sumus in insigni oppido. sel. 5. Cōc. Tri. de refor. c. 1. §. ecclesijs aut, & de alijs

prohibitis fieri, & teneri in ecclesia, vt iā dictū est, & de fidei professione, & quia sæpius rectores, & canonici ecclesiarū collegiatarū solēt, & quærūt statuere in piudiciū ep̄i. † Examināda sunt statuta, si quær hēt, sicuti de statutis capituli dixim⁹ supra li. 1. c. 15. n. 28. Nāq. possunt facere statuta in ecclesia collegiata, & attēdi q̄ facit maior pars collegij. Doct. cōmuniter in. c. cum oēs de constit. & quær sint necessarij, & quær exorbitātia, & si sunt iusta, secundum illa episcopus iudicet, & determinet. ibidem per doct̄or. Hęc tamen statuta habent concernere modū viuēdi, & celebrādi in ipsa collegiata ecclesia, non aut̄ concernentia statum ecclesiæ, vt ordo debitus mutet̄, vel aliud, quod consensus episcopi requirat. & potest apponi p̄na. Card. in cle. fin. §. fin. de p̄ænis, sup. eo. nu. 15. Videatur de Archiuio, inuentarium contineat omnia bona, cōstitutio sit de distributionibus quotidianis, & quę de p̄cessi onib⁹ sepulturis, p̄ænis, alijsq. oibus dicta sunt, hic similiter examinent̄, si quær insuper desunt de cōsecratione, reconciliatione, & benedictione, suppleat ep̄s, ordinationes faciat, errantes corrigat, & infirma consolidet, q̄ fecerint oēs p̄fessionē fidei, sitq. in ipsa ecclesia collegiata cōstituta sedes p̄ ep̄o, vt supra alio libro est dictū, & ad illud de statutis dicit in Conc. Colo. sub tit. de Matr. c. 19. *Quod interdū statuta collegiatę ecclesiæ primato affectu cuiuslibet augētur, ac crescunt, & solēt plerūq. esse quā plurima, quę quæstū magis q̄ pietatē respiciunt, & ad inæqualitatem potius, quā equalitatē faciāt.* Et c. 23. q̄ stante necessitate cōmuni dictæ.

dictæ ecclesiæ de communi contributione, et consulatur, & obseruando statutum conueniendi certis diebus ad ecclesiã cathedralem processionaliter, quod obseruetur, dummodo non diminuatur, nec relinquatur

cultus diuinus in ipsis collegiatis, & in multis est in festo patroni maioris ecclesiæ, (prout in nostra Sarnensi in die dedicationis Sancti Michaelis Archangeli,) & de alijs, quæ ex facto occurrunt.

DE ECCLESIIS PAROCHIALIBVS.

CAP. SECVNDVM.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Dionysius Papa dimisit ecclesias parochiales.</p> <p>2 Parochia quid sit.</p> <p>3 Fines parochie prescribi non possunt nu. eod.</p> <p>4 Ecclesia, ut sit parochialis requiritur auctoritas episcopi.</p> <p>5 Ecclesia matricæ quæ dicatur. Et quæ baptismalis. nu. 5.</p> <p>6 Ecclesia, qualibet curata debet detinere sacramenta.</p> <p>7 Residentia est annexa ecclesie parochiali, & curata.</p> <p>8 Parochiale ius in quibus consistat.</p> <p>9 Canonica portio debetur ecclesie parochiali.</p> <p>10 Ordo visitationis ecclesie parochialis qui seruari debet.</p> <p>11 Ecclesia parochialis non debet esse in locis remotis.</p> <p>12 Ecclesia parochialis debet habere dotem competentem, & quantum.</p> <p>13 Ecclesia curata annexa beneficio simplici, quomodo iudicabitur.</p> <p>14 Ecclesia non debet adificari intra parochiam.</p> <p>15 Oblationes factæ capelle existenti intra parochiam cui debeantur.</p> | <p>16 Episcopus debet procurare reparari ecclesiam parochialem. Et ex quibus fructibus. nu. 17 & 18.</p> <p>17 Ecclesia una parochialis potest alteri uniri nu. eod.</p> <p>18 Vnio ecclesiarum diocesis spectat ad episcopum.</p> <p>19 Papa unit ecclesias cathedrales. num. eod.</p> <p>20 Parochiani tenentur subuenire eorum ecclesie pauperi.</p> <p>21 Parochie debent esse distinctæ.</p> <p>22 Parochie possunt de nouo construui, ubi est populus numerosus.</p> <p>23 Sacerdotes tot sunt constituendi in ecclesia parochiali, quot sufficiunt.</p> <p>24 Parochie sunt construenda, ubi adhuc in ciuitate non sunt.</p> <p>25 Ecclesie parochiales debent conferri personis idoneis.</p> <p>26 Episcopus conferens ecclesias curatas indignis, qualiter puniatur. n. eo.</p> <p>27 Ecclesia parochialis debentur decime. Vbi multa de decimis.</p> <p>28 Papa consulendus est in materia decimarum nu. eo.</p> <p>29 Quarta funeralium, quando debentur ecclesie parochiali.</p> |
|---|--|

Curç

- 28 *Cura animarum non debet esse di-
minuta.*
*Parochiani non debent seruire per ca-
pellanos. nu. eod.*
- 29 *Ecclesia parochialis non est danda
habenti alteram.*
- 30 *Parochiani qñ debeant conuenire in
ecclesia parochiali. Per tex. in c. 4. §.
moneat. sess. 24. Conc. Trid.*
- 31 *Episcopus de quibus generaliter in-
quiret in visitatione ecclesie paro-
chialis.*

Postquam Dionysius Papa
XXIV. a Beato Petro, qui
fuit anno Domini. 266. †
Singulas ecclesias singulis
presbyteris designauit in parochias,
vt vnusquisq. ius propriū haberet, nec
vnus alterius parochiæ terminos, &
ius inuaderet. 13. quæf. 1. c. ecclesias,
sicut etiam meminit Martin. Nauar.
in cap. placuit nu. 4. de pæn. dist. 6. fa-
ctum est, vt presbyteri per castella, &
villas constituerentur. cap. episcopi.
80. dist. & in locis ciuitatis ipsius, qui
episcopo adiuuarent in partem cure
susceptæ, namq. in principalibus ma-
iores dignitates reseruatae fuerunt, 3
sicuti primum ante aduentum Do-
mi. nostri Iesu Christi in hunc mun-
dum maioribus officialibus designa-
tæ erant. ead. dist. c. 1. Abb. in rub. de
paroc. quod de ecclesiis parochiali-
bus iure optimo dicit esse factum sã-
cta Generalis synod. Trid. sess. 14. de
reformat. cap. 9. in ipsis visitandis sin-
gulis annis. sess. 25. de reform. gen. c.
3. Episcopus attentius prospicere de-
bet, cum propter frequentem curam
animarum multa occurrant, quæ, &
conscientiam onerant, & laborem
augent, ideo, & nos multa dicemus,
experientiæ, & facto proprio reli-
qua remittentes. † Est igitur ecclesia
parochialis, quæ suos distinctos ha-
bet parochianos, certis limitibus con-
stituta, Abb. ead. rub. nu. 1. ipsis sacra-
menta ministrans, & proprium

habens rectorem: & parochum,
per supradicta, cuius fines, vbi de ip-
sis constat, præscribi non possunt. c.
super eo vero, de par. & dicitur pro-
prie ecclesia curata, non autem im-
perfecte, vt vult Alphons. Aluar. in
suo Specul. capit. 83. vers. 24. Nam
facta assignatione ab episcopo, cura
est annexa, vt inf. cap. seq. nu. 5. dicitur.
Cum integrum officium de regē-
dis ouibus concessum sit eius recto-
ri proprie, & vere loquendo, non in-
terpetratiue. Quandoq. etiam accipi-
tur parochia pro diæcesi, & e contra
Rebuff. de decim. q. 6. nu. 6. per c. ad
apostolicæ cod. tit. † Sed vt ecclesia
constituatur parochialis, autoritas
episcopi requirit, qui eam parochia-
lẽ constituat. fines designet, plebẽ de
notet. c. nullus omnino. 16. q. 7. ipse
enim attentis prædictis maxime di-
spositis in Conc. Trid. sess. 24. de re-
tor. gen. c. 13. designabit, & nomina-
bit eam parochialem, cum suis quali-
tatib⁹. Inde discussio fit, qñ fuit ædi-
ficata, a quibus, cuius assensu, quæ o-
nera annexa, quæve qualitates fue-
rint requisitæ, ad hoc ne laicorũ taci-
to consensu, id factũ esse perhibea-
tur, qui in nullo possunt se intro-
mittere: Abb. in cap. messana, de ele-
ctio. nisi essemus in Regibus, & ma-
gnis Principibus, qui in multis se
intromittunt, etiam nominando,
& conferendo, sed non iure proprio
sed id ex concessione Apostolica.
Abb.

Abb. in c. ad hoc, de simon. (quibus & summus Pōtifex semper solet deferre. subuenit modo vnus tex. in conc. Trid. sess. 25. de refor. gen. cap. 6. §. reliqui patronatus omnes. infra eod. lib. cap. 10. nu. 14. †) Idemque iudicamus de ecclesia matrici, quam secundum gl. in cle. 1. de sent. excom. maiorem baptismalem vocamus, aliarum capellarum matrem, & principalem, & dicitur ecclesia matrix, quia per baptismum renascimur. gl. in cle. 1. de baptism. licet quandoque pro ecclesia cathedrali accipiat. tex. clarus in cap. Venerabilis. de verb. signif. & sic interpretatur alia gl. in clem. 1. §. quibus in verb. matricibus, de priuil. ponitur etiam in cap. 1. & in cap. ex trāsmisā, dum dicitur. *Matrici ecclesie*, de præscript. Petr. Rebuff. de decim. q. 6. num. 6. & num. 7.

† Ampliantes insuper ad ecclesiam baptismalem, nam, & ipsam pro matrici in iure legimus, a quo omnes sacramenta accipere tenentur, & loquitur tex. in c. 3. de eccles. ædific. in verbo. *Ab ecclesia parochiali*, & post modum. *Ecclesia matrici*, & eadem verba referuntur in Conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 4. diciturq. baptismalis propter præcipuos fontes baptismales ibidem detentos, quæ vna tamē debet esse in qualibet parochia & villa, nisi ex causa deberet alia de nouo ædificari, vt in casu infra n. 22.

† Hinc particulariter videndū est, vt vnaquæq; ecclesia parochialis sua derineat sacramenta, a qua eidem oues creditæ cibos spirituales accipiant, & ex hoc cognoscimus, & iudicamus ecclesiam parochialem actu, propter parochiam ad eius curā deputatam eodem c. 3. 13. quæst. 1. Petr. Rebuff.

de nominat. q. 16. num. 9. & licet vsum sit, quandoq; esse ecclesiam parochialem, & non baptismalem, hoc trāsit cum aliis reformatione dignis, & in posterum caueatur iux. idem Conc. sess. 24. alleg. c. 13. §. in ijs quoque vers. mandat. cum simili, (& hoc solum reliquimus prouidendum in nostra Rauellensi ecclesia episcopo successori nostro, pro vna magna ecclesia, in cuius vestigijs aderat sacramenta olim fuisse, in aliis fuit cautum.) † Et cum parochialis, & curata ecclesia iudicetur propter administrationem sacramentorum, & particularem populū assignatum, statim eidem Rectori, parochio, curato, in ipsa parochiali. & curata ecclesia, residentia annexa est sess. 6. eiusd. Conc. de reform. capit. 2. sess. 23. eodem tit. cap. 1. §. eadem omnino, & diximus supra lib. 1. cap. 15. nu. 18. & optime ponit Mart. Nau. in suo Man. cap. 25. nu. 21. Quando tamē abesse contigerit ex iusta, & euidēti causa per episcopum approbata. Idoneus substituatur Vicarius cum debita mercedis assignatione. eod. §. eadem omnino. † Consistit autem ius parochiale principaliter sūm Innoc. & alios in rub. de par. q. parochiani in festiuis diebus in suis parochiis conueniant, sacramenta recipiant, decimas personales persoluāt, oblationes faciant, benedictiones salutare, & deuote, & reuerenter suscipiant, & sic de sepulturis, benedictionibus nubentium, cæterisq; alijs de iure debitis, prout etiam memini in tractatu de iuribus episcopal. secunda parte. (qui tractatus quam citius veniet in studiosorum manibus, vt in totum cessent contradictores, qui

qui scrutati sunt iniquitates, & defecerunt scrutantes scrutiny, vt dicit Psalm. 63. ¶ Idque circa ius, & prerogatiuam canonicæ portiois præcipue, quod soluat quarta de omnibus relictis, oblationibus, candelis, annuerarijs, & similibus, ratione sepulture alibi electæ, vbi omnes notât. de sepult. cap. in nostra, & cum sepultura alibi non eligitur, ibidem est faciendâ c. 1. & eod. c. in nostra. de sepult. & dictum est supra lib. 1. cap. 25. & ad primum. infra eod. nu. 27. & doct. in in summa in verb. canonica portio. Vbi quid, quando apud exemptos eligitur sepultura, & a quorum manibus ipsa quarta parochialis petetur & præstat, quod ab hæredibus, ex maiori facilitate. vide supra lib. 1. cap. 25. nu. 13. & quæ dicuntur. nu. 7. ¶ In ipsaque Visitatione ecclesiarum parochialium, & curatarum ordo præscriptus in Visitatione ecclesiæ cathedralis non est omittendus, vt iuxta ritum pontificalis libri, qui est authenticus. supra lib. 1. cap. 3. num. 9. fiant preces, monitiones, absolutiones pro defunctis, qui nostra suffragia expectant, cum pro ipsis exorare, vt a peccatis soluantur, sancta, & salubris est cogitatio 2. Machab. cap. 12. sicuti in corpore humano vnum membrum suffragatur alteri, sic animabus defunctorum detentis in purgatorio per ieiunia, eleemosynas, preces, subuenimus. dom. Card. Aracæl. de sacr. pæn. cap. 44. ¶ Itemque inspiciendum, & inquirendum de cuiuscunque parochiæ statu, & is recognoscatur, & quam primum videatur, vbi ecclesia ipsa parochialis, & curata constituta, sit, si extra ciuitatem, in suburbij, & villis non mutatis, præ-

scrutando in quo loco, si iuxta habitationem, & eam frequentem, vel iuxta continentia ædificia, ad hoc vt sacrosancta, & alia, quæ ibi detinentur non patiantur timorem, & incursum latronum, vt pluries est visum, & parochus residens tutus sit in suo munere adimplendo, sin secus, procuret superior episcopus ad locum conuenientem reducere, vt prædicta commodius exerceantur, saltem sacramenta ad aliam securiorem ecclesiam saluis iuribus ecclesiæ parochialis. Vel si ibi in totum parochiani decesserint, nec est spes de proximo recuperandi. iuxta notata per Doct. in cap. licet canon. de elect. lib. 6. ¶ Et cum onera cuiuslibet ecclesiæ sint annexi, videbitur, si ipsa ecclesia parochialis, & curata est sufficenter dotata, ad minus, quod curatus, cum alio clerico ministro comode viuat, & iura episcopalia persoluat, & quando opus est, vtatur hospitalitate c. 1. de præb. lib. 6. vbi de tribus necessarijs fit prouisio, & quod rectores comode sustententur, iura episcopalia persoluantur, & alia onera incumbentia supportentur. c. vt quisquis. de vit. & hone. cler. not. in cap. statuto. §. vbi autem de decim lib. 6. & dicunt doctores esse attendendam qualitatem patriæ, personæ, ecclesiæ, situs, & temporis gl. est notab. in cap. cum a deo in verb. sufficientem de rescrip. ¶ Item si ipsa parochialis ecclesia, & curata, tamquam principalis est annexa, & coniuncta alteri beneficio non curato, iudicabitur tamen curata, secus si esset accessoria ad beneficium curatum, & est vile ad materiam extrauag. ex-crabilis Ioan. 22. sub tit. de præb. & dignitat. in §. quantum autem. vbi

vbi restrictio potius legis continetur
 nāq. pōt stare, q̄ quis sit beneficiatus
 ecclesiæ nō curatæ principaliter, cui
 fit annexa aliqua capella curata cum
 populo, Mil. in verb. ecclesia. n. 16. &
 tamen non dicetur habere benefi-
 cium curatum, est vna glo. antiqua in
 regul. cancell. non subuenit modo.
 (quod facit in nostra Rauellensi ec-
 clesia pro vna, seu commenda sancti
 Triphonis absq. cura, cui tamē in die
 cesi Nucarina est subdita ecclesia,
 seu capella curata cum populo, & sa-
 14 cramenta administrat.) † Gaudet post
 modum ipsa parochialis ecclesia
 priuilegio, vt intra suos fines alia ec-
 clesia, vel capella nō possit edificari,
 quia esset facere in sui præiudicium.
 c. ecclesiæ, & cap. quicumq. 16. quæ s.
 1. cū compræhēdat quidquid est in-
 tra fines eiusdem parochiæ. c. pasto-
 ralis de his quæ fi. a Præl. Abb. in rub. 17
 nostra nu. 2. quod, & de iuribus paro-
 chianibus dicimus in eod. trac. de iu-
 rib. episco. par. 2. quasi totum ipsum
 solum per fines designatis, sit certo
 modo in posse ipsius parochiæ, vt in
 vito eius rectore alia capella edifica-
 15 ri nequeat, supra eo. num. 2. † Vn-
 de oblationes, quæ fierent in capella
 sita intra parochiam aliquā nō capel-
 le, sed ipsi ecclesiæ parochiali adiudi-
 camus. etiam quod fierent in aliquo
 muro domus priuatæ, vbi esset ima-
 go depicta: Abb. in ea. rub. & arg a
 contrario in cap. 3. de eccl. edif. doct.
 in c. ex transmissa de præscr. diximus
 supra lib. 1. cap. 24. num. 12. quod in
 multis delectum visum fuit, vel ex cō-
 suetudine, aut præscriptione, quæ dat
 & aufert, supra hoc libro c. 1. nu. 16.
 circa fin. vel non curantibus, & negli-
 gentibus parochis, quos iam, diu o-

bliuio detinet eorū iurium parochia-
 lium, quæ si illesā conseruassent, in
 melius quippe inuenirentur ipsæ ec-
 16 clesiæ. † Ipsaq. parochialis ecclesia,
 & curata, videndum est ab episcopo
 vt sit firma, & non ruinosa in pau-
 mētis, tectis, fenestris, nec ex aliqua
 sui parte ruina patiatur, & si repara-
 tio est necessaria, prouideat omni me-
 liori modo, quod in omnibus benefi-
 cijs ecclesiasticis, curatis, & non cura-
 tis attendendum est, etiam per seque-
 strationem fructū, & aliis oportunis
 remediis, iuxta decretum Conc. Ge-
 ner. Tridenti. sessio. 21. de refor. cap.
 8. Hæc est alia causa visitationis in-
 troductæ, vt per singulos annos ex-
 quirat episcopus quomodo vnaquæ
 que basilica in reparatione sui indi-
 geat. c. decernimus. cap. episcopum,
 vbi de materia cum cap. seq. 10. quæ-
 17 stio. 1. supra lib. 1. cap. 10. num. 16. †
 In hocque est insistendū, vt si restau-
 rari, & reparari ex fructibus, prouen-
 tibus, oblationibus, minime possit,
 conueniendi sunt patroni si adsunt,
 aut alij, qui ex fructibus percipiunt,
 ac etiam parochiani, vt ad reparatio-
 nem eorum ecclesiæ parochialis con-
 tribuat, quia dicuntur exinde habere
 beneficium, cum sacramenta saluta-
 ria accipient cap. 1. de eccles. edif. &
 patet ex decreto eiusd. Conc. Triden-
 ead. session. vigesima prima, de refor-
 ma cap. septimo. §. parochiales vero,
 de quo supra est dictū. li. 1. c. 10. nu. 16
 Nā, & Salomon Rex accepto Regno
 primū cogitauit de edificando tēplo
 Dei, qđ Dauid eius pater nequiuera
 lib. 3. Reg. cap. 5. quia si pro domo
 prophana vbi corpus reficitur labo-
 rant, fortius pro tēplo Dei, in quo
 cibaria animarum reponuntur, &
 Deus

Deus pro eorum peccatis, sacerdotū precibus placatur. patet de Moyse. Exod. c. 32. & optime probatur li. 2. Paralip. c. 6. † Et diligenter inquirendo, si ex ipsis ecclesijs parochialibus, baptismalibus, curatis, sit aliqua, quæ propter paupertatem stante fructuum exiguitate, egeat adiuuari aliquo remedio, quia non solum nequit debita onera persolvere, sed nec ministri sustentari, per idē c. 1. de preb. tunc provideat per vnionem aliquorum beneficiorum curatorum, vel nō curatorum (quæ tamen non sint regularia) aut per aliammet ecclesiam parochialem, baptismalem, curatam, vt melius videbitur expedire, nō præiudicando obtinentibus, etiam tamquam Apostol. sed. auth. deleg. ex decreto eiusdem Conc. ead. sess. 21. c. 5. de refor. & sess. 24. de refor. gen. c. 13. §. in parochialibus. † Namq vnio ecclesiarum diœcesis ad episcopum pertinet, & sic vnā alteri addere, Si cuti maiorum ecclesiarum vnio, vt episcopatum; & cathedralium ad Summum P̄tificem, vt latius dixi in trac. de dignit. eccl. cap. 2. & prædicta parent ex notab. decis. tex. in c. sicut vnire, de exces. prælat. & hoc est, quod dixit tex. præfati Conc. c. 5. alleg. in illis verbis, secundum formam iuris, & ponunt doct. & Marian. Socci. in eo. c. sicut vnire, & nos infra suo loco dicemus, vbi de vnione ecclesiarū particulariter tractabimus hoc lib. c. 25.

20 † Sin autem paupertas sit talis, quod nullo modo ipsa ecclesia possit rectorē sustentare, nec per ipsā vnionem factam est plenius consultum, recurrendum est a superiore ad remedium decimarum, primitiarum, oblationum, parochianorū, ipsorumq;

contributions per decimas, collectas, & symbola, vt omnino provideatur rectoris, & ecclesiæ necessitati, in ipsomet cap. 13. Conc. Trid. §. in parochialibus, ad quod hortandi sunt ipsi parochiani pro religione christiana & charitate, tamquam erga suos patres spirituales, sess. 5. Conc. Trid. de reform. gener. cap. 1. §. hortatur, quibus deficientibus, & cessantibus, & ipsis recusantibus, per remedium iuris est providendum, vt compellantur subministrare, quæ sufficiant ad vitam sacerdotum, iuxta aliud decretum ipsiusmet Conc. de reform. sess. 21. cap. 4. §. illis autem sacerdotibus, quia cum ipsi diuina eis ministrent, debent vtique necessaria ad vitam recipere, non tamen subtrahendo ministrare diuina, ex hoc, quia recusant, quod dictum semper approbavi, cum Rebuff de congr. portion. num. 94 contra dictum gloss. in capit. omnis christianus. de consecra. dist. 1. volentis esse cessandum a diuinis. † Et cum vnusquisque suas oues cognoscere debet, & vitanda sit confusio parochianorum, videre debet episcopus in hac visitatione, si parochiales ecclesiæ distinctæ sint, & certos habeant fines, & rectores proprium habeant populum, non autem promiscue, & confuse, quibuscumq; petentibus sacramenta ministrantur, quod admodum inconueniens est. Ideo pro tutiori animarum salute ei commissarum, vbi non sunt distinctæ, distinguat ipsas parochias, atque populum, & vnicuiq. parti distinctæ suum perpetuum, & peculiarem pastorem, parochū, curatum assignet, qui eas cognoscere possit, & a quo solo sacramenta accipiantur, vel si

P aliter

aliter opportunius iudicabit. ead. sess. 24. de refor. gen. c. 13. §. in ijs quoq. ciuitatibus. Quia iure optimo factum est, vt parochiæ sint distinctæ, & vnicuique proprius sit attributus parochus, qui suarum ouium curam habeat, & exinde ecclesiasticus ordo non con-

22 fundatur. sess. 14. de refor. c. 9. † Nam & simile est prouidendum, quando parochia esset ampla, & diues, & populus numerosus, nec de facili parochiani ad ipsam parochialem ecclesiã conuenire possunt, de alia noua parochia tunc episcopus procurabit, q̄ edificetur, cū certa distinctione, velut annexa, & depēdens: & hæc est iusta, & potissima causa parochialem ecclesiã intra aliã parochiã ædificare, c.

25 ad audientiã de eccles. ædific. vbi gl. Abb. in c. 2. nu. 7. de deci. item in c. 1. de reb. eccl. non alien. & prouidebit in hoc ex decreto eiusdē Conc. Trid. sess. 21. de refor. cap. 4. §. in ijs vero, & meminit Mart. Nauar. in suo Man. c. 25. n. 137. vers. hoc videtur, & ita in-

23 practica seruamus. † Et ex eadem ratione, si propter ipsum populum numerosum non potest parochus sufficere ad administrationem sacramentorum, alia peragēda ad cultum Diuinaum necessaria, debent per episcopum tot institui sacerdotes, quot sufficiunt ad hoc munus complendum, propter sacramenta ministranda, & cultum diuinum perficiendum, etiam auctoritate Apostol. sed. deleg. per eundem tex. c. 4. in prin. prouidendo ipsis de victu, per portionem ipsius ecclesiæ, aut alio meliori modo ex prædictis. cū seruiant ecclesiæ arg. c.

24 cum secundum. de præb. † Similiter si in ipsa ciuitate, oppido, villa, nullæ fuerint adhuc constitutæ ecclesiæ pa-

rochiales, eo casu per rationes allegatas supra. nu. 21. episcopus procurabit, quamprimū de nouo ædificari, construi, & distingui, nō obstantibus quibuscumq. priuilegijs, consuetudinibusq. prout melius iudicabit expedire ex decisione præfati Conc. Trid. citato c. 13. §. fin. ex sua prima ratione, vt populus certum habeat parochū, ne confuse quærat sacramenta: supr. eo. c. 1. propter quod perirent fideles sine sacramentis acceptis, quod est maximum damnum, nam & extrema vnctio, quæ in mortis periculo astantibus ministratur, abstergit reliquias peccati, animã ægroti alleuiat, & confirmat. sess. 14. Conc. Trid. de sac. extre. vnct. c. 2. & can. 2. † Deum nō est silentio prætereundum, vt inquiratur quibus personis ecclesiæ ipse parochiales, matrices, baptismales, curatæ, collatæ sint, ex quo animarū cura est eis annexa, si dignis, & habilibus scientia, moribus, & ætate. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. cū ecclesia egeat magis viris litteratis, quã a finis ferratis. lo. Mon. Card. in eo. c. cum in cunctis, & vt prouisi per se ipsos resideāt, & curam exerceant. c. quoniam nonnulli. cap. licet canon. eod. tit. lib. 6. & in decreto eiusd. Conc. sess. 7. de refor. c. 3. alias episcopus, aliusve conferens ipsas ecclesias indignis, puniatur pœna suspensionis beneficia non conferendi, ipsa pœna per solum Papam, aut proprium Patriarcham relaxanda. iuxta cōstitutionem Innoc. Tertii magni Pont. in Conc. Gener. c. graue nimis. §. volentes de præb. alleg. in eod. c. 3. Conc. Trid. §. fin. & refert multa Petr. Rebuff. in tractat. nominat. quæst. 16. Hi enim sunt præficiendi ecclesijs vacantibus, qui

præ-

præfint, & profint, dicit Benedictus Papa XII. in sua extrauag. ad regimen sub tit. de præb. & in quibus scire legere, cantare, & construere, saltem ista tria ad minus debent cōcurrere. clem. 1. de concess. præb. in 1. gl. Sanctius. n. est paucos bonos, quàm multos malos habere ministros. maxime in ordinatione sacerdotum. c. cum sit ars artium. de ætat. & qual.

26 † Ac etiam perquirendū si aliqua ecclesia ex prædictis fraudata sit decimarū oblatione, curandum est ab ipso episcopo, vt parochiani persoluāt, iuxta sacros canones, & decretū Cōc. Trid. sess. 25. de refor. gener. c. 11. in princ. & §. 1. excommunicando subtrahentes, & impediētes, & non absoluantur nisi facta restitutione. eo. cap. §. qui vero, disponitur. Sed cautius in hoc negotio est agendū, cū sit admodum difficile, ideo recurrendū est ad Sum. Pont. de mente S. Tho. 2. 2. q. 77. refert dom. Flor. in sum. 2. p. tit. 4. cap. 3. & optime per Felin. in cap. nihil prodest. vers. 33. de præscr. allegat Nicol. de Lyr. ad Matth. c. 5. Nauar. in Man. cap. 17. nu. 59. & eas negantes grauissime peccant, quia esset non affirmare supremum Dei dominiū, vt dicit Viguer. in suis cath. institut. de lege antiqua vers. 11. & habetur in can. 3. Concil. Matiscon. & multa ponit disputando Do. Adrian. Papa VI. in quodlibet. q. 5. procedēdo contra tales, etiam per viā inquisitionis, nemine petēte, cum satis sit, quòd ius moneat. Fab. Monteleon. in suis quat. litt. arbitr. 4. par. num. 163. cum seq. Alphon. Aluar. in suo Speculo cap. 66. non obstante quauis consuetudine, Host. in tit. de decim. §. vtrum. vers. 7. Archid. in cap. quæ-

cumque. 16. q. 7. cum alijs, quæ suo loco infra dicemus. Quia decimæ dantur intuitu Dei, non personarum. 16. q. 1. c. decimæ, cū gl. probat Rebuff. in tract. de deci. maxime q. 7. nu. 14.

27 † Idq. censendum est de quarta funeralium, ne fraudetur, cum parochiani, alibi elegerint seppelliri, vt supra nu. 9. est dictum fortius vbi fuit solita solui ante annos quadraginta, restituēda est suæ integræ possessioni, ex præscripto eiusd. Concil. Trid. ead. sess. 25. de refor. gen. c. 13. à quibuscumque etiā mendicantibus, non obstantibus litteris Pij V. eiusdē concessis in anno 1567. pont. sui 2. in §. nec ad quartam, & §. seq. cum iam ipsæ ad terminos iuris communi, & præfati Conc. Trid. redactæ sit per D. N. D. Gregoriū XIII. Pont. Max. supra lib. 1. cap. 27. nu. 7. memini, posuit Martin. Nauar. in fine sui Man.

28 † Nec prætermittendum est, quin non prouideatur, vbi est cura animarum diminuta, & fortius vbi in totū sublata, contra foundationem, institutionem, sicuti multi rectores abutebantur, cōstitueno cappellanos, diuidēdo curā, & redditus, restituet ecclesiam suo statui, vel per mortem, aut cessionē Rectoris, seu cappellani, & omnia vniatur, in totumq. cappellaniq. auferātur, & principali Rectori remaneat integra ipsa animarū cura, & parochialis ecclesia: conformem se reddendo dispositioni eiusd. Conc. Trid. sess. 25. de reform. gener. cap. 16. vbi curatum beneficium in simplex non conuertatur, & conuersum restituendū. † Nulloq. tēpore, aut pacto permittet plures ecclesias parochiales, curataque beneficia ab vnomet retineri contra formam iuris,

ris, & sacrorum canonum, a quibus sancte est cautum, nullū duabus ecclesiis parochialibus, curatis, conscribi, non obstantibus quibuscumq. diffinitionibus, vel ad vitā vnionibus, & vbi inuenerit sic possidere, eas vacare declaret, prout ipso iure uacant aliis idoneis conferēdo. ex alio decreto eiusdē Conc. sels. 24. de refor. gen. cap. 17. immo qui sic eas retinuerit contra præfatum canonem, ipso iure priuatus est, sels. 7. de reform. c. 4. nec est tutus fructuū perceptione, vide in 30 fra cap. seq. nu. 7. † Monendiq; & exhortandi deniq; sunt ipsi parochiani ab episcopo, vt vnusquisq. ad diuina audienda in sua ecclesia parochiali maxime diebus festiuis conueniat, ex cōsultatione eiusd. Cōc. sels. 24. de refor. gen. cap. 4. §. moneat, nec solū ad conciones, sed ad missas, & ad alia. c. 2. de paroch. Lopus alleg. 57. incip. ad seruandā, & sels. 22. de obser. & euit. in celebr. Miss. arg. not. per doct. in rubr. eod. tit. loquendo de iuribus parochialibus, ad idq. de iure teneri dixit Sixtus IV. Pont. in sua extrauag. de treug. & pace inci. vices illius. §. videlicet q; ipsi. Sed obstat declaratio Leonis decimi, et Pii Quinti Pont. vt refert Nauar. in Man. cap. 21. nu. 5. q; satisfiat præcepto si audiant in ecclesiis mendicantibus, nec possint præcise astringi sub penis, & canon Cōc. loquit̄ per verbū moneat, præceptū enim est de Missa audienda, non de loco sub peccato: vnde hortari possunt & spiritualibus monitionibus duci, non autē per viam excommunicationis, eoq. modo. vidi rescriptum euidā prælato ab Illustr. & Amplifs. Gabriele Cardinali Paleotto, cuius

scientiam, prudentiam, vitæq. sanctitatem testatur magna ecclesia Bononiensis, cui summa laude, maximoq. ipsius ecclesiæ fructu præest. † Postremo facienda est inquisitio generalis iuxta dicta supra lib. 1. de ecclesia cathedrali, scilicet de ornamentis, vestibus, calicibus, patenis, corporalibus, crucibus, fōtib; baptismalibus, custodia sacramenti Eucharistiæ, & retentionem aliorum sacramentorū in quo loco, in quibus vasculis, iuxta facultates ecclesiæ, clauēs apud quē, & secundum conuenientius provideatur de omnibus: chorus sit diuisus, tumbæ mortuorum nō super terram, vnaquæq. habeat suum cœmeteriū, locus sacristiæ reuideatur, libri necessarij non desint, missales noui, baptisteria, graduales, synodales, fenestræ vicinarum nō sint aspicientes intra ecclesiam, recognoscātur bona, redditus, prouentus, & a quibus, & in inuentario omnia scribantur, instrumenta reuideantur, priuilegia si ad sunt, quæ omnia registrentur, sint confessionalia lignea, in quibus deuotius sacramentum pœnitentiæ admittretur, lampas continuo ardens ante altare sacramenti, diuina suis temporibus, & debitis horis celebrentur: Missæ non ante auroram, aut post nonā, libertates tueantur, prophana non committantur, domus ipsarum quibus cōductæ sunt superiori libro diximus, pœnas apponendo, pro vt ex facti serie iudicabitur, & quæ ex ipsa oculorum aspectione magis necessaria arbitrabitur, reliqua de parochis, & eorum officio sequenti capitulo demonstrabuntur.

DE PAROCHIS, ET EO-
rum officio.

CAP. TERTIVM.

S V M M A R I V M .

- 1 **P**arochorum plures sunt species, & de quibus hic tractatur.
- 2 Parochus debet examinari de titulo ordinum, & beneficiorum. De vita. num. 3.
- 4 Parochus debet facere professionem fidei, & infra quantum tempus.
- 5 Parochus tenetur residere in propria Ecclesia. Et si non est domus in parochia. nu. 6.
- 8 Parochus debet examinari de administratione sacramentorum. Quorum scientiam habere debet. nu. 9.
- 7 Sacerdos non debet habere duas parochias.
- 10 Parochus diebus festiuis quid debet exponere populo. Sacramentorum vim explicare. nu. 11. Pueros obedientia, & reuerentiam docere. nu. 12. & inter Missarum sollempnia. num. 13.
- Parents possunt cogi mittere filios ad Ecclesias. nu. eod.
- 14 Symbolum fidei explicandum est a parochia. Articulum credo sanctam Ecclesiam, declarando. nu. eod.
- 15 Hospitalitas seruanda est a parochia.
- 16 Parochus venit appellatione pastorum.
- 17 Parochi tenentur ire ad synodum diocesanam.
- 18 Libri qui sunt necessarij Parochia.
- 19 Officium Parochi in administratione baptismi quod sit.
- 20 Obstetrices examinanda, & instruenda sunt, circa formam baptismi.
- 21 Parochi quae debeant obseruare circa celebrationem matrimoniorum. Sacerdos benedicens coniuges alterius parochi qualiter puniatur, nam. eod.
- 22 Sacerdos debet explicite scire praecipua legis. Laicos in hoc excedere. nu. 23.
- 24 Parochus debet habere libros de baptizatis. De confirmatis. nu. 25. De contrahentibus matrimonium. num. 26. De omnibus existentibus, & decedentibus in sua parochia. num. 27.
- 28 Mors probatur per librum curati.
- 29 Parochiani sunt monendi in cultu festorum. Vbi multa de festis, & eorum obseruantia. Festiuis diebus quid, aut quomodo operari possit. nu. eo.
- 30 Parochus debet esse vigil, ut omnes confiteantur. Et non confitentes episcopo denuntiare. nu. 31.
- 32 Extranei non sunt de facili admittendi ad matrimonia. Et de nouo venientes ad parochiam, examinandi sunt. nu. 33.
- 34 Parochus debet examinari, & approbati ad confessiones audiendas.
- 35 Parochus debet scire differentiam inter sacramentum poenitentiae, & baptismi. Et quae sit. ibid.

- 231
- 36 Suspecti de heresi, sortilegi denunciã
di sunt episcopo visitanti parochiã. 45
Item notorij peccatores. nu. 37. *star actus iudicialis.*
- 38 Parochiani debent denunciari episco. 46 Parochus debet visitare infirmos sue
po si frequentant ecclesias. *parochia, pauperes consolari, & a-*
lia opera pietatis exercere.
- 39 Parochus singulis annis debet adire
superiorẽ pro casu reservatione. 47 Episcopus non debet examinare paro-
chum in publico.
- 40 Episcopus habet ius retinendi sibi ca-
sus. 48 Episcopus debet corrigere sacerdotes
non celebrantes, sed vt frequentent.
- 41 Parochus alienum parochianum ad
sacramenta admittere non debet. 49 Puritas vite in sacerdotibus celebrã-
tibus plurimum prodest.
- 42 Parochus proprius quis dicatur. Et
quis vagabundorum. nu. 44. 50 Ministri Ecclesie dupliciter dicun-
tur mali.
- 43 Absolutio fori penitentialis est ad im-

ANtequam parochi cuiuslibet munus perscrutemur, videndum est, quot sint parochorum species, vt sic cognosci possit de quo parocho noster erit sermo, & ideo secundum varia doctorum scripta dicendum est in præsentia. † Quod primo tres sunt principales parochi in hac nostra militanti ecclesia, quibus fidelium animæ a Christo domino nostro commissæ sunt, quorũ primum locum tenet Summus Pontifex Vicarius ipsius nostri Redemptoris, successorq. Principis Apostolorum. ipsi. n. dixit. Matth. cap. 16. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meã, & tibi dabo claues regni Cœlorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum in Cœlis, & quæque solueris super terram, erit solutum & in Cœlis. & Ioan. cap. 10. Pafce oues meas. Ipse namq. ex hoc gerit vices Dei in terris, & habet oēs in sua iurisdictione, si ad portum salutis venire volunt, supra lib. 1. c. 2. num. 2. Secundus Parochus est episcopus in toto suo episcopatu, pœnes quem

totius diæcesis cura imminet, vt in ipsa dicatur primus parochus, & parochus parochorum. not. doct. in capit. cum non liceat, de præscrip. memini infra eod. lib. capit. 20. post num. 10. Tertius dicitur præbyter parochialis certo populo sibi assignato, & de his duobus satis dicunt doc. omnes in c. omnis vtriusq. sexus, ibi proprio sacerdoti, de pœn. & remiss. in 4. item senten. dist. 17. q. 1. & 2. Domi. Sot. dist. 18. quæst. 4. art. 2. addunt alij legatum in prouincia, pœnitentiarium eiusdem legati. Archiepiscopũ in visitatione c. nostro de pœn. & remis. quem non facilliter admittit Sotus vbi supra, & dicemus infra lib. 3. Archipræbyterum ecclesie cathedralis multi volunt, quem similiter non admittimus gñaliter, nisi per certos fines, qñ aliud non est commissum. Item Vicarium generalẽ episcopi cõputamus, & denique quemlibet ab his potestatem habentem, cum dicatur in tex. vel de propriũ sacerdotis licentia. hic aut tractamus de parochis per certas ecclesias distinctis, particulari populo assignatis, nam particularis

laris distinctus de populo sibi decto
 to cognoscit, non alius sacerdos, &
 verè dicitur proprius parochus, & vi
 de vnũ verbum per Frac. Rip. in suo
 tract. de remed. eontr. pest. vlt. parte,
 2 nu. 32. & infra etiam nu. 42. † Vnde
 episcopus visitans habet primo vide-
 re de titulo ordinis cuiuslibet paro-
 chi, si legitime sit ordinatus, non per
 saltum, in ætate requisita. A suo ep̄o
 vel sine litteris dimissorijs contra sa-
 crorũ canonum dispositionem: nam
 sunt suspensi omnes sic promoti, &
 si in suspensione celebrauerint irregu-
 laritatẽ incurrunt, beneficijsq. pos-
 sunt priuari ex Reg. Cancell. Rij. II.
 sum. Pontif. incip. cũ ex sacrorũ late-
 Rebus. in pract. benef. fol. 331. Man-
 dos. lib. 2. fol. 32. plura Couar. in cle.
 si furiosus 1. par. §. 1. nu. 4. de homic.
 Item de ipso beneficio curato, quan-
 do fuit parochus inuestitus, si est in-
 trusus, si antequam promoueretur,
 hoc est, q̄ habens ipsum beneficium
 curatũ, non est promotus ad sacros
 infra annũ, sed post, vel nondum, ex
 illa generali dispositione, cap. licet
 canon, de elect. lib. 6. quia diceretur
 vacare beneficium, sine alia declara-
 tione, nec ep̄s ipse potest dispensare
 prorogando ipsum tempus, de ætat.
 & qualit. c. præterea, gl. magna in c.
 cum dilecti, de elect. etiã obtentu lit-
 terarũ apostolicarũ. dicit text. in cap.
 eam te decet, de ætat. & qualit. quan-
 do non dispensando esset mandatũ,
 nec iuuat post annum esse promotũ,
 quia prima collatio est nulla, sed no-
 ua opus est: nec facit fructus suos.
 Doct. in cap. cum venerabilis. de ex-
 cept. & in c. si. de rescript. lib. 6. & si
 dum in curia impetrasset ipsum be-
 neficium curatum, fecerit mentionẽ

de alio suo beneficio; etiã manuali-
 ex tex. si motu proprio, de præb. & ad
 prædicta de ordinibus, et promotio-
 nibus faciunt dicta in Concil. Trid.
 sess. 23. de sacr. ord. cap. 5. 11. 13. sess.
 24. de reformat. gener. cap. 12. de in
 prædictis haberetur quis, vt intrusus
 in beneficio, nec eum iuuaret regula
 de triennali, propter verbum ibi ap-
 positum, vel si beneficium habuisset
 à superiore interdicto, vel non habe-
 bat potestatem cõferendi illud, gl. si
 ad Gomez. in ipsa regula, in princip.
 † Itẽ de vita, & statu suo inquirendũ
 est, ne sit scãdalosus, vel incorrigibi-
 lis, nãq. collatio beneficij non debet
 fieri infami, alias ipso iure non tenet,
 sed requiritur declaratio, secundum
 vnã opinionem, & verã, per regulã
 infamibus, de reg. iur. lib. 6. de quo dũ
 bitauit doctissimus Couar. in c. quã-
 uis de pac. lib. 6. pri. par. §. 7. num. 3.
 distinguens in iuris, & facti infamia,
 quod per ea, quæ alibi diximus, satis
 æque p̄cedit in hoc casu. Vide Abb.
 in cap. graue nimis, num. 11. de præb.
 Item si non præbeat pabula salutis
 plebi commissa, sed potius destruat,
 quã ædificet, procedat cõtra ipsũ,
 & quemlibet aliũ, etiã per priuationẽ
 beneficiorũ, seruata tamen forma. c.
 6. sess. 21. de refor. eiusd. Conc. Nã ni-
 hil magis est, q̄ alios ad Dei cultũ,
 & pietatẽ instruat, quã vita, & ex-
 plũ eorum, qui se dedicarunt diuino
 ministerio. sess. 22. de refor. c. 1. Conc.
 Trid. in primis verbis, alias, quis non
 debet fructum consequi de eo, quod
 nititur destruere, c. ex eo. de reg. iur.
 lib. 6. not. in c. at si clerici §. de adulte-
 rijs, & in c. cũ non ab homine, de iu-
 dici. per doct. Debet enim esse prædi-
 tus scientia, prudentia, & bonis mo-
 ribus,

ribus, vt merito fuerit vocatus in partem curæ ab episcopo, & oues sint ei creditæ, de quarum salute ex manu rapacis lupi cõfidendum est, dicit .n. Alexander III. Sum. Pont. in c. eam te. de ætat. & qualit. q̄ tales sint personæ eligendę ad curam animarũ, quæ scientia, moribus, & ætate Cõcilij congruant institutis. nam aliter super personam posse appendi cassatio, eo magis cū per electionem, de quo in c. super eo. de elect. & c. i. eo. tit. lib. 6. de quo alibi plenius dicemus, cum tractabimus de obiectione, quæ datur, vel in formã, vel in personã. † Et quã primũ ipsam ecclesiam curatã quis habuerit, videndum est, si intra duos menses fecerit professionem fidei (post tñ 6 Conc. Tri.) alias nullos facit fructus suos, non obstante quacumq. possessione, sess. 24. ei. id. Conc. de reformatione. c. 12. §. prouisi. eamq. professionem facere tenetur iuxta formã traditam a Pio iv. Pont. Max. in sua bulla incip. iniunctum nobis, sub anno 1564. ibid. Nouemb. Pont. sui 5. de qua dictum est supra lib. 1. c. 15. n. 15. quod, & indistincte seruandum est, nec dictos fructus sibi vëdicabit ep̄s, sed fabricæ ecclesie assignabit, cum Conc. non determinet ad quod specialiter, sed arguendo ab alio decreto contra non residentem sess. 23. de reformatione. c. 1. §. si quis autem, ad fabricã ecclesie, vel pauperibus assignando, infra c. prox. n. 4. aut a sede Apostolica indulgentiam obtinuerit de ipsis, & ita obseruatur. † Et parochi omnes animarum curam gerentes ad id etiam se astrictos esse cognoscant, vt cõtinuo inhabitent in domibus suarum ecclesiarum, vt ibidem diuina-

celebrantes p̄sto possint esse omnibus, in administrandis sacramentis, ne aliquis (quod Deus auertat) decedat ab hac vita, per suam desidiam, & negligentiam, sine sacramentis, debet enim tunc puniri, & per suspensionẽ, & priuationem: nam canon ligat eum residere. sess. 6. de reformatione. cap. 2. supra cap. præced. num. 7. quia grauis esset iactura vnius animæ, cuius prætio totus mundus comparari non potest, secundum Bern. & August. maius damnum est in ammissione vnius animæ, quam mille corporum, & mortaliter peccat. Nauar. in Manual. cap. 5. num. 131. vers. 17. & 20. & quam valde meritorium est etiam tempore pestis oues commissas non deserere, idem cap. 24. num. 11. vers. 2. † Et ideo si domus non est contigua in ipsa ecclesia, interim quod omnia via possibili procuratur fieri, & accommodari, resideat in loco ipsius parochiæ, & non extra, per eandem rationem, sub præcepto ipsius residentie alleg. cap. 2. & extat bulla Pij Quarti incip. in suprema milit. eodem ann. 1564. & alia amplior constitutio Domini mei Pij Quinti felic. recordat. incipientes, de qua supra lib. 1. cap. 15. num. 17. per quam episcopi pœnis, & censuris ecclesiasticis, etiam tamq. Apostolicæ sedis Delegati, & eius constitutionis tenore suo arbitrio imponendis, conueniunt curatos ad residendum in proprijs ecclesijs, nam vbique visum est (Deo Optimo Maximo fauente) residentiam curatorum animarum saluti profecisse. † Nec ex cuiuslibet dispensationis obtentu quilibet parochus tueatur tenere duas parochiales ecclesias, seu vnã parochialem, & aliam curatam.

tam. contra formam ipsius generalis Concilii Tridentini. sess. 7. de refor. cap. 4. sess. 24. de reform. gener. cap. 17. & si quis obtinuerit, & dimittere distulerit infra spatiū sex mensium, potest tempus obligationis Concilii Trid. decretorum, vt dixi eod. cap. 15. nu. 21. omnia sua beneficia declarantur vacare, nec fructus tua cōscientia accepit, iuxta decretum prefati canonis. 17. §. illi vero, qui in præsenti: nec sunt reuocatae poenę impositaę per extrauag. Ioann. 22. execrabilis. §. qui vero, de præb. vt etiam reddatur inhabilis ad ordines sacros suscipiēdos et aliud beneficium ecclesiasticum habendum, quodcunque fuerit, cum periculum animarum contineat pluralitas beneficiorum. cap. quia in tantum, de præb. idque perniciosum est, vt inter crimina habere plura beneficia voluerit. Bernar. Diaz in sua pract. crim. cap. 42. nisi ipsaę duæ ecclesiæ curatae essent adeo pauperes, & contiguae, vt nec vnus in ambabus possit viuere, quia videtur posse dispensari per episcopum, seu tollerari. gl. 2. quæst. 1. in sum. alia glossa in 52. Regul. Cancell. per optimum tex. in cap. eam te, de ætat. & quali. cum sua gloss. discurret per alias causas Martin. Nauarr. in Manual. cap. 25. num. 125. cum quattuor sequent. licet non ita clare in capit. 23. num. 15. vers. 11. † Diligentiusq. instandū est, vt quilibet examinetur de ratione administrationis sacramentorum tempore, loco, & modo debitis, & si iuste formam & Ritum. S. R. E. communis matris, & Magistræ, ipsa sacramenta administret, cum suis cæremoniis, & si in aliquo vacillet instrui debet, maxime circa sacra-

mentum pænitentiaę, & baptismi, ne ordine præposito, & confuso in cæremoniis eorum, & administratione procedat, si in omnibus a suo superiore est admissus: indecens est enim quippe, vt ubi maius imminet periculum, ibi minus attendatur: contra tex. capit. vbi de electio. lib. 6. vnde euenit, vt sacramenta non rite sint collata, & laicorum scandalum exortum sit: Ideo dixit notanter Siluestr. Prier. de strigma. lib. 2. fol. 14. quod quando ritus baptismi non fuit ex toto bene obseruatus, experientia docuit non nullos liberatos ex rebaptizatione conditionata, qua tamen vti non licet, nisi in dubio: nam deficientibus ipsis, quæ sunt in baptismo annexa, Diabolus minus recedit ab homine, & sacerdotes ignorantes circa eiusmodi multos defectus admittunt, quod est notandum, & bene aduertendum. † Quare vt fideliter id exerceri possit, debet quisq. plene scire formam administrationis, & materiã, de quo Martin. Nauarr. in Manual. cap. 25. nu. 133. & quæ præcedant in ordine vnumquodq. sacramentum, & quæ sequantur, quæ item concomitentur, discrimina peccatorum, vt cognoscantur graua a leuioribus, modus etiam medendi, vt possit imitari verum medicum vtentem vino, & oleo. Ioan. cap. decimo, ac denique omnia communia pertinētia ad fidē & ad mores, vt bene differit Petrus de Soto. de instit. sacerdot. de peccat. descri. lect. prima, vsq. ad finem operis, inde legitur apud Malach cap. 2. labia sacerdotum custodiunt scientiã, & in psal. 131. sacerdotes tui induantur iustitia, & vitium est ignorare, quæ decent

decent in officio accepto, immo, & plerumq. peccatur mortaliter, quia notabile damnū spirituale sequitur, Nauar. Man. cap. 23. nu. 47. cap. non est putanda. 7. q. 1. propterea Iudas Machabeus sacerdotes idoneos elegit, qui mundarent templum Domini. 1. Machab. c. 4. templum Dei sumus nos, & spiritus Dei habitat in nobis. testatur Apost. 2. ad Cor. c. 6.

10 † Officiūq. principale parochi est studio diuinarum litterarum incumbere, & diebus dominicis, & festiuis, & quadragesimæ: (nisi legitime impeditus fuerit,) quia tunc per alium idoneum debet plebem sibi commissam salutaribus medijs pascere, verbum Dei prædicando, explanando, & declarando sacras scripturas, vt sic satisfaciat suo muneri & præcepto sacri Conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 5. §. Archipresbyteri, quoque plebani, & quicūq. parochiales ecclesias, vel alias curā animarū habentes. & sess. 24. de reform. gen. cap. 4. sæpius illa tria fidelibus commemorando: futurum siquidem iudicium, in quo omnes nos ante tribunal Domini nostri Iesu Christi repræsentari oportet in propria carne. Iob. cap. 19. pœnas inferni, & 3. beneficia nobis diuinitus collata, vt sic omnes ad viam salutis conuertantur, & vnusquisque cogitet, quia mors non tardat. Eccl. c. 14. ex illo Senecæ: tēdimus huc omnes, hæc est sedes vltima. Hypoc. in prin. Aphorism. vita breuis, ars longa, & dicitur. Matt. c. 24. vigilate, quia nescitis, qua hora dominus vēturus sit. Iob. cap. 13. homo natus de muliere breui viuens tempore. Mart. Nauar. in cap. 1. §. desseat, num. 4. adducit etiam dictum Poetæ.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Et ibi vide alia in materia, & tex. in extrauag. dudum, de pœni. & remis. col. 3. propter vitæ hominum breuitatem. † Cumq. in ipsius diebus administrat sacramenta, ipsorū vim, & effectum exponere ipsis fidelibus, etiam vulgari sermone, iuxta Catechismum editum, & trāslatum, quod, & episcoporum munus præcipuū est, vt curent ipsos parochos adimplere. ex alio decreto eiusd. Conc. sess. 24. de reform. gen. cap. 7. Nam effectus baptismi, & vis, est remissio omnis culpæ originalis, (& actualis etiam in adultis) omnisq. pœnæ, quæ pro ipsa culpa debetur, Confirmationis, quia in ea datur spiritus sãctus ad robur, sicut datus est Apostolis in sãcto die Pentecostes, vt christianus audacter Christi confiteatur nomen: Eucharistiæ in anima digne sumente, est vitæ spiritualis nutrimentū: quam vitā, & baptismus præstitit, & confirmatio corroborauit. Pœnitentiæ est absolutio à peccatis, & restitutio ad statum græ, & peccator à peccato resurgēs, aliqñ ad maiorē gratiā, quā vnquam habuerit, resurgit s̄m proportionem suæ contritionis, quā antea habuit S. Tho. 1. par. q. 89. art. 2. Extreme verò vnctionis, mētis sanatio, & inquātū expedit ipsius etiam corporis: Ordinis est augmentū gratiæ, vt quis sit idoneus minister in ecclesia Dei: & effectus matrimonij est trium bonorū operatio, spei prolis suscipiendæ, & educandæ ad cultum Dei, Fidei, quā alter alteri seruare debet, & 3. indiuisibilitatis matrimonij, propter hoc, quod significat coniunctionem Christi cum ecclesia, ex cōstitutione Conc.

Conc. Florent. sub Eugen. 4. §. 5. eccl. par. 4. col. in fine volum. libri sexti. an. 1440. cum seq. hæc pōt parochus exponere, & declarare s̄m suā & audientium capacitātē. † Puerosq. ipsis diebus docere fidei rudimenta, & debitam reuerentiam, & obedientiam exhibere Deo, & parentibus, ex præcepto eiusdem Conc. ipsomet c. 4. §. iidem, quod hodie tacillime effeci potest ex variis libellis emanatis ad declarationē doctrinæ christianæ, p̄ter Catechismum magnum Romæ editum iussu Pij V. & alium Petri Canisii, præcipue paruum, quē item retuli supra lib. 1. cap. 16. nu. 14. & tenent parentes, & compelli possunt ipsis diebus mittere pueros ad ecclesiā, ut prædicta consequantur, ut eō. c. est decretū, & extat tex. c. ut quisq. de vita, & hone. cle. ut sit omnibus fides coniuncta cum timore filiali, quæ verā contritiōē producit. in Conc. Colon. in Ench. Christi. insti. §. hæc ergo, ut credendo amemus, credendo diligamus, & credēdo in eū eam? & sic ipsi pueri primū animas discant habere eruditās, in proh. ff. §. illud vero, psal. 110. **12** initium sapientiæ timor Domini. Et ne bona sint absconsa in ore clauso, quasi oppositiones epularum circumpositæ sepulchro Eccl. c. 30. semper debent ipsi curā animarum habentes inter Missarum sollempnia exponere, quæ in Missa leguntur in epistola, & in euangelio sess. 5. de refor. cap. 2. & cap. 7. sacrūq. Missæ mysteriū declarare. ex alio instituto præfati Conc. sess. 22. de sacrif. Miss. cap. 8. Sic enim animæ fidelium spirituali cibo pascuntur, ut cognoscant, & glorificent Deum factorem suum, præcipue in canone Missæ, quem purum omnem errorem, & in ipso esse sanctitatem, & pietatem prædicamus, & tenemus, ead. sess. 22. cap. 4. & can. 6. Si quis dixerit canonem Missæ errores continere ideoq. abrogandum esse, anathema sit, Mart. Nauar. in Man. cap. 21. num. 10. **14** † Symbolum etiam fidei docere, & exponere iuxta doctrinam sanctæ ecclesiæ, cum Apostoli pro institutione (spiritus Sancti gratia concessa) fideique exaltatione in vnum vniti compilarunt, vel explanare, secundum quod in Missa cantamus, vel aliquando declarare symbolum beati Athanasii, ad damnandū errores propter hæreses exortas, compilatum, ut ex Catechismo apparet, & ex dictis facillimè dom. Cardin. Aracel. de symb. Apost. cap. 1. & aliis seqq. & diligentius attendere in explicando articulum illū VIII. Credo sanctā ecclesiam, declarando veritatem, & importantiā ipsius, quia magna est eius vis, do. Card. Hosii. in libr. confes. cap. 14. de symb. & ex Catechismo. fol. 103. satis clarū est, ut nō grandis remaneat parochis labor. † Nec excludimus, quin ex eius prouentibus, cum occurrit, ut non teneatur seruare hospitalitatem, quæ tanto placet Deo, & ad quam seruandam hortatur Synodus Generalis Tridentina sess. 25. de reform. gen. cap. 8. vnde dicit Apostol. ad Hebr. cap. 13. hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim quidam placuerunt Deo, Angelis hospitio receptis, immo non seruādo potest excommunicari, per gl. in extrauagant. execrabilis, in verb. debita. Dom. Ioānis XXII. de præbend. de qua hospitalitate dicimus latius infra hoc libro. capit. 13. vbi particularitèr de sua materia diffuse tradit. & vide in Conc.

Concil. Metiscon. c. 11. vbi non adimplens ipsum decretum, indignatione diuinæ proculdubio incurrit maiestatis, ipsumq. statutū auribus omnium christianorum prædicari. † Quia appellatione pastorum parochus continetur, sicut pastor curam habet ouium, vt doctissime explicat Petr. de Soto de inst. facer. & de plebe sibi commissam rationem Deo redditurus sit, iuxta dictum Apost. ad Heb. eo. cap. 13. & 18 sequitur Do. Card. Hosi. de sac. vern. ling. col. 7. nam ipse appellatur pater, c. omnes qui. 3. q. 5. c. sacerdotes. 6. q. 1. & panem spiritualem, & materiale frangere tenetur. Isai. c. 17. nec eueniat lamentatio prophetæ eiusd. Hierem thren. 4. paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis, in Conc. Tri. sess. 5. de refor. c. 2. §. 1. Vnde nocte, & die meditari debet in lege domini, quo possit esse salus populi sibi commissi. psal. 1. † Et cum episcopi singulis annis synodum dioecesanam celebrare debeant, ex decreto eiusd. Concil. sess. 24. de reform. gener. cap. 2. §. synodi. tenentur parochi ad ipsam accedere, iuxta idem decretum, statumque suarum ecclesiarum relaturi, si quid reformatione opus est prouideri possit, ex alio decreto, hæreses detestando, decreta Concilij recipere, & obedientiam summo Romano Pontifici spondere. sess. 25. de reform. gen. c. 2. §. ceteri vero. Vbi quid sit tractandum infra lib. 4. dicemus. & plerumq. etiam alij Abbates, & præbyteri, cum de vniuersali reformatione agendum est. Henr. de Bottis in suo trac. de synod. episc. 2. par. nu. 20. & dixi in famil. sing. in lit. 19 A, nu. 1. latius in secunda impressione. Idem dicimus de capitulis eccle-

siarum, quod sunt vocanda, & admittenda in Concilijs prouincialibus, ex decisione Innoc. Tertij. in cap. fin. de his, quæ fiunt a præl. sine conf. c. vbi gl. dicit, quando laici admittendi, & vide Abb. ibi nu. 2. & in cap. graue nimis de præb. quando verteretur eorum interesse, si de ipsis principaliter tractandum sit, vel saltem sint præsentibus. idem Abb. in c. conquæstus. num. 5. de ser. † Vt autem ipse parochus melius in suo officio instruatur, debet habere aliquos libros necessarios: quod omnino curabit episcopus Missale, Breuiarium, (de nouis) Catechismum, Concilium Tridentinum, aliquas summas pro instructione administrationis sacramentorum, & resolutione casuum in foro conscientiarum. vt idem dixi supra. lib. 1. cap. 23. nu. 3. etiam summas vulgares, ipsum Catechismum, ex eo. Conc. sess. 24. de refor. gen. c. 7. Vtilem summulam sacramentorum Francisci Victoriarum, tractatum sacerdotalem, nec sufficit prouidere, quod habeat tantum, sed habendo discurrat, & peritiores in dubijs consulat, quia non sufficit libros tenere, sed eis studere, & bene. gl. in l. unicuique C. de prox. sac. scri. lib. 12. vbi tex. dicit, laborum comparatione superatur, ne se doctum putet, cum ignorans sit, de quo dicit Apost. ad Rom. capit. 1. euauerunt in cogitationibus suis & credentes se sapientes, stulti facti sunt. Ideo stultitia maior est, cum quis se sapientem putat. Eccl. c. 10. In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. quare parochus otiosus esse non debet. † Sed insuper attente vigilare circa sacramentum baptismi, vbi officium suum multum videmus versari,

versari, vt antequam ad ipsius administrationē intret, præscrutetur, qualiter nouum militem in Christiana Religione est accepturus, ideo videat, qui fuerit electus ad leuandum baptizandum de sacro fonte, & non alius admittatur, non sit is hæreticus, excommunicatus, sciat symbolum fidei, orationem dominicam, salutationem Angelicam, ipseque aduertat ad singula, per ea, quæ diximus sup. eod. c. post n. 8. alias episcopus suo arbitrio puniat contrafacientes, sess. 24. eiusdem Concil. de reform. matr. c. 2.

20 §. si parochi culpa. † Et vt omnibus, quæ perditionem animarum causare possunt, obuietur, diligentes sint ipsi parochi in eorum parochiis obstetrices inquirere, qua forma stante necessitate baptizent, & vbi eas errare inuenerint, doceant, corripiantque. & episcopo denuncient, eisque mandare non aliter se intromittere, nisi imminente necessitate, & propter difficultatem exitus partus, vel periculo stante non sufficere tempus ducendi ad ecclesiam, quibus imminentibus, vel ob carentiam sacerdotum, quilibet baptizare potest clericus, laicus, mulier, de conse. dist. 4. c. quicumque & c. mulier, vnus alteri digniori deferendo, S. Tho. 3. p. q. 67. art. 4. Nauarr. in suo Manual. cap. 22. num. 7. Vidimus enim semel in nostra Ecclesia prima Rauellen. magnam matronam & antiquam solitam in filiis nobilium, pro obstetrice vocari, in casu vnus pueri, qui illico decessit, & quem in Ecclesia seppelliri instabant parentes, cogitantes per illam fuisse baptizatum, quam cum in examen duceremus, respondit multis presentibus, se eum baptizasse, cum aquæ proie-

ctione, dicendo Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, exinde vsum accipiendi interdiximus dolentes de facto. Vnde cauti debent esse parochi de hoc, vbi salus animarum consistit, cum nec possit ille in loco sacro se-

21 pelliri. † Caueatque insuper parochus ne prætermittat obseruare decreta ipsius Concil. eadem sess. de reform. matrim. cap. primo, vt quæ ibidem statuta sunt circa matrimonia contrahenda adimpleat, neque sponso alterius parochi sine ipsius licentia benedicat, aliter suspensum se sciat arbitrio eius ordinarij, cuius parochus interesse debebat, in §. quod si quis, eodem cap. & declarat Dom. Cardin. Aracæl. de sacramen. matrimon. cap. 63. docendo quæ sunt obseruanda, & quando non: in temporibus prohibitis a sancta Ecclesia, non fiant sollempnitates nuptiarum, eadem session. cap. decimo, quamuis consumare per copulam sine sollempnitate nuptiarum, & sollempni traditione, non prohibeatur, dicit Martin. Nauar. in suo Manual. cap. vigesimo secundo, nu. 71. pro eodem cap. decimo, not. denuntiationesque requisitas faciat in propria, non in alia ecclesia, & quando coniuges sunt ex diuersis parochiis in vtraque fieri debent: benedictio tamen ex inueterata consuetudine fit a parochio mulieris, quia vir ad domum mulieris accedere debet, pro hoc actu, & si ad habitandum, dicit esse signum maximæ tristitiæ. Rolan. a Vall. doctor Casalensis in tract. de lucr. dot. quæst. 16. num. 4. (ad illud vero de temporibus prohibitis vide ad plenum in tract. templum, omnium iud. de potestat. Pap. circa ma. cap. 1. §. 4. num. 31. fol.

131.) & si omittat denunciations, vel unam, & matrimonium consumetur, defectus ipsarum non irritat matrimonium, si tamen superueniat impedimentum, hanc coniuges debent habere pœnam, quòd sunt separandi sine aliqua spe habendi dispensationem: nec ipsas debet parochus omittere, etiam q̄ impedimentum sit ortum, quia possent esse aliqua impedimēta præter illud, nisi episcopus ex causa remiserit. §. quòd si aliquando. cap. 1. idq. attendat, ne sponsus vadat ad sponsam, ante ipsas denunciations, & ipsum matrimoniū contractum, nam licet Conciliū non imponat, potest episcopus prohibere, & hoc ex causa propter scandala, quæ oriri possunt: si tamen vadat, & consumat, reperto gradu prohibito, pœna incestus puniuntur, hæc q. sunt notanda à parochis, & infra latius de sacramentis dicemus, copiam ipsius capituli contentorū vulgari sermone in multis optimā iudicamus, quā episcopus procuret assignari, vt libētius parochi, quæ gesturi sunt, ipsi intelligant. † Instruendusq. est ipse parochus, vt sciat præcepta legis explicitè, ex quibus plebē sibi commissam possit docere; sicuti instrui omnes possunt ex adducto Catechismo fol. 396. cum plur. seqq. Ex ipsorū enim notitia cognoscitur diuina voluntas, quam quilibet fidelis cognitā sequi debet. dom. Card. Arac. de præcept. diui. cap. 1. & cap. 4. Adorando in Patre summā maiestatem; in Filio fideliter asserendo summam veritatē, & in Spiritu sancto sincere amando summam bonitatem. sunt etenim omnia præcepta eius nobis possibile, in eod. tractat. cap. 5. Quia iugum eius

suauē est, & onus eius leuē. Matt. 23. sic diffinitum contra hæreticos in Conc. Trid. sess. 6. de iustif. cap. 11. & can. 18. Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iustificato, & sub gratia constituto esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit. Vnde dixit idem Dom. Card. Aracæl. de sacr. baptis. cap. 66. in fine, quod dicere nō possum præstare, quod noui, est hæresis Manichæi, ideo obseruantia mandatorum Dei omnibus prædicari debet, cum sit perquam necessaria, eod. loco Cōc. can. 20. Quia maxima pars nostræ iustitiæ consistit in obseruantia mandatorum Dei. Dom. And. à Vega lib. 2. defens. Conc. Trid. quem refert Alphon. Aluar. in suo Specul. 23 in tract. de prædestin. † Vnde parochus cum habeat curam aliorum, debet laicos in hac notitia excedere, & quæ conueniunt explicitè scire, nāq. ipsius est officiū prædicare, & docere populū. cap. sane, & ibi Abb. de celeb. Miss. notat Bal. in rub. C. de sum. Trin. In his præsertim, quæ scire omnibus est necessariū ad salutem, ead. sess. 5. de refor. c. 2. §. Archipresbyteri quoque. Nā ex hoc nullus excusationē habet, quòd ea seruare non posset, quia & si non propria virtute, tamen cū adiutorio diuinæ gratiæ potest. Dom. Flor. in sum. 1. par. tit. 4. c. 2. §. 2. & semper q̄ aliquid sit contra aliquod de decem præceptis legis, dicitur esse mortale, nisi aliqua ex tribus causis positis per Mart. Nauar. in Man. cap. 1. nu. 4. excuset. Quia solum propositum transgrediendi, & desiderium deliberatum id faciendi, seu voluntas vera, & expressa delectandi in ipsa transgressione, est ad mortale. ibid. num. 9. quod omnino debet

debet scire parochus pro sacramento penitentiae, declarando ipsa diuina praecepta obseruari sine fide non posse. August. de fide, & oper. cap. 13. & in praefat. psal. 31. cap. placuit, de conse. dist. 4. & in omnibus diligenter attendere, quia dicit Apосто. iacob. in sua canonica cap. 2. si quis totam legem obseruat, & in vno offendat, factus est omnium reus: quod dictum exponit gl. optima in c. 1. de pen. dist. 1. do. Flor. in 4. tit. 14. c. 5. §. 2. Annuntiando, item cum breuitate, & facilitate sermonis vitia, quae eos declinare, & virtutes, quas scitari oportet, vt poenam aeternam euadere, & vitam caelestem consequi valeant, na per vnu peccatu omnes virtutes diminuunt, vt multi dicunt, & per conclusiones tradit Mart. Nauar. in cap. fratres. nu. 113. cum seq. de pen. dist. 5. & sic defleat virtutem, qua interim caruit, ea. dist. c. 1. §. defleat. † Et vt muneri cuiuslibet parochi sit satisfactum, statuendum est simul, & inquirendum, si quilibet parochus detineat, & fecerit librum de baptizatis, in quo nomina, & cognomina ipsorum sint descripta, parentumque, si de legitimo matrimonio, cum nominibus patris, vel patrinorum, die, mense, & anno, dieque natiuitatis (licet in hoc vltimo non omnes consentiant) exemplum ponitur pro nouitis, die primo Septembris 1577. in parochiali ecclesia sancti Ioannis Rauellensis diocesis. ego N. presbyter, parochus ipsius ecclesiae baptizauit Petrum Castaldum natum die 26. Augusti proximi, cuius parentes legitime coniuncti sunt, talis enim pater eius, vel patrinus tales. & si non est notus de parentibus, dicat talem expositum, &c.

ex hocq. libro probatur aetas cuiuscumque in ordinibus, in beneficiis, dignitatibus, officiisque publicis, in quibus certa aetas requiritur. Petr. Rebuff. super consuet. Fran. lib. 2. de sepult. ar. 1. gl. 2. & hunc librum fieri, est praecipuum ex Con. Trid. sess. 24. de reformatione matrim. cap. 2. §. parochus, quod est ad modum utile, & vbiq. per praelatos ordinatum. † Similiter librum de confirmatis ab episcopo, id est in militiam Christianae religionis roboratis, cum iisdem nominibus ipsorum parentum, & patrinorum, cum exinde cognatio spiritualis contrahatur, eo. cap. 2. §. ea quoque, ex identitate eiusdem rationis: & hoc potest Archiepiscopus inquirere in prouincia, seu alius visitator Apostolicus, & vbiq. passim obseruari videmus: qui liber praecipue ad duo seruit, & quae non reiterentur hoc sacramentum, quae expressse prohibetur, quia in eo character imprimitur, sess. 7. in Conc. Trid. de sac. in gen. can. 9. Innocen. in cap. 1. de baptism. S. Thom. in 4. dist. 4. gl. 1. artic. 4. Dominic. Sot. eod. lib. dist. 7. quae est vnica, art. 5. & si reiteretur scienter, mortaliter peccatur, non tamen incurritur irregularitas, quia iure non expressum. Sotus eod. ar. 5. dom. Card. Aracael. de sacra confirm. cap. 21. Couarr. in cle. si furiosus. 1. par. num. 9. vers. sed, & illud, de homic. vbi quare aliud in baptismo, (licet contrarium voluerit Simon Maiol. episcopus Vultur. in suo tractat. de irregul. & can. imped. capit. 15. num. 1. & 2. quod non est verum per supradicta.) Item secundo cum aliquis ad ordines ecclesiasticos promouetur, sciatur, si est confirmatus, alias confirmetur, sicq. de profitentibus

26 tibus religionem, vt latius infra in li-
 bro de sacramentis. † Satisq. vtile fuit
 introduci ex eod. decreto de reform.
 matr. cap. 1. §. habeat. haberi libros de
 matrimoniis contractis, vt videri pos-
 sit si matrimonium sit legitime con-
 tractum, & rite, iuxta ritum. S. R. E.
 non clandestinum, in quibus nomina
 coniugum cū testibus, die, anno, men-
 se, loco cōtracti matrimonii, & factis
 debitis tribus denunciationibus, vel
 ex causa de ordine episcopi omissis,
 sint descripta, quibus demū fideliter
 conseruatis, possit in futuru de faci-
 li certitudo cognationis, & affinitatis
 præseruari: sic. n. inuestigatur melius
 quod impedimentum obsistat ex ge-
 nerali ordine Innoc. Tertij. in capit.
 cum inhibito. vbi Abb. num. 7. de
 cland. despons. hoc etenim si antea
 obseruatum fuisset, non essent tanta
 matrimoniorū impedimenta, ex qui-
 bus sedes Apostolica pro dispensa-
 tionibus continuo fatigatur, ipsis nē-
 pe ignoratis homines facilius con-
 traxerunt, sic itaq; in omnibus opus
 27 fuit noua reformatione. † Ex quibus
 admodum proficuum iudicauerunt om-
 nes, vt quilibet etiam parochus habe-
 ret librum cum inscriptione omnium
 existentium in sua parochia per no-
 mina, & cognomina, & de nouo
 venientium, recedentium, atq. moriē-
 tium, nam ex hoc sciet, super quo sit
 constitutus pastor, quæve oues sibi
 creditæ, nec labor erit in inuestigan-
 do, quis ab officio christiano absit,
 idq. etiam ordinauit synod. prouin.
 Medio. 2. par. tit. de dilig. ab epif. ver.
 3. Sed illud de morientibus fuit mul-
 to prius ordinatum in Francia per le
 29 gē Regiā, testat Petr. Rebuff. eo. trac.
 38 de sepult. art. 2. per totū. † Et illa vti-

litas quippe resultat maior, qualiter
 probabitur mors, & tempus mortis,
 nāq. recurritur ad librum curati, quē
 fecit de sepultura, ex quo haberi pōt
 notitia de morte alicuius, per annum
 mensem, & diem (& si apponat hora
 vtilius reditur, propter lites de benefi-
 cio vacato per mortem beneficiati in
 concursu datarum, licet sit admodū
 difficile) vel dubitatur, an quis fuerit
 mortuus in excommunicatione, quia
 signum absolutionis est sepultura ec-
 clesiastica, vt ibidem not. scribit Re-
 buff. eod. art. & alio art. 4. vbi tractat
 apud quem debet retineri talis liber.
 hodie sufficit esse apud ipsum curatū
 fideliter tñ, cum sit persona publica
 & approbata, & superiori ad omnem
 requisitionem cōsignet, vel si ad aliā
 ecclesiam translatus fuerit: qualiter
 aut alijs modis vltra prædictum de li-
 bro curati probetur mors, si agat de
 magno, aut maximo præiudicio, po-
 nunt doct. per illum tex. & gl. in cap.
 quoniam frequenter. §. porro. vers. si
 autē. vt lit. non contest. non prouoc.
 Abb. n. 12. & Fel. Corset. in suis sing.
 in verbo mors. Apostil. ad Abb. Ant.
 Franc. eo. n. 12. ex productione testamēti
 dicit praticari in curiis, Cassan.
 in proh. conf. Franc. Burgund. in tex.
 quæ par. mort. nu. 6. vsq. ad fin. quā-
 doque per longam absentiam, vt
 centum annorum, ex quibus longeva
 dicitur vita hominis. C. de sacr. sanct.
 eccl. l. vt inter diuinum, etiam per
 quinquennium, & nihil scitur, nec
 auditur. ratio est in. l. vxor. C. de re-
 pu. Aft. in l. vt de successionibus
 num. 52. de success. nob. in feud. in
 29 Const. Regn. Neap. † Et cum
 festa pro sãctificatione nominis Dei
 sint introducta, monendus est popu-
 lus

lus frequenter a parochio, vt ipsa colat, pariterq. omni deuotione veneretur. c. 1. de fer. c. 1. de consec. dist. 3. vt fiat deuota, & religiosa celebratio festorum. ex decreto Conc. Tri. tit. de delet. cibor. ieiun. & dier. fest. abstinereat ipse populus a celebrandis festis gentium, primos dies mensium, solares, lunares vt. 6. Conc. Gen. Constantinop. cap. 6. prohibutum fuit, namq. obseruatio calendarum, domusue laureo, aut viriditate vngere, nō christiana, sed paganorum est. cap. non licet 26. quæst. 7. & talia obseruantē vinculo anathematis ligauit Zacharias Papa. eadem quæst. c. si quis, & c. non obseruetis, & cap. quis existimaret, vbi illud est sæpius publicandum, graue esse peccatum menses, & annos obseruare, in quo sollicitudo parochi admodum requiritur, vt examinent actus, qui fiunt, & in his, quæ dicuntur, & obseruari volunt, & secundum quod virtus artis extēditur. Tab. in verb. augures, & si ad sanitatem consequendam: Archid. eod. capit. non obseruetis: Mart. Nauar. in Man. cap. 11. num. 23. vsque ad finem. Medici tamen licite obseruant certos dies circa medicinas, & flebotomias dādas ægrotis, & rustici obseruando tempora ad seminandum in c. si quis, ead. cau. & quæst. & allegatos talibus curiosis vanitatibus de honestatis eiiciat episcopus a parochia. 16. quæst. 5. cap. episcopi. tamen de cognitione herbarum non est prohibitum, nec superstitiosum, vnde dicere, si biberis hanc herbam tritam venter non dolebit, aliud si hanc herbam collo suspenderis venter non dolebit, primum licitum, secundum superstitiosum. August. lib. 2. de doct.

houp. 02

Christ. cap. 29. & vide S. Thom. libr. 3. contra gentes. cap. 124. cum sequitur quod corpora cælestia non imprimant in nostros intellectus, & per Arnal. Alb. in tract. de agnos. assert. cath. & hæret. quæst. 16. abiiciendo reprobatur errorem Priscillianistarum volentium vnumquemque nasci sub dispositione stellarum. Gregor. Papa in Hom. Euang. Matth. c. 2. est ergo (vt dicit dom. Petr. lib. 4. c. 5. nu. 3.) obseruatio festiuitatum, quasi quædam inchoatio beatæ vitæ quam expectamus, in qua erit assidua Dei laudatio, in quibus magis debet christianus memorare peccata, cōteri, veniam petere, laudem de beneficiis Deo dare, in ecclesijs polixi orationibus insistere. supra lib. 1. cap. 14. nu. 9. & quia triplex est seruitus, qua ligantur homines. Prima quādo homo seruit peccato, qui etenim facit peccatū, seruus est peccati. Matth. cap. 8. 2. Petr. capit. 2. ad Rom. 6. & hoc est contra finem huius præcepti de obseruantia festorum, cum peius sit, quam facere aliquod opus seruile manuale. Secunda homo seruit Deo per cultum patriæ, & hoc mandatur expræstius, vt diebus festiuis Deo seruiatur. Tertia dicitur hominem homini seruire corporaliter laborando, quæ opera seruilia ijs diebus festiuis prohibentur, tamquam impedimentum præstantia diuino cultui, & dicitur opus seruile corporale, cum non pertinet ad salutem necessariam corporis, vel proximi, & quod homo ex aliis non alienetur a contemplatione cælestis patriæ, Deum cultu patriæ adorādo, sanctorum corpora venerādo, per quæ nobis multa bona proueniunt, sessio. 25. Concil.

Q. Trid.

Trid. de inuoc. supra lib. 1. cap. 8. & ideo ipsos dies prophanare per peccata grauissimum iudicatur. August. psal. 91. do. Cardin. Hosi. in libr. conf. in expli. 3. præcept. capit. 79. circa finem, nec in eis finem debitum, ob quem festa inducta sunt peruertere in malum: sicuti de festis Romanorum scribit Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 16. de quo Anto. de honc. de pia festor. obser. & celebra. cap. in religiosa. de conse. dist. 1. Luc. de Pen in l. nemo. C. de spectac. lib. 10. glos. ad Ray. de num. collet. Quorum sanctorum festiuitates frequentius celebramus in die mortis, quia tunc transeuntes ad gloriam dicuntur renasci. Roman. sing. 33. quia cras. adducens gloss. in l. cum quidam. ff. de ann. legat. & melius Couar. var. resol. lib. 4. capit. 19. num. 9. fiunt tamen aliqua in quattuor casibus positus per Dom. Card. Aracæl. de præcep. diui. capit. 14. Barb. de fer. cap. 3. Nauar. in Man. cap. 13. quæ parochus diligenter aduertet. † Et melius si omnimodo curet, vt omnes fideles suæ parochiæ confiteantur sua peccata, & se communicent pluries in anno, saltem semel in quolibet. per dispositionem Conc. Gener. cap. omnis vtriusq. sexus de pænit. & remiss. & iuxta decretum alterius synodus generalis Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. in fine, & can. 8. optimum tamen esset inducere, si parochiani libenter accedunt, vt confiteantur, & communicent tertio saltem in anno, in Paschate scilicet Resurrectionis, Penthecostes, & in Natiuitate Domini. cap. & si non frequentius, de conse. dist. vnde fuit dictum in Conc. Agath. ead. dist. 2. c. seculare non esse habendos catholicos, qui

prædictis diebus non communicauerint, licet canon Generalis præallegati tex. omnis vtriusq. sexus, & Conc. Trid. non frequentates reduxerit saltem ad semel in anno, quem excedere non licet (nisi ex consilio confessoris, & parochi) si christiani haberi ipsi volunt. Quæ communicatio legitima est si ante, vel post octo dies in paschate fiat, & satisfiat præcepto per ea quæ adducit Mart. Nauar. in Man. cap. 21. num. 45. portans declarationem Eugenij quarti, vt sic saluentur, qui communicant solum feria 5. in coena Domini tantum, & non iterum in die ipsa paschatis, licet præstet in eo sancto die communicare: & est de mente Conc. & hoc præceptum est tali die communicare in propria parochia: neque monachi, aut fratres possunt laicis ministrare, quamuis aliis diebus sit eis permittum. Mart. Nauar. eod. capit. num. 5. nisi de licentia Parochi. † Nec est de eis bene sentiendum, qui expectato tempore paschali sine legitima causa non confitentur, nec sanctam Eucharistiam accipiunt, ideo tenetur parochus tales denunciare episcopo, vt contra eos procedat iuxta ordinem ipsius c. omnis vtriusq. sexus, vt dimittentes sine consilio confessorii, & ob rationabilem causam, viuentes ab ingressu ecclesiæ arceantur, & morientes in eo statu, careant ecclesiastica sepultura, & obligatur parochus per eum tex. frequentius in ecclesia publicare hoc statutum Concilij Generalis ne quisq. ignorantie cecitate velamen excusationis assumat, & si omitat propter odium, vel voluntatem non adimplendi ad quod tenetur, de nouo etiam peccat. Nauar. ibidem num.

30. quod

50. quod in pueris nō procedit, quia ob reuerentiam tanti sacramenti tardius communicant, quousque in eis cessauerit puerile iudicium. Nauarr. num. 57. quod, & Conc. Triden. expræsit clarius quam tess. ipsius cap. omnis vtriusque, sess. 12. de sacro sanct. Euchar. sacram. can. 9. in illis
 32 peruenerint. † Item aduertatur, cum plerumque visum sit quosdam, sic diabolica natura detentos, vt non veriti sint, & proprias relinquere vxores, & ad alias partes transmigrasse, obliiti præcepti illius Domini, quos Deus coniunxit homo non separet 33. quæst. 1. cap. quos Deus, & quod peius est, alias assumunt, nec contenti tres, aut quatuor accipiant, ex quo hoc malum considerauit Synod. Triden. sess. 24. de reformat. matrim. cap. 7. Ideo non debet hoc genus hominum vagantium ad matrimonia de facili recipi, & parochus nō potest interesse nuptijs ipsorum, nisi prius facta diligētī inquisitione, eaque ad episcopum delata, licentiam faciendi ab ipso obtinuerint, cum debeant, & ipsi exteri suorum ordinariorum, & parochorum fidem habere, se non esse detentos aliquo impedimento, vel per testes idoneos probent, & cum duas vxores eodem tempore habere quis repertus est, po
 34 test sine dubio citari, quomodo sentit de fide, vel de tali sacramento matrimonij, per doctrinam Gemin. in cap. accusatus, §. sane de hæret. & concludit Arnald. Albert. de agnosc. affert. cath. & hæret. quæst. 23. & hæc est veritas quam multi impugna re nixi sunt, & tenet hoc idem, Fran. Squill. episcopus de hæret. vers.

& quod supra. Iacobus Simancas in suo Enchvrid. viola. relig. de nephar. nuptijs tit. 12. nu. 5. licet si adsit excusatio aliqua ordinario iuri subijcitur, congerit ipsemet Simanc. in cathol. instit. tit. 40. nu. 2. & vide can. 2. eiusdem Conc. Trid. de refor. matr. sess. 24. quod est notandum. † Immo diligentia maior est adhibenda cum peregrini ad habitandum in sua parochia venerint, in præscrutando de eorum fide, religione, & qualiter diuina frequentent, sacramenta accipiant, si in parochia, de qua decesserint improbatæ, & corruptæ vitæ fuerint, etiā per examen ab ipso parochio. Quia morbida facta pecus totum corrumpit ouile, vuaque cōspecta liuorem ducit ab vua. gloss. in extrau. vas electionis, in princ. de cens. in comm. melior tex. 45. dist. c. sed illud, vers. polluitur, & cap. refertur. 1. quæst. 1. quia si cum peruerso peruerteris, psal. 17. inde dixit Apost. ad aliud. prim. ad Cor. 5. modicum fermentum totam massam corrumpit: & expedit tales, cum suspecti inuenti fuerint expelli a vicinia, immo a tota dicecesi, vt in simili casu dixit Conc. Trident. ead. sess. & tit. de reformat. matr. cap. 8. §. mulieres. & id esse parochi officium dicit Petr. de Soto. de offic. pastor. fol. 447. Ipse
 † autē parochus ex quo in ecclesia sibi assignata tempore collationis præsumitur, quod præuio examine sit approbatus, secus si multo ante fuit institut⁹, examinetur sup⁹ sacramēto penitentię, si in confessionibus audiendis sit instructus, quamuis ex ea ratione Conc. arguat eum habilem, & idoneum, & inde habeat potestatem per verbū appositum in Conc. Trid.

sess. 23. de reformatio. cap. 13. ibi pa-
 rochiale beneficiū: tamen alius pres-
 byter in scio episcopo non se intro-
 mittat, qui nō sit approbatus p̄uio
 examine, nam licet quisque in ordi-
 natione presbyteratus, acceperit cla-
 uem ordinis absoluendi a peccatis, ta-
 men requiritur approbatio, & autho-
 ritatis iuris, vel superioris, ex ipso Ge-
 nerali decreto alleg. text. cap. 15. de
 quo circa alios inferius dicemus. Cū
 sit absolutio ipsa sacerdotis sacramē-
 talis in confessione p̄stita p̄cni-
 tenti actus iudicialis non nudum mi-
 nisterium pronuntiandi, eodem Con-
 cil. sess. 13. de sacr. p̄cni. cap. 6. &
 cap. 9. Martin. Nauar. in Manua. cap.
 quarto, num. 7. Petrus de Sot. de mi-
 nistr. cōfess. lect. 4. fol. 69. quia sine
 subditis in quo exerceatur, dicitur de
 35 ficere materia. † Et vt plenius sacra-
 mentorum administrationem cogno-
 scat, debet scire, quæ sit differentia in-
 ter sacramentum p̄cni. & bap-
 tismi, prout docet text. eiusd. Con-
 cil. Trident. eadem sess. 14. & tit. cita-
 to, in princ. c. 2. cum in materia, & in
 forma iam diffideant Item sacerdos
 nō est iudex in baptismo, secus in p̄-
 nitētia, similiter p̄ baptismū noua ef-
 ficimur in Christo creatura, quod
 per p̄cni. sine dolore non
 consequimur, & can. 2. eiusdem sess.
 ponit Dom. Cardin. Hosius de sacr.
 p̄cni. cap. 48. Martin. Nauar. in
 Manual. cap. 22. num. 10. in fine, &
 eadem sess. cap. 9. vbi non ea contri-
 tio in baptismo, quæ in p̄cni-
 tia, de quo optime idē Nauar. cap.
 primo num. 18. & cap. fin. nu. 60. de
 p̄cni. dist. 7. p̄cni. enim debet
 dolorem lachrymis ostendere, & est
 de conditionibus confessionis, de

p̄cni. distinc. 1. cap. quem p̄cni. et,
 in princip. & in fine suspirando. 50.
 distinc. cap. in capite, quia durus dici-
 tur sermo, qui dolorem lachrymis
 non ostendit, de p̄cni. distinc. 3. cap.
 sunt plures, circa finem, & ideo con-
 tritio dicitur dolor intellectiu⁹, quia
 intrinsecus animi, & intellectus, do-
 lendo ex obiecto, propter offensam
 factam Deo, & extrinsece, & dicitur
 qualiscunque dolor peccati in-
 formatus gratia. Dom. Cardin. Ara-
 cæ. de sacram. p̄cni. cap. 35. Do-
 min. Sot. in 4. dist. 17. quæst. 2. art. 5. &
 in psalm. 49. factæ sunt mihi lachry-
 mæ meæ panes die, ac nocte, & infra
 suo libro de sacra. latius dicemus. Itē
 baptismus tollit culpā, & p̄cni. p̄-
 sentem, non autem peccata futura,
 quæ oportet per remediū sacramenti
 p̄cni. remitti. Thom. Elysius
 de sacram. bapt. vers. quinto, fol. 219.
 36 † Nec debet esse oblitus parochus
 de inquirendo statum suæ parochie,
 & episcopo visitanti denuntiare, si
 aliquis sit hæreticus, aut suspectus de
 hæresi, & male sentiēs de fide catho-
 lica, & christiana religione, aut fortile-
 gus, vel hæreticis adhærens, & in hoc
 diligenter est inuigilandum, estque
 forma tradita episcopo per se, aut a-
 lium honestum, & idoneum (quem
 parochū maxime iudicamus) de his
 inquirendis, cap. excōmunicamus. §.
 adiicimus, de hæret. Nam, & episco-
 pus, si est remissus in p̄gando dice-
 cesim suam hæretica prauitate, idq.
 iudicijs certis aparuerit, ab episcopa-
 li officio deponēdus est eod. cap. ex-
 comunicamus. §. fin. hæc q. in visita-
 tionibus adimpleri expresse cauetur.
 eodem Concil. session. vigesima.
 quarta, de reformation. general.
 cap. 3.

37 c. 3. §. visitationū aut. † Idem si sint
 vsurarii, blasphemii, sacrilegi, excom-
 nicati, non curantes venire ad veniā,
 & viam salutis, scandalosi, infidiosi,
 incorrigibiles, notoriiq. peccatores.
 c. 1. de offic. ordin. quibus publicis nō
 debet administrare sacramentū Eu-
 charistiæ. Mart. Nauar. in Man. c. 21.
 nu. 55. (vbi quando dicatur notoriū,
 per sententiam, vel confessionem in
 iure, vel euidentiā rei, quæ nulla
 tergiversatione celari potest, quia si
 publica est malitia delicti, publica de-
 bet esse reprehensio, vt in alio simili
 dicit idem Nauar. eod. Man. cap. 27.
 num. 240. & num. 241.) adulteri, con-
 cubinari, contra quos possit episco-
 pus procedere iuxta formam sacrorū
 canonum, & sacri Conc. Tri. sess. 24.
 de reform. matr. c. 8. cum prudentia,
 vt nihil intendat, nisi peccata, & ma-
 la corrigere, hominesq. ad veram sa-
 lutis viam perducere, quod facillime
 præstatur, si omnes frequentationē
 cultus diuini, & ecclesiarum conti-
 nuent, ex quo maxime augetur Reli-
 gio christiana. † Ideo officium ipsius
 met parochi erit denunciare, si ijdem
 parochiani diebus dominicis, & festi-
 uis conueniant in ecclesia parochia-
 li, ad quam conuenire sæpius debent
 ad Missas, verbum Dei, & alia diuina
 audienda: Idē in c. 2. de paroch. ordi-
 natum erat, vt in talibus diebus pres-
 byter parochialis interrogarent, si in
 sua ecclesia esset alienus parochia-
 nus, qui proprio parochio contem-
 pto venerit, vt episcopus possit eos
 monere vt frequentent suas eccle-
 sias parochiales. ex decreto Concil.
 Tri. sess. 12. de obseru. & euit. in cele-
 brat. Miss. & sess. 24. de reform. gen.
 cap. 4. §. moneatq. episcopus, sed de

modo, per excommunicationem, di-
 ctum est supra c. proximo num. 30.
 39 † Singulis item annis, cuiuslibet pa-
 rochi munus est ad superiorem suū
 accedere, ab eoq. accipere notulam
 casuum reseruatorum a sede Aposto-
 lica, & ab eodemmet, & in quibus ex-
 communicatio ipso facto incurritur,
 denunciaret, & declaret suis paro-
 chianis, ad hoc vt euitent maxime
 contentos in bulla in cœna Domini
 Sanctissimi Dom. Nostri Dom. Gregor.
 XIII. Pont. Max. & in Constitutionibus
 sacris, in Conc. Tri. Item in
 Constitutionibus synodalibus. Nam
 decet omnes Christianos sic manere
 vt peccata euitent, & semper mentē
 dirigant, ad quæ præuia sunt ad ip-
 sam salutem, non autem perseueran-
 tes in peccatis vt per modum peni-
 tentes, & postea redeunt. Iacob.
 cap. quarto petitis, & non accipitis,
 eo quod male petitis, & in concu-
 piscentiis vestris infumatis, vnde
 maiora peccata maioribus remanent
 40 tollenda superioribus. † Ex institu-
 tione enim antiquissimorum Pa-
 trū factum est, vt episcopus, qui spe-
 culator est suæ diocesis, habeat pote-
 statem reseruandi sibi aliquos casus
 in foro conscientie, vt opportunius
 iudicabit expedire saluti suorum, id
 namque multum pertinet ad disci-
 plinam populi christiani, vt quæ-
 dam atrociora, & grauiora crimi-
 na, a summis solum sacerdotibus
 absoluerentur, & id ad edificationem
 non autem ad destructionem, sessio.
 decimaquarta. eiusdem Concil. Tri-
 dent. de sacram. penitent. capit. 7. &
 can. 11. scribit Martin. Nauar. in
 Man. cap. 27. nu. 254. cum seq. & dixi
 Inpra lib. 1. c. 19. nu. 4. & 5. quomo. lo

Q 3 autem

autem in his peccatis reseruatis gere
re se debeat confessarius, itē pænites.
ponit idem Nauar. de pæn. dist. 5. c.
consideret §. cautus. nu. 9. cum plur.
41 sequent. & in Man. c. 26. nu. 6. † Et
ex prædictis satis clarum est, quod pa
rochus non debet admittere alienū
parochianū, maxime ad sacramenta,
& præsertim ad pænitiā, id enim
nullo permittitur iure. Namq. nulli⁹
momenti redditur absolutio, quā sa
cerdos in eum profert, in quem ordi
nariam, aut delegatam non habet po
testatem iuxta not. in cap. si episco
pus de pæn. in 6. & eod. c. 7. Concil.
Tri. & supra est dictum: Proprius. n.
pastor, qui cognoscit oues suas, de
bet eis mederi, cum ex multis nota sit
patientis infirmitas, nam principalis
inter alia est potestas, vt confessarius
suum exerceat in unum. Nau. in Man.
c. 4. n. 1. & 4. vt sciat omnino a quibus
potestatem absoluendi habet, & a
quibus non habet. vbi dicit grauiter
peccare exponentem confessarios
ignorantes, vel expositos tolerare de
pæn. dist. 6. in prin. Qui vult confi
teri peccata sua, vt inueniat gratiam,
quærat sacerdotem scientem ligare,
& soluere. in quo episcopi aduertant
qui suis de confessariis providere, de
42 bent. † Est enim proprius parochus
(pro tex. in cap. omnis vtriusq. sexus
de pæn. & remis.) cui ex proprio
officio, & iurisdictione incumbit cu
ra animarum ipsius parochiæ sibi cō
missæ, & iudex in foro pænitiæ,
quia statim collato sibi a superiore
parochiali beneficio dicitur proprius
parochus iure diuino. Domin. Sot. in
4. dist. 18. quæst. 4. ar. 2. & supr. eod. c.
nu. 1. ideo ex communi omnium re
solutione in c. omnis alleg. propter 44
fui rationem dixit Mart. Nau. de pæ
nit. dist. 6. c. placuit. num. 81. quod si
cut parochiani tenetur confiteri pa
rocho, ita parochus eodem iure pa
rochianorum suorum confessiones
audire tenetur. Vnde sine ipsius licē
tia nemini licet alium adire, vel quod
ab aliis non obtinuerit, qui potestatem
habent, per Nauar. eod. c. 4. in princ.
sic enim adimpletur illud Christi p̄
ceptum. Ioan. capit. 10. de pascendis
ouibus. sic medicus sui infirmi saluti
studet, & inuigilat, eodē modo paro
chus medicus spiritualis, vt sciat oleo
diuinæ misericordiæ, vel vino diui
næ iustitiæ pænitentem emollire, de
sperantem erigere, pusillanimum cō
fortare, de pæn. dist. 6. c. 1. §. cogno
to itaque crimine. Nau. ibid. §. caueat
43 num. 32. † Et ex eo vt dictum est su
pra. nu. 34. ipsa absolutio, quæ in fo
ro pænitiæ tribuitur, non est nu
dum ministerium, vt multi falso sen
tiebant, sed est ad instar actus iudicia
lis, & sic iudicatur, ex doctrina sanctę
matris ecclesiæ sess. ibidem adducta.
14. de confess. c. 6. §. quamuis, & in
can. 9. Si quis dixerit absolutionem sa
cramentalem sacerdotis, non esse
actum iudicalem, sed nudum mini
sterium, anathema sit. & Nauar. eod.
c. 4. n. 7. sicut iurisdictione in vassallos,
& subditos fertur, supra quos per sē
tentiam diffinitur negotium iudicia
liter: Vnde si quis confiteatur alicui
sacerdoti, etiam bonæ, & perfectæ vi
tæ, sed ab ecclesia non est ei data ta
lis iurisdictione in eum, nulla est absolu
tio, & nullum sacramentum, optime
Petrus de Soto post alios, & q̄ supra
diximus, in tract. de instit. Sacerd. de
min. confess. lect. 5. §. solus sacerdos.
44 & c. † Sed vagabundorum parochus
dicitur

dicitur quisq. presbyter parochialis, vbi ipsi extiterint, quia non habent domicilium proprium, & ideo ibidē fortiantur, quousq. in dicta parochia steterint, ex eo dicti vagabundi, cum lares certos non habeant: Abb. in c. si. de for. comp. differentes a peregrinis, qui, vt plurimum cum licentia vadunt, sin autem secus, aut sunt per transitum, & nequeunt, si per maiorem partem anni, & possunt illi parochio, in cuius parochia inueniuntur: scribunt Doct. in dict. cap. omnis vtriusq. sexus, & Gaiet. quem refert. D. Sot. alleg. q. 4. ar. 2. resoluit ad plenum hoc dubium, ex declaratione facta viuae vocis oraculo ab Eugen. 4. viatores vbi se inuenerint in paschate, illi parochio sint obligati, tanquam incolatum habentes circa sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ, quod est notandū; † Est et inquirendum si quilibet parochus, & curā animarum habens, pœnes se habeat transumptum bullæ solitæ legi in cœna Domini; S. D. N. vt illa diligenter visa, & attenda, & sciat in quibus potestas sua extenditur, vel non, & quos ligatos inuenerit ad Sedem apostolicam mitta t, ad monendo, non desperando) Quilibet enim vltra curatos ad cōfessionis audiendas deputatus habere dictum trāsumptum obligatur, ex præcepto eiusdē bullæ de mandato D. N. §. præcipimus, ne ignorantia reſeruatiōis prætereundere possit, cum absoluere a prædictis ibidem contentis, sententia sit excommunicationis, vt in §. seq. cautum est. † Tenetur in super parochus visitare infirmos in sua parochia, quando sunt, eosq. consolari, vt cum patientia tolerant meditando passionem D. N. Iesu Chri-

sti, paupere adiuuare, nam legitur, nō te pigeat visitare infirmum. Eccl. c. 7. & Dominus inquit c. 25. Matth. infirmus eram, & visitastis me, & si oēs tenentur ad opera misericordiæ, multo fortius curam animarum habētes, quæ si Christianus impleuerit, morte nō morietur, sed vita viuet, alias morte morietur, & sanguis eius in ipso erit, teste Propheta Ezech. c. 18. ab ipsis enim parochis debent expectari merita vitæ, & bona exempla, iuxta notata in Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 14. & misericordia dicitur maxima virtus, immo omnium virtutum dirigens ad proximum. Nauar. in suo Manu. cap. 24. num. 2. 47 vide supra lib. 1. c. 30. num. 29. † Postremo est aduertendum ab episcopo, seu alio visitante, vt in examinatione vitæ parochi de statu suo principali, non solum de ecclesia, non debet in publico coram populo examinare eum, ne vituperetur ecclesiasticum ministerium, si vitia forsā publici carentur, aliter non paterno amore diceretur procedi, sed occidendi. cap. diaconi. 93. dist. non excoriando, ne ecclesia lamentetur, quod viduata pastoribus, filios non generat: Aluar. Pelag. de plant. eccl. lib. 2. cap. 8. & sic debet esse officium veri pastoris, cum episcopi pastores, non percussores dati sint. sess. 13. Conc. Trid. de reform. cap. 1. quæst. 3. cap. 5. omnes. vbi patres appellantur. q. 6. cap. 1. sacerdotes sess. 25. eiusd. Concil. Tri. de refor. gen. cap. 7. sunt nempe laici clericis infesti, 6. quæst. 7. c. 23. Discite prælati subditorum matres esse debere, non dominos, studeat, quod correctio sit paterna, non tyran-

tyrannica maxime in peccatis carnis debet episcopus velare quantum potest, si tamen correctio speratur, Do. Pauli de visit. 1. part. q. 1. nu. 50. rationem assignat Dom. Cardin. de Turr. Crem. in cap. licet plerumque. 40. dist. quare peccata sacerdotum sint dulciter, & cum mansuetudine corrigenda, & non dura reprehensione, quo modo peccatum ipsius parochi non vergat in periculum fidei, & in aliorum evidentem damnationem; tunc, utique esset ei in facie resistendum, exemplo Apost. ad Gal. 2. dixi supra lib. primo capitulo quarto, numero decimo quinto, vel si post correctionem factam in prima visitatione, se indignum reddidit, non acquiescendo in vite
 48 mutatione. † Et si ipsum parochum, aut alios presbyteros inuenerit non celebrare continuo, admoneat, & corripiat, cum semper diebus festiuis obligentur, & tam frequenter, quod suo muneri satisficiant. sess. 23. Concil. Trident. de reformat. cap. 24. §. curre episcopus, & in aliis diebus secundum rationem decimarum, & stipendiis, Domin. Sot. in quarto, distinct. 13. quæst. 2. art. 2. vers. dubium autem. Petrus de Soto de instit. sacerdot. lect. 13. in fine. de sacr. Eucharist. Marti. Navar. in Man. cap. 25. nu. 88. vers. 21. remouendo ab usum quorundam non lentiū dicere Missam, nisi certa pecunia soluatur, & minus non possit accipi, quod est contra voluntatem magni illius viri, qui statutum superinde emanarat: & prohibitum expresse dicit idem Martin. Navar. in Man. cap. 23. num. 106. & monendi sunt ut in celebrando applicent valorem Missæ satisfactoriū iis, pro quibus principaliter celebrare, & orare debet, non

ut multi faciunt pro vna Missa accipere duplicē panē, siue duas pithantias. ut dicit ipsemet Navar. eo. c. 25. 49 n. 111. vers. 35. cum seq. † Monendo item, ut cessent a peccatis, ne celebrantes aliis, scandalum fiant, & intelligant se suæ vitæ puritate suis precibus, & Missis plurimū. Christifidelibus prodesse posse, cum Deus voluntatem timentium se faciat: non tamen negamus, quod, quoad essentialia Missæ, & quando opus operatum, in pari sit Missa boni, & mali sacerdotis. cap. intra, prima. quæstio. prima, sunt dicta eiusd. Navar. ipso, cap. 25. num. 78. & 79. ex ea ratione, quia ministri ecclesiæ in sacramentis, non agunt virtute propria, sed in virtute Christi. S. Thom. lib. 4. contra gent. cap. 77. D. Cardin. de Turr. Crem. in sum. eccl. lib. 1. cap. 99. nā, & si Deus sacramenta det etiam per malos ministros, ipsam tamen gratiam, dat per seipsum. S. August. de baptis. 5. cap. 23. prima quæstio. 1. cap. multi. cum sequen. sess. 7. Conc. Trident. de sacr. in gen. cap. 11. & sessio. 14. de sacramen. pæniten. cap. 6. tangit Martin. Navar. in cap. primo. §. sacerdos, in princ. vers. contra, de pænit. distinct. 6. † Ex quo ad propositum dicebat Dominic. Sot. in 4. distinct. 4. ar. 5. Ministros ecclesiæ bifariam posse dici malos. Primo quibus deest essentia sacramenti, ut si non sint sacerdotes, celebrando non possunt consecrare, aut absoluerē, aut si ministrent sine intentione faciendi, quod facit ecclesia, quæ intentio de necessitate requiritur. eadem sessio. septima, de sacr. in gen. cano. 11. vbi notat. Aut secundo sunt mali extra essentialiam sacramenti, sed per deprauiatos

uatos mores, & si sunt publici, (licet non impediunt effectum sacramēti) non licet audire, quia facilius bonorum preces audiuntur. gloss. in cap. remissionem, prima quæstio. prima, ex quibus S. Thom. citato c. 77. excludit tres principales errores. Primo dicentium, quod omnes boni fideles habent potestatem sacramenta dispensandi. Secundo asserentium, quod nulli mali sacerdotes habent potestatem sacramenta dispensandi. Et tertio reprobatur error tenentium, quod omnis potestas spiritualis a Christo ecclesiæ ministris data; sit iã euacuata propter malitiam ipsorum

& hæc sunt notanda. Et pro materia notandum etiã, quod parochus prouisus de beneficio curam animarum habente, uel de ecclesia parochiali ultra professionem fidei, debet iurare, & se obligare de residendo in dicta ecclesia parochiali, & beneficio curato, ex Constit. Pij. Pont. Max. incip. inter multiplices curas, 1563. de quarum ecclesiarum collatione tradit Pius Quintus similiter Pont. Max. in constitutione in conferendis 1566. an. 2. Vnde opportune subnectimus titulum de residentia parochorum, cum iam præsentis cap. materia latius sit tractata, &c.

DE RESIDENTIA PAROCHORVM, ET curatorum in Ecclesijs parochorum, & curatis.

CAP. QVARTVM.

SVMMA RIVM.

- | | |
|---|---|
| <p>2 Christus uult pastores habere curam animarum.</p> <p>2 Ecclesia parochialis, & curata cui debet committi.</p> <p>3 Sacerdos curatus non potest deseruire per substitutum.</p> <p>4 Parochi, & curati non residentes, quibus poenis afficiantur.</p> | <p>5 Decreta de residentia curatorum sunt publicanda.</p> <p>6 Parochus si uult abesse pro tempore quid uult, aut debet facere.</p> <p>7 Dispensari super quibus casibus possit de non residendo. nu. 8. 9.</p> <p>10 Dispensationem habens de non residendo, debet eam ostendere episcopo.</p> |
|---|---|

Quamuis in primo lib. cap. 15. num. 18. & num. 19. & supra, cap. primo, nu. 14. cap. 2. num. 7. cap. 3. num. 5. & in fine aliqua sint dicta de residentia parochorum, & curatorum, de quibus alij in ecclesijs cathedralibus, & collegiatis intitulatis, at-

tamen cum res sit maximi momenti, dubium fuit si quando liceat abesse, vel cum dispensatione, ideo dignum fore visum fuit, sub particulari capite aliqua dicere, ut generalis subiiciatur clausula, quæ omnes casus comprehendat, dicit gloss. in Rubri. ff. de Regulis iuris, ut sic facilius reddatur

1 datur cunctis ipsius visitationibus a-
ctus. † Idq. primo est habendū dictū
illud a Christo domino nostro (apud
quem tanta fuit cura animarum) eum
ter interrogaret Petrū, Amas me, sin-
gulisque responsionibus Petri, sub-
iunxerit, pascere oues meas. Ioan. cap.
10. vt hoc pascēdi officiū melius per
se ipsum compleatur, ne aliter faci-
endū mercenario æquiparetur, qui
lupo veniente relictis ouibus fugit,
vt merito dominus curam ouium al-
teri cōmittat, propterea Summi Pon-
tifices decreuerunt id omnino seruā-
dū in ecclesiis cathedralibus, & maio-
ribus, de quibus supra est dictum, &
in parochialibus, & curatis, de quibus
modo in hoc secundo libro agimus,
vt parochi, & curati intenti sint ad re-
gimen ecclesiarū commissarum, in
eis residendo, vt abesse graue, & mor-
tale peccatum incurratur. ea. sess. 9. de
reform. c. 2. sess. 23. eod. titu. cap. 1. §.

2 eandem omnia. † Inde in Concilio
magno Lateranēsi, de quo mentio
fit in cap. quia nonnulli. de cler. non
resid. dicitur quod ecclesia parochia-
lis, & curata illi debet cōmitti, qui re-
sidere in loco, & curā eius per seip-
sum valeat exercere, quod intelligi-
mus, cum expresse, & actum habet
parochianos. cap. licet canō. de elect.
lib. 9. non tamen desierint, & sic pro-
prie dicitur quis curatus, per Io. Sta-
phil. de litt. grat. titu. de qualit. benef.
quem refert Rebuff. in pract. benef.
de non prom. intr. an. num. 35. cum
seq. supra cap. 2. hoc libro n. 11. & ex

3 aliis sparsim dictis. † Ex cōmuni acce-
pto dicto, vt nullus in ipsis per sub-
stitutum seruire possit, sed per seip-
sum complere teneatur, c. 2. de cleri.
non resid. cum cap. si. §. præterea, de

præb. Namq. vbi industria personæ
est electa, non datur facultas per aliū
explicandi. cap. fin. de offic. deleg. de
ætate. & qual. cap. cum sit ars, nec suf-
ficit in ipsa tantum ciuitate residere,
sed quod sit in ecclesiamet curata,
vel saltem si domus ibidem cōtigua
non est, in parochia, iuxta dicta su-
pra cap. proximo, num. 6. ex præal-
leg. Concil. Trident. & ead. Consti-
tu. cupientes Pij Quinti Pont. Max.
Nec ipsum Conc. Trid. admittit obli-
gatum officijs diuinis, per substitu-
tum deseruire, sess. 24. de refer. gen.
cap. 12. §. omnes vero. † Et vltra rea-
tum peccati mortalis, quod incur-
rit nō residens nō facit fructus suos,
& ad restitutionem tenetur, c. pen.
de cler. non resid. eod. c. sess. 23. §. si
quis autem, quod, & ad curatos ex-
tenditur, & seq. §. eadem omnino: fa-
bricæ ecclesiæ, uel pauperibus distri-
buendos, eod. §. si quis autem, & tot.
tit. de cler. non resid. & ad priuationem
procedendo iuxta terminos ip-
sius Conc. & amplius ex ipsa noua
Constit. Pij Quinti, facit text. in cap.
ex gestis, de cler. nō resid. super quo
tex. multa scripsit Afl. in decis. Nea-
po. 289. nec conscientia prodest re-
missio fructuum, ex quo ijdem reci-
piuntur contra dispositionem iuris,
& est notandū contra canonicos ec-
clesiarum cathedralium, & collegiata-
rum, quorum unus alteri cōplacet re-
mittendo. iam enim ius assignauit in
uno casu, uel fabricæ ecclesiæ, uel pau-
peribus erogari, nō possunt remitti,
uel alio dispēsari. notat Domi. de S.
Gemi. quem cæteri sequuntur in c. 1.
de cleri. non resident. lib. 6. quā Con-
stitutionem confirmauit ipsum Cōc.
Trid. sess. 24. de reform. gen. cap. 12.
§. præ-

§. præterea obtinentibus, ubi in alio casu declarantur tamen distributiones inter res assignari. vide supra lib. 1. c. 7
 5 15. nu. 25. † Et ne vlla temporum iniuria, vel defuetudine, aut hominum obliuione, hæc salubris, & necessaria sanctio aboleretur, statutum est, quod sæpius in prouincialibus, & episcopaliibus synodis ipsa decreta Conc. Tri. de residetia publicentur, quod, & in aliis clericorum congregationibus facere præstat, idque in titulis ecclesiis, cathedra libus, maioribus, collegiatis, parochiis & omnibus curatis notum esse debet ead. sess. 23. c. 1. §. postremo, de refor. Iuuat quippe similem publicationem fieri, & quia ignorantia euitatur, & audientes magis insistent seruitiis ecclesie propter poenas inflictas: Sin vero aliqui subterfugiant residere, sub eo quod commissarij Apostolici, & subcollectores sint, adhuc cogendi sunt per edictum, & quo ad ipsos scribendum, & denuntiandum est Sanctissimo Domino nostro, qui ubi necessaria ecclesie sciuerit, non deficiet providere. † Cum autem parochus, aut curatus habet necesse pro aliquo breui tempore abesse ab ecclesia curata, proponat episcopo causam iustam, qui ipsa probata, constituto in ecclesia interim idoneo Vicario, cum debita mercedis assignatione, gratis licentiam det, & non ultra bimestre. eo. §. eadem omnino, & dicit Rebuff. quod si ex falsa, & simulata causa pro vera probata obtineat, non est tutus, in prax. benef. citat. tit. de dispens. de non resid. numer. 53. cum fraus, & dolus nemini debeat patrocinium impartiri, capit. tuæ. de cler. non resid. & nota, quod text. Concil. dicit, quod episcopus

gratis concedat licentiam, unde si peccuniam accipit, simoniam committit, ipse Rebuff. eo. tit. nu. 16. † Et si Doc. conetur assignare multos casus dispensandi ad non residendum, tamen ad tres reducimus, primus est necessitas, utpote graue bellum, vrgens pestis, periculosa infirmitas, aeris intemperies. argum. cap. ex parte lo. 2. de cleri. non resid. per ea, quæ dicit Ioan. And. in cap. 1. eod. titu. lib. 6. loquendo de graui, & manifesta causa. 5. q. 5. cap. 1. & qua non obstante solitus erat residere, & qua similiter cessante statim ad residentiam reuerteretur, quia vacante causa, propter quam fuit concessa dilatio, cesset, & effectus, c. cum cessante de appell. Inde Rebuff. ubi supra ponit verbum, quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas sopiat, & simil. † Secundus casus est vtilitas ecclesie ratione studii, de cler. non resid. c. relatum, cum aliqui forsitan sunt dediti studiis ecclesie, multum fructum afferre speratur, & scientia facit quem dignum, de elect. c. congregato, nec in loco, ubi ecclesias potiuntur curatas, commoditatem studii habent, exinde necesse est alio proficisci, episcopus tunc poterit (posito semper idoneo Vicario cum portione conuenienti in ipsa ecclesia curata) ad tempus dispensare, minus tamen septennio, non ultra, prout expedire videbit, dum tamen vera, & cum effecto studiis operantur, & quod infra annum omnino sacris initientur, nulla eis aliter suffragante licentia, nec ipsi fructus suos faciunt, ex dispositione c. licet canon. & c. cum ex eo de elect. lib. 6. & extat regula Cancell. n. 54. incip. item voluit, quod petentibus secum dispensari. hoc tamen de nouo

de nouo addito, q̄ q̄ncumq. a Roma. Cur. seu Penitentiaria, aut aliunde quis obtinuerit gratiā de non residēdo, ad t̄ps ratione studii, & percipiendi fruētus, nō aliter sit firma, nisi accedēte cōsensu eius ordinarii, in cui⁹ diācesi situm est ipsum beneficium curatū, extat alia Regula a Pio III. 1564. an. 9. 5. inc. Sanctissim⁹ in Christo Pater. † Tertius potest dari casus, si quis sit in seruitio sui episcopi, vt debeat pro residente iudicari. c. ad audientiam. de cleric. non resident. quia sicut si esset pro seruitio ecclesiæ (pro qua etiam abesse potest) habetur, vt præsens, sic in simili, & in eo. c. episcopus potest habere secum duos canonicos, & in cap. de cetero. Boer. decis. 17. nu. 12. & de author. mag. conf. num. 13. dixi in famil. singul. in l. A. nu. 3. in 2. impressione, & in littera. C. nu. 107. q̄n tamen (cum restrictione) ecclesia nō fraudaretur debitis seruitiis. Rebuff. eod. tractat. num. 37. nec transit sine dubio: Priuilegia tamen de non residendo perpetua in totum esse abrogata declarandum est, & temporalia ex supradictis iustis causis concedenda, nec cōsuetudo ultra admittitur, quia damnosa animabus. eod. c. licet canon. & alleg. cap. 2. sess. 6. quia vt dicit ibidem optime Rebuff. peccat faciendo contra naturalem æquitatem, & iustitiam, qua tenetur curatus ipsemet ex suscepto officio gerere curam ouīū Christi, & fortius erit iudicandum pro iusta causa, secundū Nauar. in Man. c. 25. nu. 121. quando quis esset pro seruitio D. Papæ, vel de eius mandato, pro ecclesiæ cōutilitate, vel per causam legitimā, & cōsuetudinem honestam, quæ intelligitur cum causā, quod sit legitima, ho-

nesta, & approbata, vel ex priuilegio Apostolico postea concessio, vel alia rationali causa, dicitur tex. extraug. Io. 22. exhibita nobis, de priuileg. Cum omnis voluntas Papæ præsumat cum causa legitima, & honesta dispēfando, nec cadit dubium, cum super his habeat plenitudinem potestatis, regulariter, & vniuersaliter. Innoc. de pat. c. cū pridem. Bal. in prælud. feud. col. 14. de quo latius supra diximus, eiusq. verbis standum. Card. in cle. 7. in prin. de probat. † Vltimo si in ipsa visitatione, vel extra, inuenitur, quod quis tueretur se aliqua indulgentia, vel priuilegio, quo minus se non obligatum ad residendum prætenderet, eam, seu idem priuilegium ordinario infra tempus ab ipso præfigendū consignare debet, qui viso ex certis, & rationalibus causis esse cōcessum, & supplicatis veris existentibus, ad certum tamen tempus, iuxta terminos Conc. permittat (nisi expressius verba Pontificis loquerentur) posito vicario in ipsa parochiali, seu curata ecclesia, cum congrua fructuum perceptione eod. c. 2. §. indulgentias vero, & vbi iustas causas non inuenierit, sed per veri falsum impetrationē factam, non admittat, sed tamquam contra non residentem pænis a iure statutis procedat, vel si est nouiter cōcessum priuilegium, ipsi Summo Pontifici rescribatur, qui patienter subscribit, si nō sit, q̄ praua ei fuerit inuentione suggestū, tex. notab. & practicabilis in c. si q̄n. de resc. ad quē videtur cū occurrit Pet. Rebuff. eo. tit. gl. 4. li. 2. fol. 140. & de forma rescribendi ibi dē, & inf. eo. lib. c. 20. post nu. 2. & vide de aliū similem tex. in c. si aliquando de sent. excommu. & hæc sufficiant.

DE EDICTO EXAMINIS PONENDO IN
promouendos ad Ecclesias parochiales, &
curatas ipsis vacantibus.

CAP. QVINTVM.

SVMMARIVM.

- 1 **E**dicta sunt affigenda in publico.
- 2 Idones sunt promouendi ad ecclesias parochiales, & curatas.
- 3 Edictum pro quibus ecclesiis vacantibus est ponendum. nu. 1.
- 4 Examinatores, qui, & quot debent accipi.
- 5 Examinatorum qualitates quæ esse debent.
- 6 Episcopus eligit promouendum ab examinatis per edictum magis idoneum.
- 8 Examen faciendum per concursum non potest omitti. Nec notorietate persona, quod fallit, nu. 9. 10.
- 11 Terminus decem dierum ad edictum pro examine non potest prorogari.
- 12 Episcopo nolente admittere examinatum, quid faciendum.
- 13 Idoneus repulsus ab episcopo, minus idoneo recepto, ad quem recurret.
- 14 Clerici Ciuitatenses præferendi sunt exteris.

Antiquitas omnium rerum moderatrix ad reprimendam malorum audaciam graues poenas inuenit, nouasque semper ordinare ad statum Reipublicæ, quæ alias non conseruaretur, ad hoc ne excessus ab aliis trahantur ad exemplū, ex impunitate excedentium, clem. 2. de senten. excomm. Et in alio ea edicta affigebantur, vt omnibus nota fierent, quæ essent obseruanda, aut vitanda, de albo prætoris legimus, in l. si is quod, ff. de iurisdic. omn. iud. & loquitur Luc. de Pen. C. de decur. lib. 10. l. in albo, ex quo ductum est omnia edicta in loco publico esse affigenda. Curt. de iur. patron. in verb. honorifici, nu. 69.

idq; hodie passim obseruatur, & præsertim in vrbe, quæ est norma aliarū ciuitatum, & caput totius orbis. l. nemi. C. de cons. lib. 1. cuius curiæ, tamquam magistræ stilius ab omnibus est sequendus. Specul. in tit. de sti lo. publicationes fieri, & affigi in loco campi Floræ ex antiquo tēpore, vbi frequētissimus solet esse populi cōkursus, & potest dici edictum monitoriū. ff. de iud. l. ad peremptoriū, & vide in l. edictū. eo tit. de quo scribit nouiter Mand. in tract. de Monit. quæ publicatio, & affixio est ex arb. Bar. in extrau. ad reprim. vers. per edictum, & sufficit quod in actis dicatur fuisse affixum. Marian. Socc. in cap. accedens, nu. 33. de purgat. can. vbi tractatur

294
 tractatur de eius publicatione, quan-
 to tempore, & coram quibus Abb. in
 c. cum inhibito. nu. 7. de cland. desp.
 in cap. fin. num. 2. qui matrim. accus.
 poss. & quando est affixum, & remo-
 uetur a priuato, est delictum. Socc.
 ibidē, vel si corrumpatur, in l. si quis
 id qd alleg. ff. de iurisdic. om. iud.
 Marian. num. 34. & auferens a manu
 nuntij seruiantis qua pœna puniatur
 in d. l. si quis id quod. per Bald &
 Gui. Pap. in decif. 576. n. 5. Fab. Mon-
 teleon. in pract. quatt. litter. 4. part. n.
 813. Lambert. de iure patro. lib. 2. fol.
 174. de similibus edictis publicandis
 in ecclesia pro matrimonis. sess. 2.
 Conc. Trident. de reform. matrim. cap.
 1. & vide multa per Rebuff. in regul.
 de publi. resign. gloss. 10. & in tract.
 citat. in præfat. vbi num. 94. cum seq.
 decidit multa, quis possit citare per
 edictum, quis citari, num. 95. quan-
 do possit fieri. numer. 96. qualiter
 debeat fieri. nu. 98. vbi debeant edi-
 cta affigi. nu. 100. quanto tempore
 debent stare. num. 102. & de pœna
 remouentis. nu. seq. & de edicto pro-
 hibitorio, & permissorio, num. 111.
 cum aliis notab. vide Mod. ven. de ci-
 tat. num. 69. vbi licet sit in arbitrio,
 quantum debet stare edictum affixū,
 debet tamē primo legi, & postea af-
 figi, quod non in omnibus seruatur.
 † Vnde cum expediat salutem anima-
 rum ecclesiis parochiales, & curatas
 personis idoneis consignari, scientia,
 siquidē moribus, & etate. c. graue ni-
 mis, de præb. Rebuff. de nominat. q.
 16. & sunt verba Conc. Trid. sess. 24.
 de reform. gen. cap. 18. in princ. Sicut
 enim promouendus ad ordines fa-
 cta inquisitione per edictum exami-
 natur de persona, etate, institutione,

moribus, doctrina, & fide, eod. Cone.
 sess. 23. de refor. c. 7. cum cap. 5. præ-
 ced. Sic promouendus ad parochias
 sit scientia sufficienti. Non enim po-
 terit alios ad rectam viam deducere,
 si ipse ignorans extiterit, si cæcus cæ-
 co ducatum præstat, ambo in foueā
 cadunt. Matth. c. 25. c. quæ ipsis 38.
 dist. canones nulli sacerdotum licet
 ignorare, c. præced. Tales ad ministe-
 rium eligantur clerici, qui digne pos-
 sint dominica sacramenta tractare,
 quia melius est paucos habere bo-
 nos, quā multos inutiles. c. tales. 23.
 dist. c. cū in cunctis. de elect. de etat.
 & qualit. c. cum sit, ea tamen debet
 esse sciētia, licet mediocri, quæ suf-
 ficeret ad regendum beneficium, seu
 ecclesiam curatā obtētā, de præb.
 c. venerabilis. Abb. in alleg. c. cum in
 cūctis: bonis moribus, ex quibus cæ-
 teri edificantur. Vitā, bonosq. mores
 suos clerici cōponere debēt, vt habi-
 tu, gestu, incessu, sermone, & grauita-
 te, religioneq. honesti appareāt. sess.
 22. Conc. Trid. de refor. c. 1. & ipso c.
 18. Vt sic habeāt bonū testimoniū et
 ab his, q. foris sūt, dicit gl. ex illo tex.
 in extrauag. execrabilis. Ioann. 21. de
 præb. in verb. bonæ famæ. Aetas etiā
 requiritur, vt possit promoueri ad sa-
 cerdotium. d. cap. licet canon. & sess.
 24. Conc. Trident. de reform. gener.
 cap. 12. & denique is dicitur idoneus
 ad ecclesiam curatā, qui seruire po-
 test, & vult in ecclesia illa. tex. notab.
 & expressus in c. super inordinata,
 de præb. quod dictum esse commen-
 dandum, & singulare, dicit Lambert.
 de iur. patronat. lib. 2. par. 1. quæst. 7.
 princ. ar. 27. nu. 3. Propterea, vt præ-
 dicta haberentur statutū est, vacante
 aliqua parochiali ecclesia, seu curata
 tam

tam si per vnum, quam si per plures fuerit solita gubernari, siue patrimonialis, siue receptiua, etiam iuris patronatus laicorum, quomocūq. & cuiuscūq. fuerit conditionis, infra decē dies a notitia vacationis nominentur promouendi ab examinatore, solito edicto publico in illa ecclesia, & et in maiori, p̄ concursum, vt ad omnium notitiam deueniat, & inde magis idonei assumantur. eodē c. 18. vbi expedit humanæ salutis, a dignis, atque idoneis parochis gubernari, deo vacante ecclesia parochiali & curata, vt supra, statim episcopus habita notitia vacationis, etiā per resignationem, ponet in ea idoneū Vicariū, cum congrua suo arbitrio fructuū perceptione, siue assignatione, & interim infra decem dies examinatorebus nominantur promouendi, de quibus faciēda ē inquisitio circa mores, ætatem, & sufficientiam. §. porro episcopus sed in collegiata ecclesia, ne ius rectoris impediatur (nisi aliter esset obseruatum) episcopus non ponit edictum, sed præponendum curare, præpositumq. examinare, & approbare debeat, supra eod. lib. cap. 4. primo num. 16. in fine. † Examinatores autem in synodo deputandi, debent esse ad minus sex, prudentes, & præ ceteris qualificati, qui synodo placeant; & approbentur, quorum postea iudicio tempore vacationis (saltem trium) episcopus præponendis ecclesiis curatis examinatis & dignonibus inuentis ipsas parochiales ecclesias conferat. in §. transactio. & §. examinatores eod. cap. Idque optime videtur statutum: nam, & si examen ad Archidiaconum aliqui referebant, de offic. ordin. cap.

ad hæc, & capitulo ad nostrum, & tot. titū. vbi loquitur de ordinibus, vt per eandem rationem diceremus, tamen episcopi per se, vel per alium ius acceperunt examinandi, in quibus pōt & aliqua suspicio oriri in eligendo malum, & corruptum examinatore, vt dicit Rebuff. in gloss. quarta. Regul. Cancell. Pij Secundi, de mal. prom. adeo Concillium ordinauit plures eligi de melioribus, & approbari. cum integrum sit iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, tex. not. in capit. prudentiam tuam, in princip. de offic. deleg. capit. extra. conscientiam, sexagesima quarta distinctio. quia per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur. l. final. §. cum enim. C. de fideicommiss. † Qui examinatores sint magistri, seu doctores, aut licentiati in Theologia, aut iure Canonico, etiam ex ordine Mendicantium, & seculares, qui tactis Euangelis, se quacumque affectione humana postposita fideliter munus exequuturos iurabunt. in §. sint vero, & vers. curentque q̄ & sentiebat Rebuff. in eadem gl. nu. 14. & dicitur, vel in iure canonico, quia canones ignorare nos licet, qui normam dant viuendi. Namque & scientia Canonica practica est Theologie, neque potest faciliter ecclesia Dei regi, sine canonum scientia. Aluar. Pelag. de plant. eccles. lib. secundo, capit. 20. colum. quarta, cum ignorantia talis, sit Christum ignorare, capit. si iuxta, cum sequen. 38. distinctio. & scientia iuris canonici intendit directio animarum regimen per Felin. consil. decimo octauo, stante consuetudine, numero 9. vbi cæteris paribus, vbi non sunt hære-

hæretici, canonista p̄fertur Theolo-
 go. Ipsi vero examinatores nihil pror-
 sus accipient ab examinatis, alias ab
 vtraq. parte incurritur simonia, nec
 absoluunt, nisi dimissis beneficijs, cū
 inhabilitate ad alia. §. caueantq. eo. c.
 18. q. est. bene aduertendum. † Igitur 8
 examine peracto, qui fuerint exami-
 nati, episcopo denuntientur, qui ex
 præpositis eligat, quæ cæteris magis
 idoneū iudicabit. in §. peracto. cuius
 examinis relationem factam ab ipsis
 examinadoribus, nulla appellatio im-
 pedit, quin debitam executionē habe-
 re debeat in §. in omnibus. posset. n.
 causari ecclesiæ magnum damnum,
 si propter prætententias clericorum
 longā haberet vacationem, ne pro de-
 fectu pastoris, lupus rapax gregē Do-
 minicum inuadat. aut in facultatibus
 suis ecclesia viduata pastore graue
 dispendium patiatur. arg. c. ne pro de-
 fectu de elec. subueniunt bona ele-
 ctio, & benigni mores. promouendi.
 Rebuff. de rescr. in for. n. 13. in pract.
 benef. ideo dicit tex. conferri perso-
 nis, quæ digne valeant administrare.
 7 cap. 2. de concess. præb. † Quod, &
 ad ecclesiā de iure patronatus, tã ec-
 clesiasticorū, quã laicorū exten-
 dimus, vt per viā ipsius examinis præ-
 cedentis, præsentatus promouetur, &
 & insituatur eod. c. 18. §. si vero, &
 §. q. si ius patronatus, & si aliter facit,
 episcopus damnationem incurrit, &
 tenetur ecclesiæ lætæ damnum resar-
 cire. Rebuff. de præuent. nu. 10. ex c.
 quod autem, & c. significasti. de iur.
 patr. quid autē de iure, si patroni in-
 dignum præsentant, vel valentes di-
 gnū omittunt, atq. idoneū tex. Cōc.
 dicit non esse admittendum. Docto-
 res priuant patronos illa vice præ-

sentandi, per Lamber. de iur. patrol.
 lib. 2. 18. quæst. art. 4. qui præsentat,
 primum examinatur de ætate requi-
 sita ad beneficium, ad q. insitui peti-
 tur eod. c. cum in cunctis, cum simili-
 bus. ad quæst. tamen de præsentante
 indignum, vide infra capit. 10. † Ad-
 uertendumq. est semper, ne ratio di-
 cti examinis postponat, sed fiat. Que-
 cumq. enim ecclesia parochialis, aut
 curata post eiusd. Conc. confirmatio-
 nem collata fuerit, non præuio exa-
 mine, semper vacare intelligitur, nec
 de ea prouisus vllum ius, aut titu-
 lum acquirit, & ad superiores spe-
 ciat collatio, non tamen ad eosdem,
 qui contulerunt. Hæc est ad confir-
 mationem eorundem decretorum
 Concilij constitutio emanata super
 collatione parochialium ecclesiarum
 a Pio Quinto Pont. Max. incip. in cō-
 ferendis sup. alleg. 1566. pont. an. 1. †
 Posset tamen hæc forma per publi-
 cum examen per concursum in casu
 omitti, propter exiguos redditus ip-
 sius ecclesiæ parochialis, quia tam vr-
 gens necessitas non est, nec dantur
 concurrentes, vel ob manifesta diffi-
 dia, & ortas inimicitias, dum tamen
 cætera cum suis qualitatibus obser-
 uentur. eod. cap. 18. §. si tamen ibi nar-
 ratis causis poterit ordinarius, si pro
 sua conscientia cū deputatorum exa-
 minatorum consilio ita expedire ar-
 bitrabitur hac forma omissa priuati
 aliud examen, ceteris tamen, vt supra
 seruatis adhibere, & causa potest da-
 ri ipsa necessitas prouidendi, quæ
 non habet legem, sed ipsa legem
 sibi facit e. remissionem. §. sed notan-
 dum. 1. quæst. 1. quod in privato
 examine non procedit, quia lex ex-
 10 presse requirit. † Nec notorietas plo-
 na,



ne, quod sit docta, qualificata, est cau-
sa vt prædictum examen omittatur,
sed oportet, q̄ oīno ipsi examini sub-
ijciantur, maxime circa scientiam,
& mores. c. cum sit de æra. & quali-
nec obstant dicta p̄ Doctores, & reci-
tata p̄ Rebuff. in for. paup. de rescri. n.
4. q̄ Approbati a studiis, ex quo dicū-
tur graduati, non debent examinari.
Fel. in c. fin. de præsum. quia respon-
sio est facilis, confirmando obiecta,
sed limitando non procedere, cum
examen sit faciendum de forma. q̄
dat esse rei, non p̄t omitti. not. Bal.
in c. constitutos lo 2. de iudic. latius
Lambert. lib. 7. de iur. patr. 1. part. 11.
quæ st. 3. art. & canon. Concilij limi-
tauit in certis casibus. in aliis excludit
c. nonne, de præsump. ff. de iud. l. ait
prætor. & vide in l. Julianus. §. sed &
si quis. ff. ad exhib. quod & ipse Fel.
expertus fuit, qui licet esset famosissi-
mus Canonista, tñ vocatus ad audito-
rium oportuit examinari, & soluit
30. argumenta de multis sibi factis, vt
refert Neuizan. lib. 2. fol. 188. licet sibi
displicuisset, quia tñ examen re-
quirebatur omitti nō potuit, de quo
Marfil. not. 196. & ipsemet Fel. refert
in c. venerabilis nu. 49. in fine de re
iudi. † Terminus vero decem dierū
a Concilio statutus ad denominan-
dum idoneum examinatoribus. §. por-
ro episcopus. licet sit ibi additū, vel
infra aliud tempus, non potest ultra
alios decem dies dilatari, iuxta ean-
dem constitutionem allegatam. in §.
prohibentes et. Considerauit enim le-
gislator ob dilationem forsā affe-
ctatam, damnum causari, & suspitio-
nem, ergo obuiandum est hominum
fraudibus. l. in fundo. ff. de rei vend.
c. ex parte, in fine, de priuil. & excess.

prælat. & quoniam lex indistincte
prohibet ultra alios decem, nō facit
ad propositū quæstio disputata a Do-
ctoribus, qñ Terminus impositus a
iure possit p̄ iudicem restringi, vel di-
latari. de qua quæstione. Bar. in l. 2.
ff. de re iud. satis ad plenum. Abb. in
c. cum sit Romana. nu. 10. cum ibi ap-
positis in addit. † Sin vero episcop⁹
præsentatos, seu præsentatum ab exa-
minatoribus in ecclesiis parochialis-
bus, infra quattuor menses, vel infra
duo, intra tempus a iure concessum,
p̄ uo examine noluerit, seu distulerit
admittere, non potest amplius se in-
tromittere, sed dispositio Sedi Apo-
stolicæ remanet, data facultate patro-
nis ecclesiarum (qñ de iure patrona-
tus est ecclesia) possint ordinario ul-
tra dictos duos menses differente, ha-
bere recursum ad eādem sedem, aut
ad Metropolitanum, vel viciniorem
episcopum, iuxta dispositionem eius.
constit. supr. alleg. Pii Quinti. §. in su-
per est decretum, vt sic non sit in-
pleno posse episcopi ad arbitrium
protrahere præsentatos. † Et si mi-
nus idoneo electo alii magis idonei
ab episcopo fuerint electione habita
repulsi, possunt ipsi repulsi ad Metro-
politanum habere recursum, vel ex
episcopo exempto ad viciniorem,
vt Sedis apostolicæ in hoc tacto de-
legatum appellare, coram quo præ-
lectus ab ordinario cum ipsis repul-
sis, & appellantis examinetur ite-
rum, & constitutio de magis idoneo, ip-
si prouideantur, vel si est solum, &
per ipsum iudicem appellationis, qñ
collatio ad illum ordinarium spe-
ctat, fiat. ead. l. §. vt autem, & hic
est vnus casus quo Metropolitanus
in suffraganeum cognoscit, inter
R alios

alios, quos noto in trac. de iurisdic. Archiep. in suffrag. 2. parte, quia iure si est expressum, nō ex arbitrio, & similiter quo ep̄s vicinior cognoscit autoritate Sedis Apostolicæ in causa ep̄i exempti, sibi item vicini, vt ibi 14. latius differo. † Idq. tamen notandū est in ipso examine, semper præferēdos esse clericos ciuitatis ipsius exteris aliis. arg. not. in c. hortamur, per gl. 71. dist. dummodo in maxima sciētia non præcellant extranei, ipsis ciuitatensibus, ponit multa Lambert,

cod. trac. 2. lib. 1. p. 7. q. princ. ar. 24. vi de Petr. Rebuff. de nomin. q. 9. n. 59. doct. in Regul. Cancell. 16. q. 41. & in reg. de infirm. & infra c. 22. nu. 25. ex quibus nota in hac visitatione, vbi episcopus inuenerit parochiales ecclesias collatas post ipsius Concilij cōfirmationem, inquirat si sollempnitas ipsius text. de præuio examine fuit reseruata, præposito edicto, & vbi omiffam inuenerit, procedat secū dum terminos iuris ipsius noue Constitutionis Pij V. Pont. Max. &c.

DE PLEBANIS, ET PLEBANIIS,

CAP. SEXTVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **P**lebania quid sit. Et an sit dignitas. nu. 2.
2 Plebanus quod ius habet in suis cappellis.
4 Plebanus quomodo dicitur habere curam animarum.
5 Plebanus in cura ecclesia, & animarum tenetur, ut parochus.

EX frequentatione populorū, & gratia omnipotentis Dei coadiuuante, ad sanctam ecclesiam conuenientium, factum est, vt non possent ciuitates multitudinē hominū comprehendere, vt inde necesse fuerit in suburbiis, villis, & extra muros habitare, ibiq. ecclesias edificare, vbi ad diuina audienda, sacramentaq. accipienda gētes essent, & eo cōcurrerent. † Ex quo deductum est, vt principalis earum ecclesiarum plebania diceretur, quæ sic dicitur, iuxta, cap. 1. ne cler. vel mon. lib. 6. quia sub se plebes habet, & cappellas, in quib⁹ clerici instituuntur perpetui, ibi dū dicitur. *Nisi eadē ecclesia fuerint plebania sub se cappellas habētes: & ve-*

nit sub nomine parochiali, qñ sic est, & curata, vel habendo sub se capellam, quæ sit de menta plebis. Abb. in c. ex parte, n. 2. de rescrip. & in impetratione de qualitate mentio est faciēda. Rebuff. in 3. par. de signat. n. 7. & dicit multa in trac. de nominat. q. 16. nu. 19. † Et dicitur esse dignitas qñ habet cappellas perpetuas, per eūdem tex. & si assumatur quis ad eam per electionem, venit appellatione prælati. Mil. in verb. prælati. vers. 16. & sic est positum hoc verbū in Cōc. Tri. ses. 5. de refor. c. 2. §. Archipresbyteri quoq. plebani, & diximus in trac. de digni. eccl. c. 9. 2. p. & differt ab impetratione de ecclesia curata simplic. Gem. eo, c. num. 8. ne cler. vel mon. lib. 6.

li. 6. vbi de iure plebanatus in suis cap
 pellis, & D. Card. in cons. 45. & quan
 do sunt plures in sua ecclesia intitula
 ti, habet ipse Plebanus iurisdictionē,
 eiq. tenētur de pertinētibus ad eccle
 siā obedire. idē Gemi. in c. 1. de con
 3 suet. lib. 6. † Licet iure expresse nō sit
 determinatū, ideoq. stari cōsuetudini
 & si clerici institui solēt, sine eius cō
 sensu amouerinō debent. ibidē in fi
 nal. verbis, Nec propterea habet iurif
 dictionem in parochianos plebanatus
 sui, respectu fori cōtētiōsi, dicit Abb.
 in c. cū cōtingat, de fori comp. de iure
 cōi loquēdo, scēus si iure speciali, vel
 ex cōsuetudine, habet nihilominus
 ius patronatus, p. doc. in c. ad audiētā
 de eccl. & dif. & quādoq. pōt excōicare
 alios presbyteros debētes q. d. certum
 in rōnem cēsus, vide Lapū alleg. 37.
 inc. an dignitas, et si habet iurisdictionē,
 nō dubiū quin possit cōstituire vi
 carios, idē Lap. in alleg. 5. inc. in hac
 allegatione, q. hoc ad iurisdictionē
 ptinet, vt infra de Vicariis dicemus.
 4 † Quod aut habeat curā animarū, &
 clericorū, & laicorum, qui sunt intra
 eius plebanatū, & parochiā curatam,
 oēs concludūt, & ad quē oēs accede
 re tenētur pro receptione sacramen
 torū, ex quo dixit notāter Anch. in ci

tato c. 1. ne cler. vel mon. lib. 6. 2. no
 tab. q. est dare ecclesiā parochialē, &
 plebanā, non tamen collegiatam, &
 plebania vacāte, cui populus subest,
 sunt obseruāda omnia de Vicario, &
 8 examine, & aliis, vt dictū est in eccle
 9 sia parochiali vacāte, sup. tit. pro x. &
 tit. 2. ideo pauca specialiter de pleba
 nis tractātur, cū ad omnia dicta in su
 perioribus recurrendū sit, quia cum
 sint de fauorabilibus, de similibus ad
 similia extendimus, arg. tex. in c. statu
 tum, de elec. lib. 6. † Cum in ipsa visi
 tatione plebanus, vt parochus sit, &
 quo ad regimen ecclesiæ, & curā ani
 marum eps inquiret, statū, conditio
 nes, & mores, atq. modū regendi, sin
 gulaq. p̄scrutabitur, prout supra de
 ecclesiis parochialibus, & parochis di
 ctum est, eo maxime circa instructio
 nē plebis, in his, quæ necessaria sunt
 ad salutē, attēta capacitāte ipsius ple
 bis, vt sic satisfiat alleg. decr. Cōc. Tri
 sess. 5. c. 2. §. Archipresbyteri, & aliis,
 de quibus in superiorib⁹ amplissime
 scripsimus, idq. p̄cipue, vt curent
 plebani ipsi (quod, & parochi ēt face
 re tenentur) vt qui in pascēdis bestiis
 dediti sunt, saltē diebus festiuis in ec
 clesiis ad Missas audiēdas conueniāt.
 Syn. ptou. Mediol. 2. par. fol. 39. &c.

DE ECCLESIIS NON CURATIS, SEV
 simplicibus Beneficijs.

CAP. SEPTIMUM.

SEPTIMUM.

- 1 **V**isitatio quare sit introducta.
- 2 **E**cclēsia non curata, seu simpli
 cia beneficia visitātur ab episcopo.
- 3 **E**cclēsia an p̄sumatur sine cura.
- 4 **E**cclēsia semel curata, semper est cura
 ta.
- 5 **B**eneficiū, quomodo potest esse cura
 tum dupliciter.

R 2 Be-

- 6 Beneficij appellatione quid veniat, & an episcopatus.
 7 Aetas requisita ad beneficia simplicia, quae sit. Ex Conc. Trid.
 8 Beneficia plura habere an liceat.
 9 Beneficia intra quod tempus sint conferenda.

Licet visitatio principaliter introducta sit ad populi instructionem propter animarum salutem (quo respectu Dominus Noster Iesus Christus carnem assumere voluit humanam. Io. c. 1. de sum Trin. c. 1.) vt in eo sacra, orthodoxaque doctrina expulsis haeresibus introducat, boni mores conferuentur & prauis corrigantur, cohortationibus, admonitionibus, increpationibus. 1. ad Timot. cap. 1. & omnes ad religionem, pacem, atq. innocentiam accendantur. sess. 24. Conc. Trid. de refor. gen. c. 3. §. visitationum aut, supra lib. 1. c. 4. n. 22. Vt exinde ecclesijs non curatis, & simplicibus, ruralibus beneficijs, multi iudicauerint non necessariam. † Tamen, & ipsis cadit optime, & necessaria est visitatio episcopi, & eodem iure tenetur episcopus visitare, capitulo episcopum, decima quaestione prima, capitulo Romana, de censib. lib. 6. & ex generali dispositione ipsius Concil. eod. c. 3. in prin. ibi propriam diocesim, & c. 9. sess. 7. de refor. c. 8. sess. 21. de refor. c. similiter. octauo, quia diligentia per episcopum vertenda est, ne dum circa ecclesias maiores, sed etiam minores, vt videat, vbi, & in quibus prouidendum est, de spectantibus ad cultum diuinum, & refici, quae indigent renouatione, & restauratione. alleg. c. 8. 3 Gemin. eod. cap. Romana, nu. 6. † Et

Fruetus beneficiorum vacantium, in quae conuertantur, & de poena accipientium eos, num. eo. 10 Expressio vniuscuiusq. beneficij facienda est in impetratione. 11 Visitatio in beneficijs simplicibus circa qua fit.

regulariter ecclesia praesumitur non curata, sed simplex beneficium de iure, & dicenti curam inesse, incumbit onus probandi, notatur in c. cum illis, de praeb. lib. 6. Feder. de Sen. cof. 136. dixi in famil. sing. in l. 6. nu. 23. latius Io. de Selu doctor Gallus, in tract. de benef. 1. p. Floren. in 3. tit. 15. c. 1. Doctor Rebuff. in prac. benef. 1. p. tit. fecul. benef. nu. 2. (& not. tex. eiusd. c. cum illis, pro impetrante litteras a se de Apost. prouideri sibi de beneficio, non includi curatum; per rationes in tex. quod nota ad multa: & in facto fuit ample discussum, sed nondum decisum ex intermedijs oppositis per partem.) † Si tamen ecclesia olim fuisset curata, & hodie vt non curata tractatur, non habebitur, vt simplex beneficium, sed etiam curatum iudicabitur, etiam quod habitu, non actu habeat curam animarum, sicut de collegiata dictum est supra hoc libro cap. 1. licet non in residendo propter curam populi actualiter destitutam, sed bene ad promotionem, cap. licet canon de elect. lib. 6. Felyn. in cap. accedentes de praescrip. & in declaratione Concilii Tridentini. sess. 25. de reformat. gener. c. 16. & sic in curijs declaratum, vt circumstantiae, qualitates ipsius facti obseruentur, secundum propriam naturam rei. argum. not. per gloss. in cap. notificasti. 33. quaest. 5. sicuti de ratione feudi, antiqui

antiqui dicitur; quod licet respectu
 noue concessionis, videat nouum, in
 iudicabitur a sententia prima sui qualita-
 te, in iisdem factis, singl. in l. F. num. 42.
 5 cum duob. seqq. Potest. n. beneficiū
 esse curatum dupliciter, vel respectu
 fori contentiosi; ut in multis conti-
 git Archidiacono, & inferioribus pla-
 tis, vel fori pœnitentialis; ut in sacer-
 dote curato, quo casu proprie loquē-
 do dicimus beneficium curatum, in
 gl. in extrauag. Ioan. 22. execrabilis in
 verbo cura animarum, de præb. &
 dignit. & notat optime Petr. Rebuffi
 in eod. tract. nomin. q. 9. nu. 3. ubi tã-
 git; quæ sit dignitas cura, vel fori con-
 tentiosi, vel pœnitentialis gl. in clem.
 dudum in §. ad deinde in verb. impen-
 dant. de sepult. non determinet; qui
 tex. ibi loquitur de sibi uolentibus cõ-
 fiteri; curatis uero imminet necessitas
 ex parte utriusq. in §. verum; & hoc
 magis intelligimus de cura animarū;
 respectu fori pœnitentialis; & sacra-
 mentorum administrationis; quia in
 eo est proprie cura animarum. Re-
 buffi. notat. eodem loco. Est autem
 6 beneficium, iuxta gl. in eadem extra-
 uag. circa princip. nomen largum; &
 comprehendens multa; ut Canoni-
 ciatū, Præbendam, Dignitatem, 7
 Personatum, Officiū, Ecclesiam, &
 Vicariam, Præstimonium, Pensio-
 nem ad vitam assignatā pro titulo.
 Alph. Alua. in suo Spec. c. 34. in mo-
 beneficium de mensa, Terras benefi-
 ciales, quæ sunt sine altare, sine titu-
 lo; ut in multis ecclesijs uideamus.
 Neapoli dicunt terras beneficiales;
 & rurales, (hic Sarni oratoria, id est,
 quia oportet orare pro anima relin-
 quentis,) & quod præstimonium ueniat
 appellatione beneficii dixi supra l. a.

6209

cap. 20. n. 23. ex decreto Concilii Tri-
 festi. de refor. cap. 1. sess. 14. de refor.
 c. 9. & si pensio non est in titulum, di-
 cit Gemin. in c. quamuis. num. 2. de
 præb. lib. 6. non continentur. & facit
 text. in c. quoniam, de concess. præb.
 eod. lib. Namque hoc nomen benefi-
 cium de sui natura est amplecti bene-
 ficia maiora, & minora iuxta. c. si hi.
 de confess. lib. 6. ex quo tex. multi di-
 xerunt comprehendere etiam episco-
 patum; quorum dicto ad stipulatur
 tex. in c. Felici. §. p. si quis. de pœnit. ip-
 somet libro, dum dicit quomodo benefi-
 cium; & postmodum declarando sub-
 iunxit, etiam si pœnitentialem, ut dicta
 etiam non sit inter diuersa, sed declaras-
 ratio, & clarius implicans; cuius
 proprium est, capit. cum omnes de
 conf. Abb. in capit. si num. 2. de con-
 mot. Doct. in l. etiam. C. si res. vel
 eum in pœnit. ff. de soli. matrim. im-
 plica ad omnia dubitabilem casum;
 & exprimendo magis dubitabilem;
 de quo dicto uide Marc. Mant. sing.
 fo. 33. incip. solemn. in communi-
 fol. 840. Maria. Socci. in capit. ex com-
 municamus. num. 4. de heret. sed
 in proposito est dubitans, ut dicitur in
 tract. de dignitat. eccles. cap. 72. part. 2.
 7 In ipsis uero simplicibus beneficijs
 non attenditur eadem ætas; quæ in cura-
 tatis; ex multis differentijs. Lapsus in
 all. 35. & capit. licet canon. de elect.
 lib. 6. & de iure communi; & ex
 omnibus doctoribus; in his simplicibus
 sufficiebat ætas septem annorum; &
 non autem minus; gl. off. in cap. si eo
 tempore, de rescriptan. 6. & in cap.
 super inordinata, de præben. eum si-
 militer ad ordines existentes in tali
 ætate poterant promoueri. 28. dist.
 cap. de his, & notatur in d. cap. super

R 3 inordi-

inordinata. hodie fecus, quia requiritur ætas quatuordecim annorum, & ad quatuor minores ordines, & ad beneficium, ex generali constitutione Conc. Tri. sess. 23. de refor. c. 6. Mart. Nauar. in Man. c. 25. n. 135. cum seq. quod, & in visitatione ipsorum requiritur, quod inquiratur. Quæ ætate 9 beneficium ostentum, habendo respectu ad litteras institutionis, idq. sanctæ est ordinatum, cum possides beneficium, ad officium teneatur, vt lib. 1. cap. 20. est dictum, non facile adimplerentur a constituto in tali ætate septem annorum. Quia sunt beneficia instituta ad diuinum cultum, & ecclesiastica munera obeunda sess. 21. eiusd. Conc. de refor. capit. 2. † Sed dubium est, si iure licitum sit habere plura beneficia simplicia, & dicimus non esse improbatum, disputat Lopus allegat. 35. vtrum absq. quamuis gloss. magna in capit. dudum lo 2. de elect. dicat esse dubium, quando primum est sufficiens ad vitam, tamen omnes concludunt de consuetudine tolerari, Papa sciente, quod plura retineantur, etiam quod vnum sit curatum, & alia simplicia. idem Lopus in alleg. 116. Philippus in suo testamento. etiam quod alteri simplici curatum sit annexum, non facit incõpatibile. Mandos. in vlt. addit. ad Lopus, dict. alleg. 35. sed re vera, cum quis habet necessaria ad vitam, non debet alia quærere, & merito hanc beneficiorum pluralitatem, qñ vnum, vel duo sunt sufficientia, mitigat Conc. Trid. summa ratione, sess. 24. de refor. gen. c. 17. §. statuit, & §. hæc quoq. & notat bene Mar. Nau. in suo Man. latino. cap. 25. nu. 125. cum pl. seq. & facit dictum Hosti. in c. cum

ecclesiasticæ. de except. Quod est crimen habere plura beneficia, gl. in alleg. extraua. execrabilis. in prin. & dicit multa Petr. Rebuff. in prax. benef. 2. p. tit. de dispen. ad plur. ben. Iustissime Alpho. Aluar. in ipso cap. 34. sui Speculi, Do. Florent. in summa. 3. p. tit. 15. c. 1. §. 7. cum duobus seq. † Cũ tamen vacat aliquod ex his beneficijs debet episcopus statim idoneis conferre, si in mense concessio contingerit vacare, iuxta dispositionem regularum, vel ex alternatiua mensium concessa personaliter residentibus tantum a Sanctiss. D. N. primo anno sui Pontif. & demum iterum an. 6. confirmata. de qua plenius scribimus infra suo loco cap. 28. & a die habitæ vacationis, intra sex menses. de concess. præb. cap. nulla aliter postea facta collatio non tenet c. fin. de suppl. neg. prælat. cap. diuersitatem, eo. tit. de concess. præb. non tamen se intromittens superior in vacantibus beneficijs in Curia Romana, & apud Sedem Apostolicam. quod simile est, dicit glo. in capit. statutum, de præb. lib. 6. sed Couarr. examuffini declarat in pract. qq. capit. 36. num. 4. vers. ceterum, neq. post lapsum mensem, contra cap. 2. & 13. de præb. eod. lib. per constitutionem execrabilis, alia incio. piæ sollicitudinis, sub tit. de præb. Gomez. in regul. de trien. quest. 31. fructus tamen interim currentes, vel in vtilitatem ecclesiarum expendi debent, vel successori fideliter seruandi sunt: de elec. lib. 6. c. quia sæpe. dummodo ex priuilegio aliter non sit statutum, iuxta c. si propter de rescript. Pæna autem in vsurpantes, vel aliquo modo occupantes, per eundem text. in capit. quia sæpe, est

pœna

pœna suspensionis, donec integra fuerit facta restitutio, cui textui, cum loqueretur de ecclesiis cathedralibus, regularibus, & collegiatis tantum, accessit constitutio Bonif. viij. de offic. ordi. cap. presenti. lib. 6. disponens in quibuscūq. ecclesiis, quod episcopi, & alii superiores sunt suspensi ab ingressu ecclesiæ, ceteri vero ab officio & beneficio, quousq. nō fuerit facta eadem restitutio, nec vlla consuetudo in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, iuramento, aut privilegio firmata, aliter valet, nec tenet, imo maior est addita pœna per constitutionem Pii V. Pont. Max. inci. dudum nimis. sub 5. an. sui Pont. 1570. testatur Nauar. in Man. c. 27. n. 150. vbi episcopi sunt exercitio Pontificalis officii suspensi, capitula, collegia ecclesiastico interdicto supposita, & singulares per sonæ sententia excommunicationis innodatae, donec in omnibus facta satisfactio fuerit per sedem Apostolicam dispensatum, & supra diximus lib. 1. c. 27. nu. 8. circa fin. & facit text. not. ad eandem materiam Conc. Tri. sess. 22. de refor. c. 11. per Anton. Philot. in sua compilatione lib. 4. fol. 343 sub tit. de vsurp. rer. ecclesiast. c. vni-
 10 co. † Quando tamen episcopus visitat, videbit si in impetratione facta alicuius beneficii a Curia Rom. impetrās habebat aliud beneficium. Nāq. si tacuerit, nulla suffragatur ei impetratio facta, & vacare dicitur, ipseq. intrusus, nec fructus suos quouis pacto facit. c. si proponente de rescript. c. cum teneamur. de præb. quia debet de omnibus mentionem facere, sicuti de multis aliis gl. optima in d. c. si proponente, & est text. in c. si motu proprio, §. 1. de præb. lib. 6. & per oēs
 doct. Florent. in 3. tit. 15. c. 1. §. 7. ponit Fel. in c. in nostra de rescript. nisi de motu proprio, non ad alterius petitionem esset facta concessio, quæ clausula vitium subreptionis tollit. eod. c. si motu proprio. Io. Andr. & Paulus in clem. plures. in verb. directas. de iure patron. & in clem. si Romanus Pontifex, de præben. de qua clausula motu proprio, dixi multa in famil. sing. in l. C. num. 86. quod episcopus poterit ea uti. sufficit pro nūc, Do. Gomez. in tract. breu. nu. 13. Rebuff. ponit 47. effectus huius clausule, motu proprio, in Concor. in form. mand. & in pract. benef. 1. p. de claus. Man. nu. 21. cum pluribus seq. vbi videri potest. † In visitatione igitur harum ecclesiarum non curatarum, & simplicium beneficiorum, diligenter erunt faciendæ interrogationes, & inquisitiones, de nomine, & titulo ecclesiæ, eiusque beneficii, quis ecclesiam fundauit, a quo tempore, & quantum est, quod sit beneficiatus, si post saltem primam tonsuram, a quo habet institutionem, & ad quem spectet, si in fundatione adfuit consensus episcopi, si est libera ecclesia, vel in se habet aliquod onus, aliquē censum, quomodo se habet Rector in sui regimine, si in necessariis subuenit, si patitur occupari bona, census, si celebrat diuina, saltem in festis tituli, si celebrat officium, de qualitate item reddituum, in quibus consistant, sint descripti in communi inventario, quomodo dispensentur, si possessiones, ceterave bona recte gubernentur, nec aliquid sit alienatum contra formam sacrorum canonum, de paramētis, edificiis, si adsunt patroni, si extra muros ciuitatis, si sunt

collapse ecclesie, & nequeunt restau-
rari, quod vniantur, & transferantur,
cum aliis, prout ex loci qualitate ap-
parebit, & visitantis prudentia iudi-
cabit, de quibus multa ponit Dominus
Floren. in sum. 3. p. tit. 20. c. 6. §. 1. Bul-
la etiam reuise registrentur, post di-

ligentem earum recognitionem, nec
quid prophanum, sordidum ve iuxta
iplas ecclesias fieri patiat. Hæc visi-
tatio omnino ab episcopo est facien-
da, nec quis se tueri potest, quod non
visitetur. Iess. 7. Conc. Tri. de refor. c. 8.
sess. 24. de ref. gen. c. 3. & c. 24. diup

DE ECCLESIIS EXEMPTIS, ET QVAE

nullius Diocesis esse dicuntur.

CAP. OCTAVVM

§. V M M A R I V M

- 1 **E**piscopus habet ius visitandi eccle-
sias exemptas.
- 2 Ecclesia quæ dicuntur nullius diocesis
a quo episcopo visitentur.
- 3 Exempti qualiter visitentur ab epi-
scopo, nu. 4.
- 5 Episcopus in loco exempto sua diocesis
quæ possit administrare.
- 6 Animarum curam habentes subsunt
episcopo.
- 7 Episcopus an possit dare exemptionem.
- 8 Episcopus, quam iurisdictionem habet
in exemptos.
- 9 Exempti possunt cogi ab ordinario o-

- 10 Ecclesia exempta an dicatur esse de
diocesi.
- 11 Exemptioni an possit renunciari, &
quando.
- 12 Exempti tenentur venire ad proces-
siones, & differentias oras de præ-
cedentia in licat episcopus.
- 13 Episcopus non debet infringere exem-
ptionem datam a Papa.
- 14 Exemptio conceditur per Breue Apo-
stolice.
- 15 Ecclesia an possit prescribere exem-
ptionem.

EX liberalitate Summorum
Romanorū Pontificū ocu-
los dirigentium ad supplicā-
tiū merita, & causas, factum
est multoties priuilegia exemptionis
multis personis, ecclesiis, locisve esse
concessa, quæ tractu temporis cōtra-
mentē concedentū, visum est pertur-
bationem in iurisdictione episcopo-
rum causasse, ac ipsos exemptos in
laxiori vita esse cōstitutos, ut legitur

in Conc. Tri. sess. 24. de refor. gen. c.
11. ¶ Vnde quam optime ordinatum
est, nullam esse exemptionem eccle-
sias concessam tantæ effectus, quin eps
non visitet ipsas ecclesias exemptas,
etiam tamquam Apostolicæ Sed. au-
thoritate delegatus, sess. 7. eiusd. Con-
cil. de refor. c. 8. & ad. 24. c. 9. in prin-
cipio etiam quod beneficiati resideant in
Curia Rom. vel in familiaritate. DD.
Cardinalium existāt, respectu tamen
ipsarum

ipsarum ecclesiarum, & ipsorum be-
 neficiorum, nam quocumq; priuile-
 gio non obstante visitabit ordinaris
 ipsa loca, sess. 24. eod. c. 1. §. quæ ve-
 ro. Quia maius dicitur priuilegium
 visitationis, quam familiaritatis, &
 maior est fauor ecclesiarum, ex qua-
 rum cultu honor Deo debitus impē-
 ditur. † Sic de ecclesijs, quæ nullius
 dicteffis esse dicuntur, vt modo visi-
 tentur ab episcopo viciniori, cuius ca-
 thedralis ecclesia proximior est: & si
 dubium extat, quis sit vicinior ep̄s, in
 Concilio prouinciali debet fieri ele-
 ctio a prælato illius loci, autoritate
 sedis Apostolicæ de aliqua persona
 idonea, a qua ipsæ ecclesiæ nullius
 dicteffis visitentur, non obstantibus
 quibuscumq; priuilegijs, & consuetu-
 dinibus, ex generali dispositione eius.
 Conc. Tri. ead. sess. 24. de refor. gen. c.
 9. ex sess. 6. de refor. c. 14. sess. 7. c. 8. sess.
 21. de refor. c. similiter octauo: in qui-
 bus iuribus de ipsa visitationis mate-
 ria tractatur. † Personas, item exēptas
 circa visitationem, & correctionem
 visitabit ep̄s, nulla eis suffragante exē-
 ptione, inhibitione, aut appellatione,
 eadem autoritate Sed. Apostol. dele-
 gata, ex decisione eiusd. Cōc. dict. sess.
 24. de reform. gen. c. 15. & c. seq. quo-
 cūq; titulo Prothonotariatus, Comi-
 tis Palatini, Cappellani Regii, & si-
 mil. non obstante, ex alia simili anti-
 qua Constitutione Innoc. III. Summ.
 Pontif. de priuil. cap. cum cappella,
 in eod. decreto innouata, & ibi vide
 Abb. nu. 6. quod priuilegio concesso,
 quod quis non possit excōicari nisi a
 Papa, tamen poterit conueniri, cum
 non violetur priuilegium, & vno de-
 negato, aliud videtur concessum, vul-
 gato tex. in c. nonne. de præsumptio. 6

† Et quicumq; fuerint exempti, tamen
 habentes certū iudicem a Sede Apo-
 stol. vel extra monasterium degētes,
 in ciuilibus causis mercedum, & mi-
 serabilium personarum episcopo lo-
 ci subduntur, & coram ipso conue-
 niuntur, ex decreto, sess. 7. eiusd. Con-
 cil. de refor. c. 14. vbi Constitutio In-
 noc. IV. posita in c. 1. de priuil. lib. 6.
 similiter innouatur, & id etiam rōne
 contractus, & delicti coram ordina-
 rio conueniuntur, de quo latius dicē-
 mus suo loco, infra c. 20. & quamuis
 Doctor. in dict. c. 1. de priuil. lib. 6. ve-
 lint posse dari priuilegia, etiam ad il-
 la capita ibidem adnotata, tamen
 oportet in specie derogari, & eidem
 c. 14. dict. 7. sess. nec iuuaret, si post ci-
 tationem, & præuentionem ordina-
 rij, essent, ex illo vulgato tex. c. cum
 cappella. superius citato. Namq; per
 citationem inter alios casus, præuen-
 tio iurisdictionis inducitur. Bartol. &
 Docto. in l. si plures, ff. de leg. 1. & in
 facto notab. scribit Afflic. in dec. 219.
 nu. 3. incip. In foro Archiepiscopali:
 Etiam præuentio per citationem rea-
 lem præferatur citationi verbali, non
 dico nunc. vide per Hyppol. de Mar-
 sil. in l. finali. n. 206. ff. de iurisd. omni-
 iud. † In ipsis nihilominus ecclesijs
 exemptis in sua tamen dicecesi exi-
 stentibus, potest episcopus non ob-
 stante exemptione, populo benedice-
 re, audire diuina officia, ea celebrare,
 vel coram se celebrari facere ex cle.
 2. de priuil. etiam baculum pastoralē
 ante se ferendo, sicuti Archiepisco-
 pus potest crucem, per eundem
 text. Pavi. de visitat. 2. p. q. 3. num. 9.
 Abb. in cap. 2. num. 1. vt lit. penden. &
 Rolan. a Valle doctor. Casalensis in
 cons. 35. Illustriss. num. 15. lib. 3. † Nec
 sub.

sub quibusvis expressionibus fuerit concessa exemptio ecclesie, seu personis, potest obstare, vt per ipsam episcopus non possit visitare presbyteros curam animarum habentes. Ipsi enim circa ipsam curam, cum eorundem parochianis episcopo subsunt, & ab ipso visitantur, cap. per exemptionem, de priuil. lib. 6. Nec ipsi exempti possunt alicui curam animarum committere, sine licentia ipsius episcopi. cap. cum, & plantare, eod. tit. not. in specie Aluar. Pelag. de plant. eccl. lib. 2. cap. 23. in fine, quod est optime determinatum iure nouissimo Concil. Trident. sess. 25. de regul. cap. 11. vbi notanda sunt illa verba in fine posita. *Saluo tamen eorum episcoporum iure, qui maiorem, in predicta loca, vel personis iurisdictionem exercent, quibus Concilium non derogat.* † Sed an episcopus etiam concedat hanc exemptionem, vel solus Papa, & dicunt ab ipso solo, per cap. luminoso. 18. q. 2. & glossa subdit, quod potest episcopus, non tamen nihil retinendo, in c. visis litteris 16. q. 2. & est satis dubia quaestio, qua in facto pro ecclesia nostra Rauellensi amplissime dissero: & simile dicimus ad aliud quaesitum. Si episcopus tempore foundationis hospitalis, aut alterius loci, possit dare priuilegium, quod a se non visitetur, nec a suis successoribus, & ponit Feder. de Senis, consil. 248. prout eum allegat D. Pauli. in extrauag. vas electionis, Do. Bened. 12. in verb. locis; idq. non facit hodie quaerere, cum omnia loca visitentur, quibuscumq. priuilegijs non obstantibus per eandem decisionem adductam Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 8. & 9. sess. 24. & deficient

te iure ordinario, succedat iure delegato ad visitandum. † Ex quibus est clarum, quam iurisdictionem habeat episcopus in ipsos exemptos, & dicitur multa Specul. de priuil. & si non potest punire delinquentes, potest tamen declarare ipsos esse delinquentes. Cardin. in clem. si. quaest. 5. de penit. & remis. ponit Fel. in c. si. de for. compe. Vbi quotiescumq. timetur de fuga exempti delinquentis, potest ordinarius saltem capere, & mittere ad superiores, & si superiores negligunt corrigere, possunt ordinarii locorum procedere, iuxta Constitutionem Concil. Gener. Lateran. sub Leone X. Pont. Maxim. sess. 10. vers. in eadem, & quod potest obseruari in practica, & infra cap. 20. num. 24. & 25. omittendo pro nunc multos casus, quibus episcopi procedunt, supplendo negligentiam aliorum superiorum, de quibus suis propriis locis opportunius cadit dicendum infra eod. lib. † Possunt tamen ipsi exemptionem praetendentes, cogi ab episcopo infra statutum legitimum tempus ad ostendendum titulum exemptionis, in loco tamen congruo, & securo, cap. cum personae, de priuil. lib. 6. & ibi per docto. Do. Flor. in summ. 1. p. tit. 19. cap. 1. §. quarto. Quia ex iuris dispositione omnes de dioecesi episcopo dicuntur esse subiecti, notatur item in cap. cum venerabilis. de except. Rebuff. de congr. portion. nu. 121. Quia omnis dicitur subiectus. Abb. in cap. accepimus, num. 4. de priuil. neq. creditur de exemptione, nisi probetur. c. porro, c. recepimus. per Abb. eod. tit. de offic. ordin. cap. 1. per eundem, num. 13. & exinde exemptio dicta est stricti iuris esse.

Innoc.

Innoc. in cap. dudum. de priuil. & po-
 testas ordinarij dicitur esse fauorabi-
 lis. 11. q. 3. cap. peruenit, & c. qui resi-
 stit. Sed cum ecclesia facta est a sum-
 mo Pontifice exempta, an dicatur ef-
 se in diocesi, vel de diocesi. sunt. n.
 hæc cōtraria, s̄m Gul. de Mont. laud.
 & alios in cle. 2. de priuil. Nam licet
 locus exemptus sit intra diocesium ta-
 lis episcopatus, non tñ est de diocesi
 ipsius, vt veniat ad ipsum spectare.
 Io. Andr. in cap. si propter in prin. de
 rescrip. lib. 6. in nouell. Abb. in cap. in
 ter alia. num. 29. de immun. eccl. Ro-
 land. a Vall. conf. 24. in casu propo-
 sito, num. 8. volum. 2. & conf. 33. illu-
 stris, num. 15. lib. 3. Felin. in cap. gra-
 ue, prima colum. de offic. ordin. vbi
 vide multa in materia practicabili sa-
 tis notanda, & ibi tangitur illa ar-
 dua quæstio: Si prouincia exempta a
 iurisdictione Regis, dicatur esse de
 Regno, licet sit in Regno. Ad illud
 de parte existente in feudo, & non
 connumerata in iuribus feudalibus,
 vide ibidem, & per mod. feud. quia
 nunc non referam, cum res sita in
 seruitio, possit esse de non seruitio,
 dixi in famil. singul. vbi de aliis in. l.
 11. P. num. 38. Nec item potest postea
 per exemptum libere tali exemptioni
 renuntiare, cum sit effectus subdi-
 tus Papæ, secus si respectu alterius fa-
 uoris sui Fel. in cap. p. & q. num. 13.
 de offic. deleg. Quia tunc renuncian-
 do rediret ad ius commune, quo iure
 ordinario suo est subditus. Idem in
 c. cum accessissent. de constitutio. li-
 cet multi dubitent de hoc, quando
 Papa eximit aliquem a potestate epi-
 scopi, prout eodem c. dixi, & ponit
 Abb. in cap. primo. nu. 9. de re iudic.
 in cap. fin. vbi latissime ipsemet Fel.

de foro competen. & cum videamus
 ad supplicationem priuilegia conce-
 di, non ex causa plerumque mouen-
 te ipsum Papam, non est dicere con-
 trarium, quod non possit, quia iuri
 suo, & c. l. in conscribendo. C. de pact.
 licet contra, Petrus Rebuff. in praxi
 benefic. prima parte, de claus. mand.
 num. 23. & bene, quando sunt illa
 verba. Non ad ipsius, vel alterius pro-
 eo nobis super hoc oblatae petiti-
 nis instantiam, & c. quia licet esset
 supplicatum, non est supplicatio
 principalis causa, propter ipsa ver-
 ba appposita, quæ sunt notanda.
 12. Cum tamen aliqui actus generales,
 vt processiones fieri debent, tenen-
 tur, ipsi exempti accedere, & non
 venientes puniuntur ab episcopo.
 Felin. in capit. cum dilectus, num.
 septimo, de offic. ordin. vbi licet
 multa conetur dicere, hodie gene-
 raliter omnes tenentur, ex decreto
 Concil. Trident. sess. 25. de regul. cap.
 13. 6. exempti autem. Vbi item con-
 trouersias ratione præcedentiæ or-
 tas episcopus componit. Excipiun-
 tur vero ex edicto, vt teneantur ex-
 epti viuentes perpetuo in strictiori
 clausura, ex concessione eius. Can.
 in fin. & tam de exemptis ab episco-
 po, quam a Papa dicimus, vt distin-
 ctionem Fel. remoueamus. Quia ma-
 ior est fauor generalis, & publicus,
 quam priuatus, & in dubio conce-
 dens exemptionem, non intendit fa-
 uori totius ecclesiæ pro his actibus
 derogare, vt moderni ad Felin. dice-
 bāt. Extra tamen actus uisitationis
 & correctionis, in reliquis obseruabit
 episcopus exemptionē concessam a
 Sum. Pon. nec aliquo modo cōtraire
 p̄sumat, alias a perceptione sacre cō-
 munionis

munitionis sit alienus, nec aliter, nisi
 concessa sibi ab eodem Romano Pō
 tifice accipere potest, habita benedi
 ctione rex est in c. fratres. §. quod si
 contra. 16. q. 1. dummodo ipsi exem
 pti non abutantur privilegiis Apосто
 licis concessis sibi, in aliorum scanda
 lum, & proprietatum animarum perdit
 tionem, quia sic non eis prodesse
 dixi in fam. sing. in l. P. nu. 89. ad pri
 mum. Quia inferiores nō possunt de
 causis superiorū cognoscere, sed eis
 competentem reuerentiam tribuere,
 dicit tex. in l. potioris gradus. C. de of
 fic. rect. prou. & sic inferior gradus me
 ritum superius agnoscat. In C. de off.
 præf. vrb. nec possunt derogare habē
 tibus privilegia a superiore. Cassa. in
 consuet. Burg. rubr. 9. in text. en quel
 14 que. nu. 5. fol. 308. col. 4. † Sed hæc
 exemptio ecclesijs, & personis, non
 per generalem scripturam, sed solita
 erat concedi per Summum Pont. per
 breue Apostolicum, cum signatura, &
 iurisdictione ordinarij, Staph. de bre
 uib. vers. datur. Petr. Rebuff. de Breu.
 apost. nu. 54. Tangit Gomez in eo. si
 mili trac. de Breu. n. 53. Hodie tamen
 non ita faciliter conceditur, & con
 cesso, remanet potestas visitandi, &
 corrigendi auctoritate delegata. sed
 Apost. per eadem c. Conc. adducta. su
 præod. n. 1. (& cum ipsi Pontifices
 experti sint privilegiato abuti conce
 sione exemptionis, aliter litteras, &
 & mentem concedentis intelligen
 do, & interpretando quam fuerit vo
 rum ipsius Pont. eximentis, ut in simi
 li dicitur in vna constitutione D. no
 stri in tanta rerum. §. demum ani
 s. m. l. c. n. o. t. a. r. o. s. q. u. o. d. i. q. u. e.
 o. i. a. n. d. e. o. m. c. u. p. i. l. s. n. o. s. m. u. s.
 s. u. m. p. o. n. e. a. l. i. q. u. o. d. e. r. a. t. i. o.
 s. u. m. p. o. n. e. a. l. i. q. u. o. d. e. r. a. t. i. o.

maduerso, quod ea omnia, potius re
 stringunt ipsas exemptiones, quam am
 plient vnde sanctissime ad propositū
 ordinavit ipse D. N. Greg. XIII. Pon.
 Max. hoc an. 1580. de mēse Nouem.
 in sua nouissima lege, ministros, &
 cappellanos Religionū exemptarū
 nisi actualiter seruiant & in locis ip
 sarum ecclesiarum viuant, & degant
 ordinarijs subijci in ciuilibus, & crimi
 nalibus, & in actibus visitationis, &
 extra, prout latius in ipsa noua con
 stitutione est videre. ne ip. cit. cum spe
 cta in omnibus. † Et prædicta am
 pliamus etiam cum ecclesia vellet se
 tueri aliqua præscriptione, per quam
 non impeditur visitatio, eadem saltē
 auctoritate, per nouam decisionem
 eius Conc. Tri. sess. 7. de refor. c. 8. ubi
 consuetudinibus etiam ab immemo
 rabili tempore præscriptis, tam in ec
 clesijs exemptis, quam quæ nullius
 diocesis dicerentur, sess. citata. 24. de
 refor. gen. c. 9. in vlt. verb. licet iure
 communi sit disputatum ab vtraque
 parte, Abb. in c. dilectus nu. 18. de cap
 pell. mon. & illud intelligebatur de
 præscriptione, de vno superiore ad
 alium, non autem, vt nullum super
 iorē haberet. c. cum oib. deceat, de
 præscrip. doct. de priu. lib. 6. c. cum
 personæ. Non enim potest esse quis,
 & non subditus legi, & iudici. dixi su
 pra lib. 1. c. 17. nu. 24. sicut, & vniuersæ
 nationes, dicit text. scripturæ. 1.
 Reg. c. 8. Interrogationes autem, &
 inquisitiones faciendæ ab episcopo
 in ipsi ecclesijs, & reformationes, ex
 supradictis satis apparent. h. l. o. m. s. s.
 i. q. u. o. d. e. r. a. t. i. o. s. u. m. p. o. n. e. a. l. i. q. u. o. d. e. r. a. t. i. o.
 s. u. m. p. o. n. e. a. l. i. q. u. o. d. e. r. a. t. i. o. s. u. m. p. o. n. e. a. l. i. q. u. o. d. e. r. a. t. i. o.
 s. u. m. p. o. n. e. a. l. i. q. u. o. d. e. r. a. t. i. o. s. u. m. p. o. n. e. a. l. i. q. u. o. d. e. r. a. t. i. o.

DE COMMENDIS, ET

Commendatarijs.

CAP. NONVM.

SVMMARIVM.

- 1 **C**ommenda quid est, & quotuplex. num. 1.
- 3 Commenda nõ reuocatur sine causa.
- 4 Commenda est titulus Canonicus.
- 5 Commendatarius an veniat appellatione Prelati.
- 6 Episcopus an possit commendare ecclesiam, & infra quantum, & quot tempus.
- 7 Patroni sunt vocandi cum ecclesia confertur in commendam.
- 8 Episcopus iure nouissimo visitat omnia beneficia commedata.
- 9 Ecclesia parochialis cui in commendam est concedenda.
- 10 Commendas plures suratas quis habere non debet. Et qualiter habens teneatur eas dimittere, nu. 11.
- 12 Visitatio fit eo modo in commendatario, sicut in parochio.
- 13 Commendatarij non debent diminuire cultum diuinum, aut mutare solitum statum ipsius ecclesie.
- Commendatarius habet plenam administrationem, nu. eo.
- 14 Commendatarius tenetur facere professionem fidei.

Cum plerumq. ecclesias, & simplicia beneficia in commendam dari visum sit, et cathedrales, & maiores. 2. † videndum est de ipsis commendis, earumq. commendatarijs, & congrua visitatione in ipsis, sub breuitate tamen, cum de commenda, & ei pertinentibus ample scripserit Aeneas de Falco. in tract. comm. prout ipsemet refert in tract. refer. 3. q. prin. n. 11. vbi multa addendo dicit Gome. in regul. de inur. resign. q. 1. 3. in alia de idioma te, q. 5. & de trienn. q. similiter 5. Rebuff. in prax. benef. p. 2. tit. de comm. latius Mando. in ipsa 32. Regul. Can

cell. vnde dicemus pauca scientia ad materiã, & practicam visitationis, Primo, q. comenda est custodia ecclesie, seu gubernatio alicui comissa, vt dicit gl. in c. nemo deinceps, de elec. lib. 6. idq. sepius fit propter necessitatẽ euidẽtẽ ecclesie, vel propter eius utilitatẽ, itẽ, & personã, vt infra dicetur, & aliquã de iure comittitur fieri. iux. c. cum dilecta, §. dictũ in super, de rescrip. Barb. conf. 2. n. 1. incipit solemn. 2. vol. vbi multa ponit pro intellectu rex. & gl. eiusd. capituli nemo deinceps. † Est aut commenda duplex proprie loquendo, Perpetua, & Temporalis. Prima, quia tã de curatis, quã non

non curatis beneficiis perpetuo in
 persona conceditur, & de hoc verbo,
 perpetua cōmenda meminit synod. 4
 Gener. Trident. sess. 7. de reform. c. 4.
 & paulo inferius dicam, & ponunt
 doct. in alleg. c. nemo deinceps per il
 lum tex. & temporalis, vel ad certum
 tempus a Papa determinatum, vel
 quousque providebitur. (non tamen
 sapius fit, cum beneficia non debeāt
 dari ad tempus, sed perpetuo, c. San-
 ctorū. 70. dist. in c. veniens de fil. pres-
 byt. in c. 1. de cappel. mon. lib. 6. quia
 talis est natura beneficii, vt perpetuo
 dum viuit beneficiatus duret. alia gl.
 in clem. quia contigit. §. vt autem de
 3 relig. dom.) † Hęc igitur commenda
 temporalis, licet possit ad nutum re-
 uocari. 61. dist. c. obitum, & Rebuff. de
 pacif. poss. nu. 6. quando fuit facta in
 5 ruitu loci, non personæ, namq. si re-
 spectu personæ durabit, eius vtilitate
 sic requirente, vt ibidē dicit Rebuff.
 n. 62. licet Papa habeat plenariam
 dispositionem omnium beneficiorū.
 c. 2. de præb. & in omnibus ecclesiis
 singulariter, & vniuersaliter habet
 plenitudinem potestatis. not. Innoc.
 in c. cum pridem. de pact. non tamen
 solet sine causâ reuocare, vt scribit
 idem Rebuff. de euocat. q. 7. n. 64. &
 in titu. de commend. in praxi benefi-
 nu. 67. cum seq. ex illa regula. Nullū
 esse priuandum suo beneficio sine
 causa. not. Doct. per illum tex. in c. 2.
 de constit. c. inuentum. 16. quæst. 7.
 & in dubio non præsumitur Papam
 vti potestate absoluta. Bal. in l. si. versi-
 attamen. C. de quadr. præscr. nec est 6
 verum, prout de consuetudine expe-
 rimur, quod dicit Gem. in d. c. nemo
 deinceps, commendam datam, non
 ad vtilitatem ecclesiæ, sed personæ

non

non valere, nam, & merita persona-
 rum id etiam exigunt. c. de multa. de
 præben. † Nempe videmus, quod cō-
 menda dicitur titulus canonicus. c.
 dudum lo. 2. de elect. gl. in ipso c. ne-
 mo deinceps & sequuntur cōmuni-
 ter Doc. Archid. in c. si propter. de re
 scri. lib. 6. & Rebuff. per plures notab.
 rationes, de pacif. poss. n. 47. cum seq.
 Gem. eo. cap. nemo. Moderni in suo
 tract. de cōmend. (& a pari iudica-
 tur cū beneficio. inde bene dixit gl.
 in præfato c. nemo, quod volens im-
 petrare beneficium tenetur facere
 mentionem de cōmenda, quā habet,
 alias vacaret, per c. si motu proprio
 de præb. lib. 6. quia tenetur exprime-
 re omnia requisita, ponit optime Fel.
 in c. in nostra, de rescrip. vbi, quæ sunt
 exprimēda.) † Ex quo licet aliqui ve-
 lint, q. commendatarius non dicatur
 Prælati, sed bene habere administra-
 tionē. 21. q. 2. c. relatio. & doct. vbi su-
 pra, vt sic sint duo contraria in simul,
 q. ecclesia careat Prælato, & quod nō
 possit impetrari, est tñ affinis præla-
 to. imo hodie dicimus, quod cōmen-
 datarius, maxime perpetuus, est ve-
 rus prælatus, cum habeat plenariam
 administrationem in spiritualibus, &
 temporalibus, Barb. eo. cons. 2. n. 25.
 vol. 2. & regulatur atrēta qualitate, &
 dignitate eiusdē ecclesiæ, cui præfici-
 tur, sicut hodie sunt multæ ecclesiæ
 cum dignitate mitræ, & baculi pasto-
 ralis, quæ dantur in commendā, quis
 reculabit dicere ipsis præpositū non
 esse verum prælatum, & iisdē quali-
 tatibus potiri. † Et similis commen-
 da conceditur a Papa in titulum, nō
 ab epō. Abb. in c. si constitit. 1. col.
 de accusat. potest tamen episcopus
 cōmendare ad sex menses, dum mo-
 do

do

do faciat infra terminū semestris sibi spectantis, & hoc iure ordinario, vt concludunt Doct. in eod. cap. nemo deinceps. Rebuff. de pacif. possess. nu. 57. potest etiam aliquis commendare quousq. a superiore prouidebit. arg. c. cum teneamur. de appell. quibus sex mensibus finitis, quando commendat ad tempus iure suo, se amplius non intromittet, quia ius suum dicitur expirasse gl. fin. in adducto sæpius cap. deinceps. nec per viam prorogationis. per Bal. conf. 164. quidam lib. 1. de illa prouisione, & commenda quousque a superiore prouidebit habemus decisionem Concil. gener. Tri. sess. 24. de refor. gen. c. 18. vbi loquitur de Vicaria, ponendo vicarium in ecclesia vacante, de quo infra suo loco dicemus. † Cum autem ecclesia in commendatū confertur, vocandi sunt patroni, si in ea ad sunt, vel alij, quorum interesse potest prætendi, gl. in d. c. & reassumit Sylu. in verb. commenda. nu. 3. vers. & rationi congruum est, ne ius competens ipsis auferatur ab eis inauditis, cum ecclesia sit cultrix iustitiæ. c. 1. de alien. feud. in vsib. feud. licet possit dari differentia si patroni sint ecclesiastici, vel laici, per ea, quæ dicit Abb. in c. cum propter nu. 6. de iure patron. quamquam de iure dicamus in Papa, in omnibus libere posse, per iura, quæ in alio supra diximus. † Et eas ecclesias commendatas curatas, & non curatas, seu quæcumq. alia beneficia commendata, siue ad tempus, siue in perpetuū, iure ordinario visitabit episcopus, & vbi tali iure non potest, supplebit tamquam delegatus Sed Apostol. Monasteria, Abbatias, Prioratus, Præposituras, in quibus deest regu-

laris obseruantia, beneficia secularia, & regularia qualitercumque commēdata, per amplā decisionem eius. Conc. Tri. sess. 21. de refor. cap. 8. nec est derogatum per al. iud. c. 20. eiusd. Conc. sess. 25. de regular. † Vnde si parochialis est ecclesia commendata, videndum est, cui sit commendata, vt non nisi constituto in ætate legitima, scilicet annorum 25. & in ordine sacerdotali. iuxta c. licet canon de elect. lib. 6. nec iuuat vnum sine alio, quia tex. copulatiue vtrumq. requirit, & ætatem 25 annorum, & sacerdotiū, & ita sequitur gl. in c. ei cui. de præb. eod. lib. & vtrobiq. Doct. & procedit tex. eiusdem c. nemo deinceps. alia gl. in clem. 1. de offic. vicar. Do. Florent. in sum. 3. par. tit. 15. c. 1. §. 6. vers. sed talis nec expectatur ips ad promouendum, & dispensari ad quodlibet ipsorum, respectu ætatis 25. annorum, de sacerdotio, & ecclesia parochiali ad solum Papam pertinet, non autem ad episcopum. eod. cap. licet canon, c. permittimus. de ætat. & qual. ipso libro. & glo. in ipsa clem. vnica de offic. vicar. nec ad mittimus opinionem Archidiaconi aliter sentientis, vt cōmuniter sequitur Doct. quia iure non expressum. † Item vnus duas parochiales non potest habere in commendam, seu duo beneficia curata, namq. sicut in cōpatibilitas inducitur ex duabus ecclesiis parochialibus, c. cum in cūctis de elec. c. de multa, de præb. ita, & p. duas curatas ecclesias commendatas Sylu. in verb. commenda. num. 7. Rebuff. de pacif. possess. nu. 64. Do. Pau. in tract. de offic. & pot. cap. Sed. Vac. par. 2. quæst. 3. & inde dicimus rationem, quia commendare ecclesiam,

non est remouere statum ecclesie, aut mutare qualitates, curam animarum, residentiam, & onera, in Doct. in saepe memorato c. nemo deinceps, maxime per mod. & ideo in impetratione alterius curati beneficij, facienda est mentio de alio commendato. Gom. in ead. reg. & est communis curie stylus. † Et venit sub dispositione Inno. Tertii in d. de multa, cum vna cura retenta, reliquam infra sex menses post praedicti Conc. confirmationem relinquere habet necesse, etiam si fuerit sub nomine commendae perpetue sess. 7. de refor. cap. 2. alias ipso iure priuatus existit. ead. sess. capit. 4. ideo videndum est, si quis forsitan adhuc possideat, non facta dimissione, & si dimiserit, & fecerit in fra tempus assignatum ab eodem Conc. licet iure antiquo propter necessitatem (quae non habet legem. l. rem legatam. ff. de adm. legat.) & utilitatem ecclesiae, & etiam personarum, permittebatur priuata supra allegata. haec enim, duo necessitas, & utilitas dispensationem solent inducere. tex. est cum sua gl. in c. 1. de cler. non resid. lib. 6. & in c. queris a nobis in fi. de aetat. & qual. † In ipsaq. visitatione inquiritur, si cura animarum est annexa, fideliter exerceatur, & quae renouatione, & restoratione indigent, reficiantur, etiam per fructuum sequestrationem. eod. cap. 8. sess. 21. aliaq. debita obsequia recte adimpleantur, & si forsitan viget regularis obseruatio, tunc episcopus paterne moneat superiores regulares vt iuxta regularia statuta, debitam viuendirationem obseruent, & obseruari faciant, alias si intra sex menses moniti, non fecerint, ipse eps, vt delegatus Sedis Apostolicae visitabit, &

corriget. §. & si in eis, & §. quod si ad moniti. co. cap. nullis in contrarium obstantibus priuilegijs, appellationibus, & exceptionibus, & c. vt ibidem mandatur. Si sacramenta fidelibus administrentur, cura ipsorum parochianorum (si adsunt) non negligatur, prouideaturq. in his, quae sunt de necessitate, & utilitate ipsius ecclesiae suo regimini commendatae, & generaliter de omnibus, vt diximus de parochia. & ad ecclesijs parochialibus, & de simplicibus, si ea sunt, & iuxta quod canon ipsius Conc. de visitatione, & correctione dicit. † Insuper videndum est, ne sit mutatus status ipsius ecclesiae commendatae, non sit diminutus cultus diuinus solitus exerceri. Abb. in cap. quarelam. de elect. in princ. & hoc est ad modum necessarium, nam cum ecclesia fuerit subiecta, & commendata pleno iure: est in spiritualibus, & temporalibus data administratio: Solebant enim primu multi commendatarii parum solliciti esse de ecclesijs commendatis, nec ibi diuina celebrare curabant, sed fructus recolligere, sed nunc cessent haec incommoda. ex reformatione facta per Conc. Tri. & confirmata in dies, per Sum. Pont. Ideo per visitationem episcopi, succedit, facienda debita prouisio. & vide quae dicit Abb. in c. de monachis colum. prima, de praeb. inde refert Sylu. eod. uerbo. in fine, commendatarium multis modis peccare, vt de beneficiario per Martin. Naparr. in suo Manual. capit. 25. numer. 112. vsque ad numero 140. † Postremo non est omittendum, vt videatur, si ipsi commendatarii, quicumque fuerint, & de quibuscumque ecclesijs in commenda-

dam prouisi, cuiuscūq. ordinis, & militarium, seu quocumq. alio titulo, fecerint publicam professorem fidei, iuxta decretum generale Concil. Tri-

den. sess. 25. de refor. gen. c. 1. & Bullam Pij Quarti, de qua satis in superioribus diximus, lib. 1. c. 15. nu. 15. & hoc lib. cap. 3. nu. 4.

DE ECCLESIIS PATRONATIS.

CAP. DECIMVM.

SVMMARIVM.

- | | | | |
|----|---|----|---|
| 1 | Ius Patronatus quid est. Ex quibus
acquiratur, num. 2. | 16 | Episcopus quando possit transferre
ecclesiam patronatam. |
| | Est duplex, nu. 3. Qualiter probetur.
num. 4. | 17 | Clericus accipiens ecclesiam a manu
laici qualiter puniatur. |
| 5 | Episcopi consensus facit ecclesiam pa-
tronatam. | 18 | Clerici instituti in beneficijs ad pra-
sentationem laicorum, non possunt
ab ipsis remoueri absque authorita-
te episcopi. |
| 6 | Episcopus cum uisitat ecclesias patro-
natas de quibus se debet informa-
re. | 19 | Beneficio non potest renuntiari sine
consensu episcopi. |
| 7 | Ius patronatus solet usurpari a po-
tentioribus. | 20 | Ius patronatus qualiter possit dona-
ri sine episcopo. |
| 8 | Ecclesia patronata potest habere cu-
ram animarum, & qualiter episco-
pus instituet. Et cui debet ipsa eccle-
sia committi, nu. 9. | 21 | Ius patronatus an transeat cum uni-
uersitate. |
| 10 | Presentatus admitti non debet sine
examine. | 22 | Ius patronatus an ueniat in confisca-
tione honorum facta per iudicem
laicum. |
| 11 | Episcopus quando instituet in ecclesia
patronata sine consensu patroni. | 23 | Patronus quando debeat habere ali-
menta ab ecclesia. |
| 12 | Patronus occupans bona ecclesia qua-
liter puniatur. | 24 | Patronus seipsū presentare non pōt.
Pater potest presentare filiū, idoneum
tamen, nu. 10. |
| 13 | Ecclesie receptiuae, quae dicuntur. | 25 | Religiosi an retineant ius presentan-
di in ecclesijs. |
| 14 | Ecclesia posita in patrimonio Regum
sunt priuilegiatae. | 26 | Presentatus ab homine praefertur
presentato a femina, & qñ secus. |
| 15 | Patronus non potest imponere no-
uum onus in ecclesia. | | |

Modo ad ecclesiarū patronatarum uisitationē est accedendū. † De quibus plura essent dicenda, eum sit materia utilis, fre-

quens in practica, ex multis quaestio-
nibus continuo euenientibus, sed ea
remittimus amplissimis dictis D. Ce-
saris Lambertini episcopi insularum,

S qui

qui latissime scripsit in hac materia post Doct. Paul. de Cittad. Rocch. de Curte, dicemus tamen aliqua iuxta solitum nostrum, sequendo decreta Conc. Trid. ex quibus supplebuntur nonnulla de dictis præfatorū Doct. Est autem ius patronatus, (vt ab eius diffinitione procedamus) authoritas quædam, siue ius præeminentiæ, honorisve, competens alicui in ecclesia, propter foundationem, dotationem, & constructionem in præsentatione Rectoris, & in aliis, ex gratia concessum, c. 3. c. nobis, de iur. patron. variis nominibus solitum appellari, vt Aduocatio, Vicedominatus, Custodia, Guardia, ius frequentationis, processionis, gratia, enumerat gl. in c. quia clerici. eo. tit. Aduocatio, id est, patrocinium, l. iubemus, C. de aduoc. diuers. iud. Vicedominus habēs defendere, & disponere in vtilitatem ecclesiæ. arg. c. diaconum. 89. dist. Custodia. i. dignitas, & præeminentia, c. si. de instit. de custodia & guardia est tex. in c. generali, de elect. lib. 6. vbi est de aduocatione, seu defensione, & ibi gl.

2 † Vnde in primis visitare debet episcopus quomodo in hac ecclesia patroni se intromiserint habēdo ius patronatus, quod aliter habere nō licet nisi ex modis prædictis, per foundationem, constructionem, & cum erit erecta ecclesia, & non habet dotē competentem, & sufficiētē, quis de suis propriis, & patrimonialibus bonis dauterit, alio modo obtinere, & impetrare nemo poterit; & in ipsis casibus, sēper institutio epō reseruat, iuxta decisionem Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 2. ex eod. tit. c. cura pastoralis, & c. cum seculum. cū aliis. Est, & alius modus per viam priuilegii,

cum Summus Pontifex Dominus omnium ecclesiarum aliquam ecclesiam, vel plures, concedit alicui in vim iuri patronatus, vt Regibus, Principibus, & aliis dignis, & de sede Apostolica bene merentibus sæpissime videmus. † Et duplex dicitur ius patronatus respectu patronorum ipsius, vel ecclesiasticum, quia ratione ecclesiæ, vel beneficii clericus possidet, & patronus habet sex menses ad præsentandum, sine vlla variatione, aut est seculare, quia laicus possidet ex causis allegatis, & ipsi quattuor menses sunt assignati ad præsentandum, cum potestate tñ semel variandi. doct. in rub. eo. tit. c. 3. c. eam. c. cū propter, c. 1. in 6. quod autem laici possint variare, vno præsentato. probatur per c. quod autem, & c. cum autem eo. tit. in quo succedit episcopi gratificatio. A qua gratificatione episcopi, non datur appellatio. Dec. consil. 129. nu. 1. & ita iudicauit de proximo Rota coram R. P. D. Brauo in vna Ispalensi beneficii, quod est notandum, cum distinctione tamen, quis præsentauerit d. c. cum autem cum sua gl. † Si autem dubium vertitur, recognoscendum est per probationē, & vtiq. probatur hoc ius patronatus per titulum foundationis, dotationis, qui titulus ostendatur ex authentico documento, & aliis a iure requisitis, per multiplicatas præsentationes, per antiquissimum cursum temporis memoriam hominum excedentis, vt ius disponit ex eodem Concil. Trident. session. vigesima quinta, de reformation. gener. capit. 9. §. vt igitur, quod proprie dicitur tempus centum annorum, cuius initii non extat memoria, dicit Fein. in c. ad audientiam

etiam de præscript. de cuius temporis priuilegio multa remissive, in famil. singul. in littera T. nu. 3. Cum hominis vita, vel memoria non excedat regulariter centum annos, Specul. de probatio. §. 1. vers. quid si testes. quamuis in materia Conc. inter alia requisita, tempus quinquaginta annorum requirat. §. in ijs vero. (Quia ex leui, & facili causa non debet quis prætere ius patronatus, vt inquit Innoc. VIII. in sua constitutione in qua multa subnectit necessaria ad acquisitionem iuris patronatus. incip. cum ab Apostolica Sede. 1485. ann. 1. in communi fol. 52.) † Nec iure proprio quis hoc ius acquirit, sed consensus episcopi requiritur, & diocesani (quando tractamus extra Sum. Pontif. qui de omnibus ecclesijs disponit.) hoc facit ius patronatus, eo. capit. nobis cum gloss. & capit. 3. ibi de potestate, in qua eos ecclesia hucusque instituit, abutuntur. cum nec sine ipso ecclesia ædificari possit. capit. nemo. de consecratio. distinct. prima. Nec potest admodum episcopus sine præsentatione patroni in ecclesia patronata aliquem instituere. Abb. in hac rubr. num. 4. capit. ex insinuatione. capit. postulasti cum seq. 6 eod. titu. nisi vt infra. num. 11. † Et quia frequentius visum est, vel propter importunitatem patronorum, vel alia ex causa ecclesijs patronatis vniri aliquas ecclesias liberas, seu beneficia libera, vt deinde sub natura iuris patronatus beneficiorum existent: videat episcopus si plenarium fortita sunt effectum, quod si adhuc non est sequutus effectus, infringat, & irritas declaret ipsas vniones, & per subreptionem obtentas, vt nec admodum fiant, sed libera remaneant beneficia, cum vacant, conferat, non obstantibus quibuscumque, etiam quod fieret concessio Apostolica autoritate. eodem. cap. 9. sess. alleg. 25. §. insuper. & si a quadraginta annis factas inuenerit, & effectum fuerint ipsæ fortitæ, item reuideat, & in quibus subreptionem, & obreptionem inuenerit, inualidet, & annullet. §. quæ vero, omniaque visitet, ex noua etiam constructione, dotatione, diligenter cognoscendo, fraudeque inuenta. ecclesiam in suam libertatem restituat: restituto patrono, si quid obtulit, citra tamen præiudicium possidentis. §. similiter quoque, etiam si ad exemptos esset facta translatio ipsius in vim iuris patronatus. qui ius episcopo competens diminui non potest, ex capit. seculum. eod. titu. 7 † Et si patroni essent Domini potentes, communitates, vniuersitates, in quibus potius præsumitur, & suspicatur ius patronatus vsurpatum, episcopus non contentetur prædictis informationibus, sed exactiorem probationem adhiberi faciat, & ultra probationem temporis inmemorabilis, præsentationes continuatas per quinquaginta annos, saltem probari faciat. §. in ijs vero, alias in omnibus abrogata faciat declarari, exceptis his, quæ reseruantur. in §. reliqui patronatus, & ex quo, Text. annullat omnia aliter facta, non potest illi renuntari, aut præiudicari, text est in argumen. notabil. in capit. mulieres, in fin. de iudic. libro sexto. † Si quæ cura animarum est in eisdem ecclesijs annexa, non obstante quod sint patronatæ,

videndum est, si ipsum ius patronatus spectat ad ecclesiasticum, & institutio ad episcopum, tunc presentabitur, quem patronus inter digniores examinatos seu ab examinatos approbatos iudicabit, & quoniam institutio erit facienda ab alio, quam ab episcopo, eo casu, ex dignis digniorem eligat, & illum patronus presentet, ad quem institutio spectat. sess. 24. de refor. gen. c. 18. §. si vero. & §. cum vero. Et si laici erunt patroni, presentabunt patroni quem eligunt ex examinatis, §. quod si ius patronatus. quin etiam si ad inferiorem spectet institutio, adhuc ipse episcopus examinabit. eod. cap. 9. §. quod si ad inferiores. † Is tamen assumendus sit idoneus ad administrationem, & curam animarum subeundam, ut pastor in grege sit, non lupo inter oves, vigilare aptus, non in sopore dormitionis. Nam & pastores erant vigilantes, & custodientes vigilas noctis super gregem suum, ideo meruerunt audire vocem Angeli. Dominum esse natum. Luc. cap. 2. Vnde seruanda sunt omnia de examine dicta, in eodem capit. 18. & supra hoc libro, capit. 5. cum, & teneatur, sicut, & parochus, pro suis subditis sacrificium offerre, ac pascere predicatione verbi Dei, administratione sacramentorum, exemploque bonorum operum, & in aliis, ut capit. primo, sess. 23. de reform. in princ. & cui subditi, tamquam filii spirituales, ut patri spirituali chari esse debent, & magis puniuntur, si eum spernant, quam si patrem carnalem non reuerentur. cap. qualis. 2. quæst. 107. † Nec aliter presentatum per patronum episcopus admittat, nisi ipsum examinet, & idoneum reper-

tum acceptet, quod si omittit, dicte Rebuff. prima parte, prax. benef. tit. de present. num. 10. quod damnationem sibi incurrit, & tenetur restituere ecclesie damnum, quod est notandum. Et quod patronus presentatum, seu nominatum actualiter presentet episcopo. Abb. in c. transmissæ. nu. 4. de iur. patr. & quod liceat repellere, si idoneus non fuerit repertus eo. c. 19. §. ad hæc liceat. An autem patronus presentans indignum sit priuatus potestate presentandi, adhuc sit distinctio quod si collegium, aut clericus presentat indignum, tunc cadit priuatio, & ad superiorem spectat, si vero laicus fuerit non priuatur, quia potest variare, ut examinat glo. magistralis, in c. cum vos. in gl. 2. de offic. ord. † Quoniam vero est inuenta ecclesia vacare per quatuor menses, vel ante, propter necessitatem ipsius, propter negligentiam patronorum, vel discordias, & lites inter ipsos, aut ex eo inter presentatos, ut sæpius euenit, citra præiudicium veri patroni in posterum, de rectore (post ipsos quatuor menses) idoneo episcopus provideat, & provide potest, ex præscripto Innoc. III. in cap. cum propter laicorum eo. tit. & Abb. in c. quoniam. & §. si vero. Fel. in cap. cum Bertold. de rescrip. ubi tractat materiam quando, in quibus valeat institutio sine presentatione, & est similis decis. in alleg. cap. cum vos, de offic. ordin. quod vacanti ecclesie, quousque provideatur de rectore, ponatur Economist, siue Præpositus, vel Custos, Vicarius, Vicedominus (licet improprie) qui regat ecclesiam, in necessariis provideat, fructusque percipiat, quos, aut in utilitatem ecclesiarum, aut futuris

turis personis fideliter referuare, & arg. not. in Conc. Trid. sess. 24. de re. for. gen. c. 18. §. 1. & vers. alioquin (is ergo ponendus debet esse idoneus & fidelis, & tãquam tertius, non aut de numero presentatorum si plures fuerint, tex. n. d. c. cum vos, alium, quam ius prætendentem poni mandat, in illis verbis, qui debeat fructus percipere, & in fine vel futuris successoribus &c. & tex. met. Conc. eod. c. 18. §. 1. *Ibi idoneum Vicarium constituere, qui onera ipsius ecclesie sustineat, donec ei de rectore provideatur.* In aliis autem casibus patronus semper est inquirendus, & eius consilium est sequendum, quia ita dilexit ecclesiam, ut ei bona sua conferret glo. in c. fin. eo. tit. Couar. in pract. qq. c. 36. nu. 10.

12 † Idq. diligentius visitandum, ne bona ipsarum ecclesiarum patronatarum sint occupata, & vsurpata per patronum, vel impedita, quominus ab his, ad quos pertinet, recipiantur, namq. anathemati est innodatus, quousq. integre non restituerit, & absolutionem a Romano Pontifice obtinuerit, ac etiam priuatus existit ipso iure patronatus, iuxta decretum eiusdem Conc. sess. 22. de reform. cap. 11. in princ. & §. quod si eiusdem, & est additum hoc dictum in bulla maiori. S. D. N. Do. Gregor. XIII. Pont. Max. in §. qui vero iurisdictiones, quod declarat Mart. Nauar. in Man. c. 27. nu. 69. fol. 447. circa finem, non enim debet se in his quouis modo eo animo ingerere, non obstante quacumq. consuetudin. de cap. 9. §. patroni autem, de iure communi in c. relatum. §. laici eod. tit. vbi glo. notat illa verba sub interminatione anathematis, vel sub interpositione excommunicationis,

quæ statim contraueniendo incurritur, secus si sub pœna anathematis, vel excommunicationis ideo canon Conc. dixi anathemate fit innodatus quod item ampliatur, si ius patronatus translatum fuerit titulo venditionis, aut alio contra canonicas sanctiones, quia priuatio, excommunicatio, interdictumq. incurruntur. eod. c. 9. §. nec dictum ius patronatus. † Et omnia prædicta seruanda sunt, & præscrutanda, etiam in ecclesiis receptiuis. Sunt autem ecclesie receptiue iuxta idem decretum in prin. in quibus consuetum est episcopum vni, vel pluribus curam animarum tradere, & ad eas ecclesias admittere, qui similiter ad ipsum examen subeundum stricti sunt, q̄ receptio, & admissio habet vim collationis, & ius dicitur continere arg. not. per gl. ex illo tex. in c. cum aliquibus de rescrip. lib. 6. cum sufficiat admittere, & notare in communi libro, nisi quid expressius de mandato superioris, aliter fuerit dictum, vel obseruatum: videndo si est certus numerus clericorum, si confirmatus a superiore, si cū iuramento, ut de singulis in præscripto fiat mentio d. c. cū aliquibus. per mod. (Potest. n. ep̄s ex causa augere, vel diminuere numerum clericorum, de const. c. ex parte: Mar. Socc. in c. sicut vnire nu. 39. de excess. præl.) † Sed in ecclesiis Iurispatronatus Regum, Principumq. iura imperii in suis dominiis habentium, similiter, & in concessis in fauorem studiorum generalium, non seruantur ea, quæ diximus supra. nu. 6. cum seq. sunt enim admodum a Papa priuilegiatæ. eod. cap. §. reliqui patronatus, & in ipsis in dubio non dicitur esse derogatum, cum in

multis nō derogare, sed fauere quærat Sedes Apostolica. dicit Rebuff in 3. p. sign. nu. 62. cum duobus sequen. Vnde in quacūmq. concessione, seu derogatione beneficiorum, etiam iuris patronatus facta a Papa ipsis derogatum non intelligimus. Cassa. in sua glor. 8. par. confid. 46. refert Do. Marinu Freccia patruus meus honorandus. de subfeud. lib. 2. in 30. differ. fol. 252. pro quibus adducunt Moderni verba Clem. V. in extraua. meruit. de priuil. pro Rege Franciæ. sed ad propositum est regul. Cancell. num. 40. quam post multa citat Cou. in prac. qq. c. 36. nu. 2. sicut generaliter nō derogat aliis laicis, nisi dicat: licet possit ad libitum. gl. in cle. 2. de præb. Doc. in c. cum dilectus eod. tit. Sed notandum est in practica, qui cum Papa promouet aliquem ad ecclesiam cathedralē, siue maiorem, & is habeat ecclesias patronatas, confirmando retentionē ipsorum beneficiorum, maxime sine cura (quia aliter non dispensat) etiam, quod sint de iure patronatus laicorum, non infert præiudicium quia non dicuntur vacare, nisi a die consecrationis, sed Papa primo confirmat. Couar. eod. cap. 36. nu. 11. vers. 12. & sibi dispensatum a Iulio secundo scribit idem Dom. Cæsar. Lamber. hoc tit. lib. 2. 1. par. 6. quæst. prin. art. 15. n. 11. & Nos ipsi testes sumus bis obtinisset propria persona. Primo cum Pius V. immortalis mem. ann. 1570. de mense Septembris die 25. ad episcopatum Rauellensem propriam patriam nos vocauit, & tamen concessit retentionem beneficiorum, quæ potiebamur de iure patronatus laicorum, etiam Illustrium Marchionum, & iterū hoc ann. 1578.

de mense Februarii die 17. quo Beatissimus Dominus N. Dom. Gregorius XIII. Pon. Max. ad episcopatum Sarnensem sua maxima bonitate traxit. † Item inquirendum est, si in ipsa ecclesia patronata adest aliquod onus, aliquæ pensio, & a quo tempore. potest enim patronus in fundatione ecclesiæ cum consensu episcopi, pensionem sibi reseruare, vel aliam honestam apponere conditionem, prout doct. communiter concludunt. eod. tit. c. nobis. Rebuff. de pacif. possessor. num. 128. hoc tamen onus sit reseruatum tempore foundationis, & ante consecrationem, iuxta tex. & gl. in cap. præterea. lo. 2. eod. tit. post tamen nequit grauamen imponi, nisi ex tolerata consuetudine de candelis dandis patrono, Lamber. eod. tract. 3. lib. 3. q. ar. 16. quod passim seruari videmus vbiq. licet non iure. vide Abb. in alleg. c. præterea. & in nostris fam. sing. in l. 1. nu. 113. & contra aliter imponentem est poena tex. in cap. generali constitutione. de elect. lib. 6. & dicitur posse statui debito tempore, quod vacante ecclesia patronus accipiat redditus, (ante tñ consecrationem instituto posito) & cum tex. prædicti. cap. præterea dicat moderatos redditus: notandum est etiam fructus venire. Quia omnis fructus est in redditu, non autem redditus in fructu. gl. si. eod. c. generali, & per Dom. & in h. deducta. ff. ad Trebel. † Nec est ferendum, vbi necessitas, & scandalū imminēt, ipsas ecclesias patronatas dirutas, & disiectas manere, sed recuperentur, & vbi ex fructibus, & redditibus reparari nequeunt, ipse episcopus trāserat, (locatis primo patronis) in ecclesiā matricem,

tricem, vel aliam eiusdem diocesis, seu vicinæ suo arbitrio. ex eo. Conc. Tri. sess. 1. de refor. c. 7. etiam si ipsæ ecclesiæ parochiales sint, præcedente tamen diligentia, si ex fructibus, & redditibus ad quoscumq. venientibus, vel per subsidium parochianorum possint restaurari; eo. c. 7. §. parochiales, & §. quod si, vt infra de translatione, & vnione ecclesiarum, c. 26. n.

17 6. dicemus. † Item si in recognitione bullarum inuenerit clericum beneficiatum, & possessionem viderit, & ipsam ecclesiam a manu laici patroni accepisse, contra canonum regulas, si ne aliqua episcopi sui institutione, seu autoritate, grauius in eum inuehat, & digna animaduersione per priuationem communionis puniat, & cum persistit, priuet item a ministerio ecclesiastico, & ordine, iuxta Cōc. generale Lateranense in c. præterea, §. clericus autem & in c. relatum, eo. tit. nisi pænitentia ducti patroni, primis remotis, alios præsentauerint, per c. cum laici eo. tit. (Et sic est dare vnū casum, posse per pænitentiam quem venire contra factū proprium, & audiri in iuribus suis sic fauore libertatis. l. 1. C. de lib. caus. in donationibus fieri prohibitis a iure l. 1. C. de cond. ind. Afl. in alio casu in l. diuæ memorie n. 45. item si iurasset quia ad illicita non trahitur, ne iuramentum euadat iniquitatis vinculum cap. 1. de iur. iur. in 6. cum simil. Bal. in c. 1. per quos fiat inuest. Alex. in cons. 125. lib.

18 2. Afl. in prælud. feud. q. 3. n. 5. † Reformandumq. est, quod & multi in abusum traxerunt, vt presentatos clericos in beneficijs, capellis, altaribus, & per episcopos admissos, & institutos, audeant ad libitum remouere, si

ne aliquo consensu ipsorum episcoporum, contra aliam decisionē Concil. generalis Innoc. Tertij, in c. in Lateranensi. §. nos autem verfi. institutos, de præb. quod idem, & in Conc. Cabil. statutum fuerat, vt recitat Gratian. 16. q. 7. c. inuentum est, vbi multi laici arbitrii sui temeritate, & quod grauius est ducti cupiditate, presbyteris quibuscumq. absque consensu suorum episcoporum, ecclesias dant, vel conferunt, cum enim nō possunt instituere, nec destituere, arguenotat. ex c. ex frequentibus de instit.

19 † Nec ipsi clerici præsentati, possunt patroni beneficium resignare, sed oportet, quod episcopus met renuntiet. prout not. in cap. Gonsaldu. 17. quæst. 2. cap. quod in dubijs de renunt. & c. admonet. Vbi omnes notant, quod si quis contrafecerit, in eum canonica est exercenda ultio. Sed hodie alia regula est obseruanda, namq. non in omnibus renuntiare potest in manibus episcopi, ex noua lege Pij V. Pont. Max. de qua dicemus infra de resignat. benef. cap. 28. In noua tamen prouisione faciendā, vocandi sunt patroni, cum de eorum iure, & præiudicio tractetur, Quia sine consensu ipsius patroni nullus debet ad ecclesiam patronatam institui, vt ipso titulo probatur, & cap. ex institutione. † Item inquiratur quomodo est in alium translatus ius patronatus, an interuenerit consensus episcopi diocesani, alias pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest donare, cap. quod autem. §. de cetero. eod. titul. cum moderamine tamen vt si donatio facta fuerit com patrono valeat, tunc quidem, cum non sit noua persona, secus in extra-

neo. Abb. in d. cap. ex insinuatione ad declarationem prædictam, & gl. in c. cum seculum, ipsomet titu. Re- lin. in cap. quæ in ecclesiarum. num. 89. de constitu. vt de feudo dicit Afflict. in l. constitutionem diuæ memoræ. num. 17. vers. & pro hoc, & diximus in iisdem singul. in l. 1. nume. 112. ad primum. Rebuff. 3. part. sign. num. 67. vbi per tot ponit mul-
 21 ta. † Nec item fit translatum ipsum ius, titulo venditionis contra sacros canones, & vbi inuenerit declaret patronum priuatum ipso iure, subditum excommunicationi, & interd-
 23 cto, iuxta eundem text. Concil. Trident. cap. 9. §. nec dictum, & supra, num. 12. ex cap. de iure. eod. tit. seu aliis palliatis contractibus, & quid simon-
 næ species committatur, etiam si esset alienatio, aut translatio facta particu- lariter, secus si generaliter sub nomi-
 ne vniuersitatis, non aliter facta de iure ipso patronatus mentione, tran-
 fit quidem, etiam sub utili dominio tantum, per cap. ex litteris hoc titu-
 vt sic cum vniuersitate videatur tran-
 fire non de per se, ad cuius cap. intel-
 lectum, vide duas quæstiones posi-
 24 tas per Domin. Couarr. var. resolut. lib. primo, capitul. 13. num. 13. & in
 21 dict. sing. ead. l. nume. 115. † Sed vbi patronus deliquisset, per quod deli-
 ctum iudex secularis bona confiscat, procuret episcopus omnimodo ec-
 clesiam remanere liberam. non. n. trã fit ius patronatus in fiscum propter
 delictum, doct. in cap. quanto, de iudic. licet Dec. dubitauerit. in l. si maritus.
 C. de collat. vt dixi in dicta. l. 1. nu-
 me. 114. & addit. ad Abb. in eod. cap. Rocchus in verbis a quo. 29.
 quæstione, numero 65. & quamuis

aliqui contradicant, distinguit Iulius Clarus (vere clarus in materia crimi-
 nali,) lib. 5. recept. sent. §. fi. q. 78. vers. 8. si ius patronatus est transitorium
 ad hæredes extraneos, vadat in fiscum cum vniuersali confiscatione bono-
 rum, alias secus. Vidi tñ aliquando propter potentiam fiscali, in utroq. casu
 confiscari, de rigore potius, quam de æquitate, & veritate iuris, conando
 assignari rationem de connexitate ip-
 sius iuris, cum vniuersitate bonorum, vel castri, seu item feudi, prout in fa-
 cto quæstionibus motis est responsu.
 23 † Insuper circa fructuum exactonem est animaduertendum, vt ecclesia ha-
 beat necessaria in sustentatione recto-
 ris, & prouisione facienda necessariis
 occurrentibus; & vt ecclesiam ipsam
 fructibus abundare repertum fuerit, &
 ministris ad necessaria sufficientibus,
 patrono tamen ad inopiam verio,
 (non ex culpa, & delictis,) prouidere
 debet, vt alimenta præstentur; mode-
 ste tamẽ, iuxta Constit. Clem. III. in c.
 Nobis. §. pro fundatione de iure pa-
 tron. cum gloss. ex c. quicumq. 16. q.
 7. de quo aliqua notanda dicta sunt
 supra lib. 1. cap. 27. nu. 6. cum duob.
 24 seq. † Recognoscendi sunt deniq. pa-
 troni in numero ipsorum, quo iure,
 seu qua portione præsentent; etsi ad
 vnum est redactum ipsum ius patro-
 natus, non potest is, etiam si sit ido-
 neus, seipsum præsentare; sed alium
 debet nominare, ex rescripto Innoc.
 iij. in c. per vestras de iur. patron. cum
 debeat esse differentia inter præsen-
 tantem, & præsentatum; Instituentẽ
 & institutum. cap. fin. de instit. licet
 alium compatronum possit præsen-
 tare. Nam & pater præsentat filium
 idoneum, c. consuluit. vbi gloss. not.
 &

& omnes doct. eod. tit. Potest tamen episcopus videns non esse, nisi vnum patronum in ecclesia, antequam ille prouideat de aliquo præsentando, motu proprio sibi ecclesiam conferre, iuxta not. per Host. in c. cum in iure peritus, de electio. Dixi motu proprio, quia hac clausula vti potest episcopus. Gomef. in tract. Breu. nu. 13. supra cap. 7. nu. 10. in fine, hoc libro.

25 † Bullæ etenim institutionis sunt etiam diligenter reuidentæ & registrandæ; & a quibus sit facta præsentatio; si in possessione iuris præsentandi sint iuridice; ne sint prohibiti, aut priuati eo iure, ecclesiam enim liberam esse omni iusto modo procurandum est. Et ideo Religiosi, cum dicantur mortui mundo, non habent ius præsentandi, sed aliis competit, quibus deficientibus ecclesia remanet libera. Bellam. cõf. 33. Rebuff. de pacif. poss. num. 129. quod est admodum notandum in practica propter concursus præsentationum, & disputat Lamber. 2. lib. 1. par. 2. quæstion. princip. art. 11. per totum, quamuis mod. practici velint retineri nomine monasterii, quando monasterium est capax proprii in communi, siue in priuato, quod quandoque fuit iudicatum, & est verum.

26 † Et si discordia esset inter præsentatos, quis debet admitti; vt quia patroni sunt duo, masculus & foemina, præsentatū ab homine admittet epi-

scopus; quia is præfertur. dixit not. Bald. in l. 1. ff. de senat. Aretin. in cap. quoniam, de testib. quod pro notab. refert. Corset. in verb. femina. Sed intelligendum, quod sit idoneus, alias Episcopus magis idoneum a femina præsentatum instigare debet, iuxta notata in cap. pastoralis, & cap. cum autē, eod. titu. de iur. patron. Nō fit tñ is præsentatus apostata, quia etiam quod non admittitur, priuatur patronus ea vice præsentandi, ex constitut. Pauli Quarti Summi Pontif. contra apostatas edita, inc. Postquā diuina bonitas. §. etsi patroni anno 1558. 4. sui Pont. Cui similis est lex noua Sanctissimi Dom. Nostri Dom. Gregor. XIII. pontif. Maxim. hoc anno. 1580. de mense Nouembris, annullans collationes factas personis prohibitis propter genus, seu hæresim, aut a fide apostasiam, contra sanctiones, statuta, vel priuilegia a Sede Apostolica confirmata, & incip. In ecclesiis. Postremo examinandus est status ecclesiæ, de regimine, paramentis, ædificiis, reparatione; & si cura est annexa, quō exerceatur, prout omnia dicta sūt supra hoc lib. c. 2. quādo ecclesia est curata, & quando secus cap. 7. quæ hic adaptantur, si beneficiatus ipse bona alienauerit, cōtra cle. ambitiosæ. & in aliis, quæ ex facto vltra dicta in superioribus videbuntur, & materia in practica occasione præltabit, &c.

DE CAPELLANIIS, AN SINT
beneficia Ecclesiastica.

CAP. VNDECIMVM.

S V M M A R I V M .

- 1 **E**pisopus visitat capellas, capellanas, & capellanos. *ecclesiam, a quo ponetur.*
- 2 Capellania est beneficium ecclesiasticum, num. 3. Et venit appellatione ecclesie, nu. 4. Et an differat a capella, nu. 5.
- 6 Capella quid sit. Et non potest construi sine consensu episcopi. nu. 7.
- 8 Capellania quando inducat incompatibilitatem.
- 9 Capellaniae duae in eadem ecclesia, an haberi possint.
- 10 Capellania mentio facienda est in impetratione alicuius ecclesie, & beneficii.
- 11 Rector in capellania existente intra
- 12 Capellaniae an possint conferri ab heredibus fundatorum sine consensu episcopi.
- 13 Capellania cum pacto quod episcopus non se intromittat, construi non potest.
- 14 Testator non potest ordinare quod episcopus non se intromittat in beneficio.
- 15 Laici sunt incapaces iurium spirituum.
- 16 Visitatio capellaniarum in quibus consistat. *Fundationes capellaniam debent registrari, nu. eo.*

VSus capellaniarum frequentissimus est in omnibus ecclesiis, ob christianorum deuotionem ab ecclesia auclā, vt faciliores redderentur ad fundationes ecclesiarum, c. 3. de iur. patr. Rebuff. 3. p. sign. de iur. patr. nu. 4. sed quia nihil tam perfectum in hac vita statui potest, vt zizania inter frumentum nō ponatur: iuxta euangelicam doctrinam. Matth. cap. 13. † Merito venit necessaria prouisio episcopi, vt visitet omnes capellas, capellanas, earumq. capellanos, qui omne lege iurisdictionis diocesanae subiecti sint, nisi sub nomine alicuius regiae capel-

laniae se tuerentur, respectu ipsius tantum capellae regiae; non autem aliarum capellarum & ecclesiarum, si forte obtinent, ex notabili Decis. Innoc. III. in cap. cum capella. de priuil. & excess. priuil. & iuxta decisionē Conc. Tri. ad confirmationem eiusd. capit. cum capella. sess. 24. de reform. gener. cap. 11. Nec id ad ipsos tantū statutum, verum etiam ad priuilegiatos per Eugenianam Constitutionem. in cap. diuina, de priuil. in extrau. in communi, vt ratione beneficiorum ipsis ordinariis subiecti sint eod. c. 11. §. quae vero, & tex. alleg. c. cum capella. cum ipsa cōfirmatione
Concil.

Conc. practicatur hodie continuo, ex
 ea causa, ne malignandi occasio vlli
 detur. Ex qua ratione motus fuit D.
 N. Greg. XIII. Pont. Max. ad deciden-
 dum, religiosos effectos capellanos
 sedis Apostolicæ, nihilominus esse
 subiectos eorum superioribus, & cor-
 rectoribus, in vna sua Const. incip. p
 Rom. Pont. an. 3. sui Pont. in commu-
 ni bull. fol. 7. † Est autem capellania 4
 beneficium ecclesiasticum cle. si be-
 neficiorum, de deci. clem. dispendio-
 sam, de iudic. namq. habet spirituale
 annexum. l. q. 3. c. si quis obierit: da-
 tur in titulum c. præcepta, 55. dist. c.
 sanctorum. 70. dist. 1. q. 3. si quis dat,
 & not. Calderi. in c. autoritate, de
 Instit. immo appellatione capellarū
 veniunt etiam & ipsæ parochiales ec-
 clesiæ, cap. extirpandæ, de præb. si-
 gnat in particulari Abb. in capit. ex-
 posuisti. num. 6. eod. titu. Et tenetur
 ad solita iura episcopalia, quæ po-
 nuntur in capit. conquærente de of-
 fic. ordin. quando debet, & est solit-
 um; Nam si aliquo pacto est exem-
 ptio, & capellanus soluit domino
 ignorante, non præiudicat. Henr.
 Boich. in cap. vigilantia, in fin. de præ-
 scrip. per. l. 1. §. si tibi fundum, de itin. 5
 act. priu. ff. † Quod apparet ex ipsa
 rei qualitate. Vnde si in fundatione,
 aut dotatione capellaniæ est actum,
 capellanum debere esse sacerdotem,
 vel quod ipse per se habeat diuina ce-
 lebrare, institutus de capellania, de-
 bet infra annum se promoueri face-
 re ad sacerdotium, iuxta determina-
 tionem, cap. licet canon de elec. lib.
 6. Lamber de iur. patron. libr. 2. r.
 par. 7. q. princ. ar. 27. Quia a fundatio-
 ne non est discedendum. c. significan-
 dum, de præb. Rebuff. de non pro-
 mou. nu. 17. aliter venit monendus,
 & priuandus, & quandoque si non
 est ex lege foundationis, seu ab expref-
 sa voluntate testatoris relinquētis, to-
 leratur per gratiam, & tempore expe-
 ctato ascendat, dummodo non omit-
 tantur diuina celebrari, quod decet
 ex eo, vt facilius trahantur clerici ad
 cultum diuinum, sicuti in facto scri-
 ptum sit magnus Doctor. † Ex quo venit
 capellania appellatione beneficii, seu
 ecclesiæ. eod. c. cum capella. & not. in
 c. 1. de appel. monach. Lambert. de
 iur. patr. lib. 1. q. 5. ar. 2. sicuti de terris
 beneficialibus, & altaribus, & benefi-
 ciis de camera, seu de mensa, vt dixi-
 mus supra hoc libro. cap. 5. & com-
 munitè dicimus beneficia simplicia,
 quando cura alicui ipsorum non est
 annexa. idem Dom. Lamber. lib. 2. 7.
 q. princ. ar. 3. num. 17. etiam quod ca-
 pellanus singulis annis mutetur. Nā
 licet non detur sibi in perpetuum; ha-
 bet tamen conditionem suam, quod
 est beneficium, vt dicit esse conclu-
 sum Thom. Fastol. in decis. caus. 26.
 dubio. 56. etsi multi contrarium, vt
 ibidem apparet, per satis rationabile
 responsum. † Sed capellania, & capel-
 la differunt, vt etiam dicit Rebuff. se-
 cul. benef. num. 17. capellam vacant
 practici, quando corpus est de per se,
 sed quando altare est in ecclesia di-
 citur capellania, & perpetuo, (vt plu-
 ries,) ibidem capellano assignato, vt
 ibi; & bene dicit, quod variatur ple-
 rumque a iure, cum videamus, quod
 Rector ecclesiæ, seu parochiæ dica-
 tur capellanus: Abb. not. in capit. 2.
 de sec. nupt. Fel. in cap. ex parte, nu.
 3. de rescript. quod vnus potest esse
 rector, & capellanus, adducit gloss.
 notabilem, in extrauag. Ioan. 22. exe-
 crabilis,

erabilis. in verbo quæ alias. de præb.
 6 † Et idem dicit Lambert. lib. 1. 11. q.
 prim. par. ar. 6. quod capella proprie
 est locus priuatus in ecclesia, vel ex-
 tra ecclesiam positus (contigue tñ,))
 Deo sacratu. Cuius deriuationem de-
 scribit Gul. in suo ration. lib. 2. c. 10.
 num. 8. sed latius considerat Quintil.
 Mandos. doctor Romanus in regul.
 de Annal. quæst. 17. vbi quattuor mo-
 dis in hac materia dicit esse conside-
 randas capellas, vel primo pro altari-
 bus in ecclesia constructis: vel secun-
 do quando locus est positus extra
 ecclesiam, propter maiorē forsan ali-
 cuius populi commoditatem: aut ter-
 tio sunt capellæ religiosorum, vt di-
 cemus infra. Vltima est consideratio
 quando sunt capellæ constructæ in
 domibus priuatorum, de quibus sunt
 multa dicenda, cum magis oratoria
 dicantur. vnde particulariter tractabi-
 7 mus in c. seq. † In omni tamen capel-
 læ ædificatione videndum est, si adest
 consensus episcopi diocesani, sine
 quo construi non pōt, vt dicit tex. in
 c. autoritate. de priuil. lib. 6. & cum
 est constructa, statim est in sua dispo-
 sitione, sicut omnes aliæ, de commu-
 ni lege. 16. q. 7. c. omnes Basilicæ. c.
 conquerente. de offic. ordin. & con-
 cludit post omnes ipse Lamber. 1. li.
 1. par. 2. q. ar. 18. capellam fundatam
 sine consensu episcopi, posse per ip-
 sum episcopum reuocari, & demoli-
 ri facere: non autem per ipsum con-
 struentem, quod est notandum. Quia
 cum sit effectum ius spirituale, nul-
 lum ius amplius competit laicis, etiã
 per præscriptionem. Abbas in c. cau-
 8 sam de præscription. † Perquiratur
 etiam quid sit cautum in eius funda-
 tione; quia si residentiã aut seruitiũ

personale requirit, incompatibilitatē
 inducit, cum alio simili, eo fortius cu-
 rato: vel in ipsamet capellania sit spe-
 cialis cura annexa, prout notatur in
 c. gratia. de rescript. lib. 6. & in clem.
 gratiæ. eod. tit. nisi aliqua iusta causa
 dispensationis quis tueretur, ex qua
 tutus in conscientia pōset dici iuxta
 glo. notab. ad quem per omnes fit re-
 missio. in capit. non est, de voto, vbi
 quando dispensatio proficit in vtroq.
 foro, & quid si est facta sine causa
 alia gl. in extrauag. execrabilis Io. 22.
 in 1. gloss. in prima compilatione.
 Quia aliter contrauenire mortale est
 propter legem obsistentem arg. not.
 supra lib. 1. c. 33. post nu. 3. sicut de le-
 ge ciuili dicimus obligante in foro
 conscientiæ, si ex contemptu delin-
 quatur. Card. in clem. eos. de vsur. Io.
 Andt. in c. quamquam de vsur. Hieron.
 in præct. Cancell. fol. 22. de quo
 9 notat Fel. in c. 1. de constit. † Item
 videndum, ne quis duas capellantias
 in eadem ecclesia habeat, nec etiam
 episcopus dispensare poterit, sic nec
 duo altaria (in titulum scilicet.) ex
 præcepto generali Bonifa. VIII. in
 cap. 1. de consuetud. in 6. Sed si non
 essent in titulum, sed ad officium, seu
 ad onus celebrandi Missam pro de-
 functis, vt quotidie obseruamus, tunc
 secus, etiam si esset assignatum stipen-
 dium annuum, vt dicunt doct. eod.
 capit. 1. Quia non est dare vniformi-
 tatem, quam reprobatur text. & hoc
 item est notandum, & vbi in titulum
 datae essent, declarat procedere text.
 Conc. Tri. sess. 7. de reform. cap. 4. de
 quo supra pluries est dictum, ex ea
 ratione, cum periculum anima-
 rum inducatur ex assequutione plu-
 rium beneficiorum: & crimē est plu-
 ra ha-

re habere, sine legitima dispofatione
 fecundum opinionem Hofii in c. cū
 ecclesiasticæ. de except. quā opinio-
 nem præstantiorem contra dictum
 Innoc. dicit glo. in extrau. execrabilis
 Ioann. 22. in 1. gloss. de præb. in pri-
 ma Compil. † Nec obstat, quod capel-
 lania fit modici valoris, & redditus,
 vt per hoc excludatur, vt non sit be-
 neficium ecclesiasticum: namque
 valor non diminuit qualitatem eius,
 licet posset alterare circa personam,
 vt si vna non sufficiat capellania ad
 vitam sustentandam, detur alia: sine
 tamen cura, iuxta aliam decisionem
 eiusd. Concil. Trid. sess. 24. de reform.
 gen. cap. 1. Vnde in impetratione be-
 neficii faciendā est de ipsa spetialis
 mentio, si impetratio subsequuta suf-
 fragari ei voluerit, per generalitatem
 text. cavit. si motu proprio. de præb.
 lib. 6. & cap. gratia eod. libr. de refer.
 quia, & ipsa venit appellatione ec-
 clesiarum Aufser. decis. 57. Rebuff.
 de pacif. possess. num. 104. in fin. &
 ad confirmationem facit alius text.
 de refer. capit. cum te proponente.
 (Et dixi illud verbum suffragari, vt
 procedat in vtroque foro, licet mul-
 ti dixerint, quo ad forum contentio-
 sum tantum. in rubr. C. de suffrag. q.
 non est verum, & hoc verbo etiam
 ad vtrumq; ponit Conc. Tri. sess. 24.
 de reform. gen. cap. 12. §. prouisi au-
 tem. sess. 6. de reform. cap. 2. sess. 7. eo.
 tit. cap. 11. & in aliis locis. † Sed du-
 bium in ipsa visitatione est continuū
 An existente capellania intra aliam
 ecclesiam, parochiam, plebaniam, 3
 quis ponet in capellanum, Rector
 ne, an Parochus, Plebanus ipsius, vel
 episcopus ordinarius. Et dicit Arch.
 in capit. quando 24. dist. quod rector

instituet. & in cap. nullus circa med.
 16. quæst. 7. pulchra Fel. in cap. cum
 venerabilis. num. 37. de excep. & vnū
 verbum cap. ex parte in prin. de re-
 script. Per quod dictum deciduntur
 quæstiones inter ordinarios, & re-
 ctōres. Sed secus si episcopus hoc
 ius instituendi præscripsisset per se
 & consuetudine obseruatum, quod
 ipse institueret, supra hoc libro. cap.
 1. nu. 16. Generaliter tamen, si esset
 constructa intra ecclesiam parochia-
 lem, ipsi cedit, & subiecta est ipsi pa-
 rochiæ in omnibus, cap. ad decimas
 de restit. spoliat. Rebuff. de decim. q.
 6. nu. 18. & facit tex. notab. in cap. 3.
 ibi: *ad presentationem rectoris.* de ec-
 cles. ædific. † Item solet quæri, an hæ-
 redes fundatorum possint conferre
 tales capellanas absque institutione,
 & authoritate episcopi. Guid. Pap.
 decis. 187. tenet quod sic: sed contra-
 rium dicimus esse verius, per capit.
 ex frequen. de inst. quia ius instituen-
 di laico non cōpetit. de iur. patron.
 cap. cum laicus. In aliquibus tamen
 ecclesijs videtur procedere dictum
 Guid. de consuetudine, quod laici as-
 signent. vt Neapoli in ecclesia Me-
 tropolitana, in capellanis de sub cor-
 po, quod numquam reuocare potue-
 runt. DD. Archiepiscopi, licet atten-
 tassent, tamquam diligentissimi in
 ampliandis iuribus ecclesiæ. Potest
 dici, id posse tolerari, vt prouiores
 reddent ad benefaciendum ecclesijs,
 & ecclesiasticis personis; Id. tñ de no-
 uo non est concedendum, ex præiudi-
 cio, quod inde resultat. † Non potest
 enim capellania creari, sicut nec be-
 neficium, cum pacto, quod episco-
 pus in ea non se intromittat. c. si qui-
 dam. 10. quæst. 1. Et omnis dispositio
 de su-

de super facta non tenet; cum omnia beneficia ecclesiastica sint sub dispositione episcopi. ead. caus. & q. cap. regenda, & cap. decernimus. Nam valet dispositio seu legatum de capellania construenda, sed annullat circa illud, quod episcopus non se intromittat. Archid. in d. c. si quidam, nec possunt laici creare beneficium perpetuum, seu titulum ecclesiasticum, absque eo, quod episcopus consentiat tacite, vel expresse, not. in c. cum ad hæc, de religio. Dom. Ioan. Andr. in clem. 2. eo.

14 tit. † Quod adeo est verum, ut nunquam ordinatio testatoris provisionem episcopi impedire possit, etiam, si dixisset, quod alias esset cassa, & irrita dispositio sua; & nullum sortiri debet effectum, quia tenet ordinatio; sed poena remouetur. Fel. in d. c. cum venerabilis nu. 32. cum seq. de except. not. Franc. Ripa. in l. nemo potest. n. 127. ff. de leg. 1. Nec potest amplius testator constructa capellania, & dotata; per suam dispositionem alterare regulas sacrorum canonum. Dec. conf. 122. & conf. 135. vol. 1. & faciunt multa dicta per Aegid. Bellam in c. supra, q. 16. nu. 20. de renun. & ex prædictis
15 satis veritas conclusionis apparet. † Nec permittat ipsos laicos in aliquo se intromittere; sunt quippe incapaces proprietatis, & possessionis alicuius iuris spiritualis; unde nec possunt disponere super rebus temporalibus ecclesie, nec spiritualibus annexis. Abb. in c. fin. per illum tex. nu. 4. cum seq. de reb. eccl. non alien. de const. c. ecclesie sancte Mariæ, de iudic. c. de

cernimus. Ex quo dixit Gomez. de puid. n. 35. quod purus laicus non potest providere, tamquam subsequator in vim clausule cæterum. An autem ex consuetudine, vel privilegio. Mil. in verb. laicus. vers. 4. ubi quid vacante ecclesia, vel non, de consuetudine, lo. And. dicit quod non, in c. 2. de præb. li. 6. & Abb. in c. quod autem. n. 12. de iur. patr. de privilegio secus, ut in Regibus videmus, Carolus a Carcaff. de Regal. Fran. li. 2. c. 1. cum aliis. Et hæc dicta possunt seruire ad materiam c. præced. ubi de patrono diximus cum
16 simil. † Ultimo in omnibus ipsis visitabit episcopus de loco fundato, si de cens fit, vel propter calamitatem temporum egeat translatione, ne subtus domos priuatas, sint capellæ liberæ undequaq. sit sunt redditus, qui, & quot; & si sufficiant ad onus; qui sint ministri; si vna missa assignata, vel plures; si dicantur & quando; si sunt ad cultum diuinum necessaria; si adsunt portæ firmatæ cum clauibus, nec aliter celebrari permittat; recognoscantur instrumenta, si sunt pacta, conditiones, res alienatæ, aut alia, in omnibus iustis seruetur voluntas testatoris si sunt plures capellani, quo ordine celebrent, & administrent, exhibeant fundationes, quas omnino registrari faciat, nec circum circa sint loca sordida, & nauseam inducentia, per quod cultus diuinus dehonestetur, & dum in aliqua est cura animarum annexa, inquirantur quæ latius in superioribus dicta sunt, &c.

DE ORATORIIS, ET EORVM DESIGNA-
tione, & Visitatione.

CAP. DVODECIMUM.

SUMMARIVM.

- 1 **O**ratorium quid est, & quotu-
plex. nu. 2. Et quando venit ap-
pellatione beneficii, num. 3.
- 4 Oratorium constructum sine licentia
episcopi, vt sit publicum, cui cedat.
- 5 Oratorium quando gaudeat immuni-
tate ecclesiastica.
- 6 Missa in oratorio priuato non celebra-
tur sine consensu episcopi.
Elemosynam accipere pro celebratio-
ne Missæ non est simonia, nu. 60.
- 7 Episcopus potest, & debet visitare
quacumque oratoria.
- 8 Oratoriū et hospitale a pari procedūt.

Cvm populorum deuotio frequens erat, propter eorum commoditatem visū est. † Plura loca constitui ad orandum, precesq. Deo offerendas; vt dicit tex. in c. fi. de eccl. edif. in quibus tantūmodo oratur, quæ exinde a iure oratoria sunt dicta, vt operi conueniat nomen. c. penul. & c. fi. 42 dist. Licet largo modo omnis ecclesia possit dici oratoriū, quia dicit summa veritas; Domus mea, domus orationis vocatur, vos autem fecistis eā speluncam latronum. Ioan. c. 2. supra lib. 1. c. 28. n. 2. Sic videmus de multis oratoriis, & locis particularibus, collegiis destinatis, societatibus laicorum, de quibus infra, & in istis nihil prophanum est tractandum. † Est. n. oratorium, aut publicum, quod sine auctoritate episcopi consecrari non potest. c. auctoritate de priuil. lib. 6. & supra c. proximo, per c. nemo, de conf. dist. 1. Nec aliquis sine episcopo facit, vt oratorium sit locus religiosus, Abb. in c. officii, de test. Aut

est priuatum, quod potest ad vnoquoq. sine licentia episcopi constitui, de cons. dist. 1. c. vnicuiq. Sicuti, & multi Prælati, & Domini in domibus in parte remota tenēt, de quibus tex. in c. vnicuiq. ead. dist. nou. tamen in forma ecclesiæ; quia orare tantum est permittum, & alia est causa celebrandi, vt inf. † Oratorium igitur publicum auctoritate episcopi constructum, venit appellatione beneficii, & omnia de eo dicta, & in ipso procedant. Abb. in c. fi. de censib. Quod nō dicimus in priuato, & ponit Dec. cōf. 148. vbi dicit quod non est capax intitutionis perpetuæ, & licet Rebuf. de pacif. pos. n. 343. & de nomin. n. 67 dicat, si ad orandum tm̄, non venire appellatione beneficii; tam in publico, quam in priuato, nō procedit suū dictum; quia si est publicum, & habet dotem cum aliis requisitis, & campanulā, censetur ecclesia, & eius appellatione venit. Lamber. de iur. patr. lib. 1. 1. p. q. 11. a. 12. Namq. fundatores tallium piorum locorum, & altariū cōpelluntur

pelluntur ordinario iure ad dotem
constituendam, c. piæ mentis. 16. q. 7.
& est tex. notab. de iure ciuil. in auct.
vt nullus Fabr. orat. do. in rubro, & ni 6
gro, vt episcopi consensus accedat,
ne sub nomine oratorij, speluncā illi-
citam quis faciat, eo. tit. in §. multi. n.
4 † Nec tale publicum oratorium sine
consensu episcopi construi debet. Vt
ipse possit cognoscere primam cau-
sam, & deuotionem, & processum fa-
ciat, benedictionēq. apponat. eo. tit. §.
fancimus alias si fit, cedit ipsi episco-
po, cum omnibus suis fructibus, non
tamen, vt eos in suos vsus conuer-
tat, sed in utilitatem ipsius oratorij,
sicuti de alijs locis religiosis fit. Ioan.
Andr. in c. cum olim, de priuil. Neq.
tamen in istis similibus oratorijs pri-
uatis possunt retineri campanæ, iux-
ta notabile responsum Cælestini Pa-
pæ, registratum, in c. patentibus. de
priuil. & excess. priuil. quem singula-
rem tex. dicunt oēs Doct. Alphons.
Aluar. in suo Spec. c. 13. fol. 37. de quo
dixi vnum verbum sup. lib. 1. c. 4. n.
5 † Et sic publicum gaudet immuni-
tate ecclesiastica: secus qñ est priua-
tum, sine autoritate episcopi cōstru-
ctum, ad voluntatem cuiuslibet: cum
hodie sit oratorium, & chras aula pri-
uata, vt Dño placuerit, dicit Abb. in
eod. c. si. de censib. quod cessat inter-
ueniente pontificali autoritate, de
prophano faciente sacrum. Item gau-
det sollempnitate requisita, circa alie-
nationem rerum ipsius, not. Rebuff.
de alien. rer. eccles. num. 57. Priuile-
gium est cōcessum ecclesiis, & locis,
quæ fiunt per autoritatem episco-
pi, per supradicta: Et episcopus debet
omnibus necessarijs interueniētibus
consentire, vt sic studeat populo in-

digenti super basilicarum institutio-
ne salubriter prouidere, c. si. de eccl.
ædif. etiam quod iurasset. nota illum
tex. † Nec Missa in ipso oratorio pri-
uato potest celebrari sine consensu
episcopi, qui etiam designauerit: &
cum celebratur, non dicimus præiu-
diciū fieri in ecclesia parochiali. d.
c. vnicuiq. & c. in his de priuil. & qui
in eo celebrauerit Missam, ad quam
non tenebatur, non prohibetur, nec
simoniam committit accipiēdo de-
narios pro elemosyna, cum possit
operas suas ad tempus locare, c. si. ne
præl. vic. suas. Calcan. conf. 31. Anto-
nius Parolarius, nu. 6. sed Generalis
licentia dicendi Missas ibidem, non
includit certos dies, quibus non nisi
in parochiis, & ciuitatibus licet, dum-
modo expræsse episcopus non per-
mittat. Qui dies enumerantur, in c. si
quis etiam de consecr. dist. 1. Et cleri-
ci aliter celebrantes a communione
priuantur, §. clerici vero. Sed cū ho-
die iure nouissimo Cōc. Tri. celebrā-
dum non sit in priuatis domibus sel.
22. de obseru. & euit. in celebr. Miss.
† Ordinatum est episcopum debere
designare ipsa loca, seu oratoria, in
quibus celebrari desideratur, & visi-
tare ipsa debet, si bene & iuridice se-
cundum formam iuris, & Conc. Tri.
cōstructa sunt: si honeste tractetur,
si seruetur voluntas fundatoris, seu
testatoris, etiam quod sint oratoria
priuata, etiam quod fuerit ordinatū
a fundatore, quod episcopus nullo
modo se intromittat: quia nihilomi-
nus visitabit, vt dictum est. cap. præ-
ced. Abb. in cap. inter dilectos. de do-
nat. Et cum honestè non tractantur,
pōt ordinare sub censuris, quod de-
struatur. Quod dicit esse notendum
Abb.

Abb. eod. cap. fi. de censib. n. 3. in fi. & si est vnus casus, quod eps. visitat locum priuatum, eo. c. in fin. per Abb. si ad sunt imagines, & quæ si clausis portis, & alia necessaria pro Missa, cū tamen ibi celebratur. † Quæ omnia ad hospitale trahuntur; cum oratoriū

& hospitale a pari procedant, vt dicit idem Abb. in preall. c. fi. de censib. Vnde multa sunt videnda, quæ in seq. c. latissime dicemus, cum suis vtilibus quæstionibus, & in quibus episcopi propter vsurpationē multorū, quam maxime attendere debent, &c.

DE HOSPITALIBVS, ET PIIS LOCIS.

CAP. DECIMVM TERTIVM.

S V M M A R I V M.

- 1 Hospitalitas est Deo accepta.
- 2 Abraham, & Loth propter hospitalitatem placuerunt Deo.
- 3 Raab meretrix liberata a morte propter hospitalitatem.
- 4 Clerici beneficiati tenentur ad hospitalitatem. Et non seruantes hospitalitatem possunt excommunicari ab episcopo, nu. 5.
- 6 Bona clericorum dicuntur esse communia cum peregrinis.
- 7 Pauperū cura pertinet ad episcopum.
- 8 Hospitale, an veniat appellatione beneficij.
- 9 Hospitale destruetum, an retineat curam hospitalitatis, & quid si est prophanatum.
- 10 Hospitale quando gaudeat privilegio cap. alma mater.
- 11 Aetas, & sufficientia hospitalarij que esse debeat.
- 12 Hospites qui sint accipiendi.
- 13 Prepositus officio hospicij, non potest reuere hospitari.
- 14 Ius hospitandi, an prescribatur in priuato.
- 15 Hospitali dedicans se, & sua bona, an possit reuocare.
- 16 Hospitale mandatum construi, intra quod tempus edificari debet.
- 17 Hospitale mandatum construi in vno loco, an possit in alio.
- 18 Hospitalibus seruientes, an sint de foro ecclesie.
- 19 Hospitalarij quando tenentur ad restitutionem fructuum.
- 20 Hospitator, quando tenetur de rebus furatis hospiti.
- 21 Episcopi possunt visitare omnia hospitalia. Commendata, & vnita, nu. 22. Non tamen immediate existentia sub regibus, nu. 23.
- 24 Hospitalia quando in opus prater relictum possint conuerti.
- 25 Hospitalitatē non seruantes quid tenentur, quō compellantur ab episcopo.
- 26 Hospitalium administratio, non debet semper vni concedi.
- 27 Administrationis rerum hospitalium ratio debet singulis annis episcopo reddi.
- 28 Hospitalium regimen ad episcopum pertinet.
- 29 Laici non possunt bona hospitalium in alium vsu, quam destinatum conuerrere.
- 30 Sacramenta per quem debent ministrari existentibus in hospitalibus.
- 31 Inquisitio generalis hospitalium, circa, quæ versetur.
- 32 Montes pietatis visitantur ab episcopo.

EX hoc ad hospitalium tractatum accedamus, in quorum visitatione, & prouisione debent multum attendere superiores. † Est enim Hospitalitas quam maxime Deo accepta, vt demonstrat ipse Dñs, qui dicit te in hospitem fuisse receptum. Matt. c. 21. & patet Eccl. c. 29. & Apost. ad Hebr. c. 13. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Item commendatur in Conc. Matifcon. cap. 7. quod est prouintiale, cap. 11. Et sancti patres in illa non minus salutari, quam necessaria synodo Trid. sess. 25. de refor. gen. c. 8. Cū libenter adhereret Christus. Testes sūt illi duo discipuli, quibus in Emaus per gentibus, Dominus associatus est, & in hospitio, in fractione panis se illis manifestauit. Luc. ult. c. Vnde etiam multum dilexit viduam in receptione Heliaz, cui exinde farina, & oleum non defuerunt. 3. Reg. c. 18. † Sic legimus de antiquo Patriarcha Abrahamā (qui pater credentium dictus est.) & Loth. Qui duo propter magnam hospitalitatem, quam colebāt, multum Deo placuerunt Adeo vt inde Angelos hospitio recipere digni fuerunt. c. quiescamus. 42. dist. D. Pauin. 2. p. q. 9. nu. 49. Genes. c. 81. & Loth adeo hospitalitatis amator fuit, vt, ne hospitalitatis ius, ēt apud barbaras nationes inuiolabile frangeretur, obtulit proprias filias pessimis illis hominibus, vt dicit B. Ambr. in lib. 1 de Abraham, c. 1. relatus a Grat. in c. offerebat 32. q. 7. de quo dicit ēt Aug. in orat. de quinque hāeres, quod Loth consuetudine hospitalitatis liberatus est ab igne cōburente ciuitatem, & temporale euasit incendium, & æternum

consequutus est premium. 42. dist. in prin. Gen. c. 19. ad Heb. c. 14. cū similit. † A malo insuper ipsa hospitalitas liberat, sicut Raab meretrix, quæ recepit, & occultauit exploratores filiorū Israel a morte propterea est liberata, ex generali edicto, sola Raab meretrix uiuat. Iosue c. 6. quam item commendat Apost. ad Hebr. scribēs c. 11. Et qui pauperem hospitem recipit, Christū repræsentatiue recipit. Matt. c. 10. 18. 25. Hospes erā & collegistis me. Item legitur de alia muliere Sunamitide hospitio accipiēte Helisēū Prophetā. 4. Reg. c. 4. & Apost. in sua prior ad Cor. c. 16. salutatur vos Gaius hospes meus, semperq; hospitari laudabile fuit. Vnde scribit Aristot. li. 9. Ethic. c. 12. de hospitalitate eleganter esse dictum. Neq; multos esse habendos hospites, neq; sine hospitibus esse; igitur oportet mentes omnium fidelium adaptari, vt per veram hospitalitatem Deo reconcilientur, & verum iudicium, & honestam beneuolentiam patefaciant, duos fontes liberalitatis dicit Valer. Max. lib. 4. c. 8. in princ. † Clerici igitur, & omnes ecclesiastici tenentur maxime opera hospitalitatis exercere, sequēdo Christum D. N. qui fuit hospes actiue, & passiue. Act. Apost. c. 1. Non respicientes perionam, sed sine exceptione omnibus indigentibus præbere. 42. dist. c. quiescamus. Ipse enim Deus non ex vita receptoris, sed ex voluntate, & misericordia, quam recipiēs præbuit, cōpensat de præb. c. de monachis. 85 dist. cap. Florentinum, cap. quia, §. communiter. 12. q. 1. quia oportet sacerdotem esse hospitem, ea. 42 dist. in princ. & Domus clericorū pauperibus indigentibus debent esse communes

munus. 16. q. 1. e. si cupis. dom. Flo. in
 sum. 3. p. tit. 13. c. 3. §. 6. vt sic fugiant
 cæcitatem auaritiæ, quæ possent no-
 tari, c. auaritiæ, de elec. lib. 6. in famil.
 3 sing. memini in l. A. nu. 106. † Inde
 ep̄s potest excommunicare clericos
 non soluentes hospitalitatem, seu eã
 non seruantes, gl. in extrauag. Io. 22.
 execrabilis. in verb. debita. de præb.
 & dignit. Card. in clem. 2. de cens. b.
 Fel. in e. dilectus. n. 5. de offic. ordin.
 Flo. eo. §. 6. adducit exemplum Ioan-
 nis Apostoli in epist. tertia. qui excõ-
 municauit quædam Diotrophem, qui
 pauperes non recipiebat, & electus
 in episcopum repellitur a confirma-
 tione, propter neglectam hospitalita-
 tem, eo. cap. Florentinum. (Transea-
 mus nunc sub silentio, quanti eijce-
 rentur, qui aures habetes, nõ audiunt,
 oculati non vident pauperes, Deus
 scit.) Vt bene sit propterea examinã-
 dum, si peregrinorum hospes ep̄s est.
 † Hinc bona ecclesiasticorum, dicta 8
 sunt esse communia cum peregrinis,
 cum quidquid habeant superfluum,
 pauperum esse dicatur, scilicet, vt tẽ-
 pore necessitatis communicetur. 16.
 q. 1. c. fi. cum sua gl. tractatur in c. pa-
 scæ. 86. dist. 12. q. 1. c. videntes. Abb. in
 c. 1. nu. 8. de cler. ægrot. D. Pavi. de vi
 fi. 1. par. q. 9. nu. 51. Sicut testatur A-
 post. prim. ad Tim. c. 6. Habentes ali-
 menta, & quibus tegamur, his contẽ-
 ti simus, reiecta opinione illorum
 non erubescantium dicere, posse cle-
 ricos fructus beneficiorum in quos-
 eumq. vsus proprios, etiam inhone-
 stos conuertere. contra quam moder-
 norum opinionem, latissime alibi di-
 ximus. † Et ad episcopum pertinet
 pauperum curam habere. 82. dist. c.
 episcopus, & in Conc. Turon. 2. c. 4.

ex c. tuã. de testam. & in scf. 22. Conc.
 Tri. de refor. cap. 8. ibi: seu pauperes
 sustentandos, sequendo dictum psal.
 40. Beatus qui intelligit super egenũ
 & pauperem, in die mala liberabit
 eum Dominus. Episcopus pauperi-
 bus vel infirmis, q. debilitate opp̄ssũ
 nõ possũt suis manib⁹ laborare, victũ
 & vestitũ, in quantũ possibilitas cõ-
 moda fuerit, largiatur. eo. c. ep̄s, & di-
 ximus sup. lib. 1. c. 30. cũ de elecmofy-
 na tractauimus: quia nisi ipse p̄uideat,
 vbiq. pauper iacebit. quod Qui dixit.
 Curia pauperibus clausa est, dat
 census honores.
 Et Horat. Oda. 23. lib. 3. similes po-
 suit versus.
 Magnũ pauperies opprobriũ iubet.
 Quicquid vis, & facere, & pati
 virtutisq. via deserit ardua.
 Quod dictum Ouid refert. Carol. Car-
 cal. lib. 1. Regal. Franc. 9. iure, aliud ve-
 ro recenset Corn. Brun. de sedit. lib.
 2. cap. 7. in fine. † Sed an appellatio-
 ne beneficii, veniat hospitale (cum
 omnes iura hospitalitatis in vim sim-
 plicium beneficiorũ traxerint) quæ-
 stionis est, cui respondetur, quod non
 de præb. c. per litteras, pulchre Go-
 mel. in Reg. Cancel. de trien. possess.
 quæst. 7. secus si est in titulum. Io. de
 Selua doctor Gallus, de benef. 2. par.
 q. 1. circa finem. Pet. Rebuff. de de-
 uol. nu. 73. & de pacif. poss. nu. 9. &
 cognoscitur per campanile, campa-
 nam, quæ publice pulsatur, ad cõgre-
 gandos homines, p̄ diuino officio. Itẽ
 habet altare fixum, consecratum, &
 ibi passim celebrentur Missæ: vel
 quia ad eius regimen assumitur per-
 sona ecclesiastica, per electionem:
 idem Rebuff. de nomin. q. 1. nu. 14.
 & in fauorabilibus hospitale cõpræ-
 T 2 hendi-

henditur sub nomine beneficij. adducit multa Mandos. in regul. 26. Cancell. de vacat. per prom. q. 5. per totum ubi meminit de Rebuffo in vno tantum loco. † Et quando hospitale est destructum, vt desinat habere iura hospitalitatis, considerandum est, aut de iure, aut de facto; aut irreparabiliter, vtreparabiliter. Quia tunc dicitur durare habitu, non actu, disputat Bal. conf. 309. proponitur nu. 2. vol. 3. & facit ad multa, vel quando est profanatum, & mere priuatum, idem Bal. in auth. hoc ius porrectum. nu. 2. vers. sed hic quæro. C. de sacr. sanct. eccl. Mant. conf. 171. & si dubitatione lib. 1. Rom. conf. 478. in casu propositæ. Fel. not. de præscr. in c. de quarta & si est destructum perditis bonis & fructibus, prout, in multis videmus, vt cesset et nomen, secus si ob fraudem

10 hominum † Quando vero est fundatum autoritate epi, iudicatur, vt de ecclesia, & gaudet suis priuilegiis, et capituli Alma mater Bonifacii Papæ Octaui de sent. excom. lib. 6. quod tempore interdicti possit ibidem celebrari sicut dispositionem, & facultatem in eo. tex. concessam, ita Dom. Couarr. in repet. eius. c. 2. p. 5. q. 4. nu. 2. ponunt doct. in c. auditis. de præscrip. ubi tractant de priuileg. hospital. Vnde procurari debet in vnoquoque. priuilegium ecclesiæ vt publicum reddatur, & immunitatibus ecclesiasticis exinde gaudere vnūquodque. hospitale possit propter beneficium, quod inde omnibus fidelibus prouenit, ex quo motus fuit Summus Pontifex ad concedendum. † Nec cui libet commiscenda est cura, & administratio, quia de ætate multum præsumitur. Vnde hospitalarius debet habere completum

annum. 25. ad instar tutorum. Card. in clem. fin. §. vt autem. quæst. 5. de relig. dom. refert Gomes. in cap. si annum nu. 8. de iudic. lib. 6. & ad instar tutorum, & curatorum, dicit etiam. Bal. in l. beneficium in prima lectura, post nu. 6. de const. princ. Mandos. in regul. Cancell. de ann. 10. quæst. nu. 4. vol. 2. Sic etiam sit insufficientia, idoneus, diligens, & pius in suo munere exequendo, ex dicto Gregorij in epist. 66. lib. 9. *Volumus vt frater noster Paschasius, & vicedominus sibi, & maiorem ordinet domus: quatenus possit vel hospitalibus superuenientibus, vel causis, qua eueniunt idoneus, & paratus existere.* 89. dist. c. volumus vt frater, immo debet iuramentum præstare vtilia procurare, & inutilia permittere. not. per doct. in cle. quia contigit. de relig. dom. vt personas, & res ad commodum & vtilitatem eorum, bona fide custodiat, & in usum miserabilium personarum conuertat. dom. Floren. in sum. 3. p. tit. 11. c. 2. §. 4. † Hospites accipiendo pro Dei misericordia, egenos, & vagos recolligendo Isa. capit. 58. Egenos vagosque induc in domum tuam. Nec repellendi, quia miserabiles, vt dicit scriptura Iud. capit. 19. *Vadimus ad domum Dei & nullus sub tecto vult nos recipere.* Matt. cap. 8. Luc. capit. 9. Et ideo potius accipiendi peregrini, cum magis indigeant. Iob. cap. 31. *Po- rris non mansit peregrinus, & hospitium meum viatori patuit;* frequenter iuxta eorum necessitatem accipiendo. ad Roman. cap. 12. Hospitales in se habentes, vt trahantur etiam nolentes, sicut duo discipuli coegerunt Christum secum hospitari. Luc. capit. ult. quam vis inuito non conferratur

ratur beneficium regula inuito, de
reg. iur. tamen dominus dixit. Quos-
cumque inueneritis, cogite intrare,
cum nuptias fecit Matth. cap. 22. 23.
q. 4. cap. nimum, alias nimirum. §. 15
ite post pauca. Quia multa præstan-
tur bona inuitis, quando eorū con-
sultitur saluti & utilitati; nō volupta-
ti, cap. & qui. 45. distinct. vnum ver-
13 bum infra. cap. 30. nu. 6. † Nec sunt
laudandi qui, quos volunt acceptāt,
alios recusant; namq. præpositus ho-
spitio non potest renuere hospitari,
not. Bar. in l. 1. §. fin. ff. furt. ad vers.
naut. caup stabul. dixi latius in famil.
singula. in l. C. nu. 43. quod magis in
hoc casu, cum hospitale ad id sit cō-
structum, vt peregrini, seu aliud ge-
nus personarū, vel infirmorum acci-
pantur, nō derogando voluntati te-
statoris. Dicitur enim persona publi-
ca ad id deputata, quæ officium suū
alterare non potest, sed debet parti-
bus suis fungi. l. tutor la 1. ff. si tut. in
fin. ff. de admin. & peric. tutor arg.
nec præscribitur propter non vsum
14 eius. † Sicut e contra, non de facili
præscribitur vsus hospitandi contra
priuatū; vt si aliquis fuit solitus, aut
sui antecessores hospitari aliquem
peregrinum, aut etiam dominū, quia
nō tenetur, nisi in quantum vult. In-
nocen. in c. cum ecclesia Sutrina. vbi
Doct. & Rip. de caus. possess. & pro-
pri. Roland. a Valle, conf. 22. quod
magnificus. n. 22. lib. 2. adducit Abb.
in cap. q. translationem, de off. del.
Quia facultas facti non est obliga-
toria, not. doct. in l. apud Iulianū §. si
quis ff. deleg. 1. & quæ sunt meræ
volūtatis nō inducunt ad alios præ-
scriptionem. Balb. in suo tractat. de
præscript. 4. part. notatur etiam per

scribentes, in l. actione. C. de tractat.
sicut dicit glos. in l. dolo malo. ff. de
ser. corr. q. Promissio iocose facta,
nō obligat: & gl. adducit Guid. Pap.
in sing. suo 65. † Item cum quis de-
dicauit se, & sua bona hospitii pro
salute animæ suæ, etiam per instru-
mentū, non ita astringitur, vt nō re-
uocare possit, cum vult: quia videtur
causa mortis, quæ semper reuocari
potest, Alex. cōsultuit in proprio ca-
su, conf. 81. viso instrumento lib. 7. li-
cet, si hospitale aliquid expenderit,
possit retinere. Sicuti dicimus de ex-
pensis factis alicui hospiti infirmo,
& demū mortuo. Nā potest hospita-
tor retinere res suas, quousq. fuerit
sibi de expensis satisfactū: sed de quā
titate expensarū nō stabitur simplici
dicto suo, sed cōiecturali probationi
arbitrio boni viri. Bal. not. in l. resti-
16 tuenda. C. de petit. hæred. † Sed quā-
tum tempus arbitrabitur superior, cū
testator mandat construi hospitale,
nec determinauit tempus, dicimus
esse faciendum infra annum, ita ipse
Bald. in l. Orphanotrophos in fine.
C. de episc. & cler. faciunt dicta per
Lambert. de iur. patrona lib. 1. r. par.
q. 4. art. 3. per tex in §. si quis ædifica-
tione, in auct. de eccl. tit. Quod bene
procedit ab episcopi arbitrio in cō-
siderādo qualitatem ædificij, ne sit ta-
le ædificiū, q. tēpus non sit sufficiens
ad quinquenniū. iuxta ædificationē
ecclesiæ, ipsius magnitudinē, & ædi-
ficantis facultatē, addendo tēporū &
locorū qualitates, cōditiones, & ex-
17 tremitates. † Et hæc faciunt ad aliā
quæstionē. Testator mādauit cōstrui
hospitale in certo loco, an possit in
alio, vel in aliud piū opus, aut in alte-
rius augmentū cōueni, quotidie eue-

nit in facto D. Flor. in tit. 1. c. 2. §. 7. vers. sed querit. dicit ex mēte Lapi. q̄ est triplex quæstio, vt si non p̄t in illo loco fieri, per episcopum, vel alium deputetur alius locus, cum sit causa, quare non possit. de testam. c. nos quidem. §. q̄ si infra. vbi est casus decisus, dum dicitur siue in loco, quo constitutum fuerat, seu si ibi nō potest, & alibi placet ordinari. Et ad hoc faciunt dicta per Lamber. eo. li. 1. q. 2. art. 14. q̄ conuertatur in aliud opus, vel in alterius augmentum nō potest; nisi per Summū Pontificem dispensetur; quia voluntas testatoris pro lege seruāda est. 12. q. 2. c. fi. Nec legata ad pias causas facta possunt in alium vsum, quam destinatum cōuer- ti. ead. cle. quia contigit de relig. do. & ponitur notabilis cōclusio in quæ- stione, & tota materia. per Bal. in l. si quis in princ. nu. 9. C. de epis. & cle. Quod vbiq̄ est certa dispositio testatoris respectu causæ, personæ, vel loci; & est causa p̄ssibilis, & locus p̄ssibilis de iure, & de facto, non p̄t per ep̄m alterari, de persona p̄ tex. in §. sin autem. ead. l. de causa, & loco citata cle. quia cōtigit: & sic obseruari videmus, & in facto in vna Amalphitana causa magni momenti consulimus, ex quo fuit habitus recursus ad Sedem Apostolicam, vt dispensatio potuisset obtineri, verum- tamen quia causa sufficiens non ade- rat, non fuit adhuc voluntati illius te- statori derogatum, licet multum sup- plicassent homines illi, cum iusta, & necessaria causa in commutationi- bus vltimarum voluntatum requira- tur, dicit text. Conc. Tri. sess. 22. de re- for. c. 6. vbi ep̄s vti Sedis Apost. dele- gatus cognoscit summarie, & extra-

iudicialiter super dispēsatione obtē- ta, si veritas fuit expressa. † Item, quia pluries hospitale, vt ecclesia re- gularatur, concludendum est, seruiētes ipsis hospitalibus, etiam q̄ sint laici, gaudere priuilegio fori ecclesiæ; quia largo modo dicuntur religiosi. Fel. in c. nullus iudicium. num. 8. de for. cōpet. extendens ad religiosos sancti Ioānis, quod de facto videmus, licet in primo casu fuisse discussum, si ho- spitale erat, publicum, aut authorita- te episcopi fundatū, & quē ordinem seruiētes tenebant: Et vix ob frequē- tiam delictorū, & præpositorū igno- rantiam, obtentum fuit in principali- bus, quamuis etiā curia sæcularis de facto (quia potest) satis se extendat, vltre quā debeat; sed optime ad ob- uiandum delictis, cum alii negligē- tes sint: † Peccant tamen ipsi hospita- larii redditus ipsorum hospitalium non impendentes in proprios vsus destinatos, vel causā existentes, quod perdantur, vel bona alienata tarde re- cuperantes, vel ædificia ruinam mi- nāria, ob negligentia cadere sinētes, & ad restitutionem tenentur, prout colligitur ex ead. cle. quia contigit, scribit Mart. Nauarr. in Man. lati. c. 25. nu. 67. vers. 8. Sicut de tutore dici- mus cessante in necessariis, q̄ facit periculum suum, cum debeat confe- stim officio suo fungi. l. quamuis & l. tutor. §. si tutor. ff. de admi. & peric. tut. quia oportet esse, sicut quilibet pater fam. idoneus l. generaliter. eo. tit. † Sed cum simus in hac materia, pulchrum est videre quæstionem in facto euientem. Homines vadunt ad hospitium, & ad p̄dicta hospitalia peregrinorum, & ad alia laicorū, & consignant hospitatori, seu hospitala- rio

rio fardellum bonorum, non aliter demonstrando res ibidem existentes. An si non inueniantur omnia, teneatur hospitator, tanquam visus recepisse salua fore omnia intus existentia, quæ non vidit. Et si fardellū est consignatum ipsi hospitatori, nō dubiū, quin tenetur, vel si posuit in loco cōuenienti, discurret Bal. not. in l. certi iuris. nu. 2. C. locat. & de laicis est Romæ certa ordinatio Pij iv. Sum. Pōt. in anno 1564. 4. sui pont. incip. Ha-uendo. Et ea ordinatio videtur satis iuri consona, ad obuandam fraudibus, vt declarat tex. notab. ad hoc. in c. ecclesias. §. item præcepit. 13. q. 1. 3 & est bonum cons. Hyppol. de Marfil. 23. incip. in causa, & lite. per totū lib. 1. adducit multa, Rebuff. in tract. de hospit. per tot. lib. 2. const. Franc. 21 fol. 274. † Sed proprie accedendo ad ipsam practicam, ne tam pium opus hospitalitatis perdatur, episcopi curare debent (maxime propter incuriā eorum ad quos pertinet) in visitatione, cum in omnibus ius visitandi habeant, vt diligenter, & fideliter administrerur, iuxta decretum ipsius Cōc. Trid. sess. 7. de refor. cap. 15. sess. 25. de refor. gen. cap. 8. in quibus iuribus innouata est antiqua cōstitutio Cōc. Vien. Clem. V. posita in cle. quia contigit de relig. dom. Floren. in sum. 3. par. tit. 11. cap. 2. per totum. Et si difficultas aliqua oritur, visitabunt tamquam Apostolicæ Sedis delegati, ex alio item decreto eiusd. Conc. sess. 22. de reform. cap. 8. (ad primum Abb. & doct. in cap. de xenodochis. eod. tit. de relig. dom.) † Etiam quod ipsa hospitalia fuerint concessa in com- 24 mendam perpetuam, aut temporalem, aut in administrationem, vel in

alium titulum, vel ecclesijs vnita, etiā parochialibus; vel è contra, in quibus tenetur hospitale ipsum; Prouidendum est, vt impositū onus adimpleatur, & ex fructibus, & bonis assignatis, hospitalitas ipsa actu exerceatur. ead. 25. sess. cap. 8. §. illis vero, eo diligentius attendendum. Cum dicat Rebuff. in tit. de commend. quod per istas commendas concessas, iam ipsa hospitalitas sit deperdita, parte secunda, prax. beneficiar. num. 15. Quod adeo verum esse experti sumus, vt probatione alia opus non sit. l. continuus §. cum ita, ff. de verbor. oblig. † Excipiuntur tamen ab hac potestate, & concessione generali episcopis data visitandi quæcumque hospitalia, & pia loca, ea, quæ immediate existunt sub protectione Regum, & supremorum Principum, iura imperii habentium in suis dominiis. sess. 22. supra citata, de refor. eod. cap. 8. quibus, & ecclesia multum fauet, propter protectionem ipsius; quam habere tenentur; vt de ecclesijs patronatis dictū est supra hoc libro cap. 10. num. decimoquarto, & propter sublimitatem eorum, ac generis claritatem sunt potioris prærogatiua gradus, seu gratiæ attollendi. in extrau. Ioan. 22. execrabilis. §. nos itaque, de præb. Alia vero omnia includuntur, cum tex. dicti. cap. octaui, generaliter loquatur, dixi multa in 1. libro, cap. 16. num. 8. & legis natura est esse communis, & generalis omnibus (quando aliud non exprimitur) in auct. vt null. mut. agric. post med. & de hæred. & falc. §. quia vero, eo. lib. cum multis similibus. † Et vbi opus debitum adimpleri nequit, debet episcopus cū duobus de capitulo in re-

rum vsu peritioribus prouidere, quādo hospitalia fuerunt erecta ad suscipiendum certum genus peregrinorum, qui ibidem nō sunt, aut pauci; vt fructus ipsorum in alium pium vsu, qui consimilis sit institutioni, conuertat, secundum temporum, & locorum qualitatem. Et si in fundatione cautū & expressum est aliter, omnino obseruari curet; & si fieri nō potest, prouideat in alium simile locum, eod. c. 8. & sess. 25. c. alleg. §. q. si

25 hospitalia. † Et hæc, vt ab omnibus tā laicis, quā ecclesiasticis firmiter obseruentur cuiuscumq. ordinis, nō tamē regularibus subiectis, faciat episcopus pręuijs monitionibus frequē- tari hospitalitatis munus, compellēdo per censuras ecclesiasticas, & priuationem administrationis, & curę perpetuę ipsorum locorum, alios in eorum locum addendo, eod. c. §. itaque si prædicti, obligando eos in foro conscientię ad restitutionem fructuū, nō obstāte quacumq. remissione, liberatione, aut cōpositione facta §. & prædicta nihilominus, nō enim iuuat remissio contra glos. in regula peccatum, de reg. iur. lib. 6. Quia cum sint bona pauperum, omnibus competit actio, & vnus alteri non præiudicat, & quod est in omnium dominio, nō ita remittitur. gl. namq. dictū procedit, quando a domino certo liberaliter remittitur, quod exortū est,

26 quod nota. † Ipsorum autem hospitalium, & piorū locorū administratio, vt omnis fraus, & vsurpationis suspitio tollatur, nō debet episcopus permittere, vt semper vni & eidem concedatur; sed variari de bono in meliorem administratorem, vt tamē in qualibet persona non excedat

triennium, quibus tamen in contrarium non obstantibus, dummodo in fundatione, quid expressius non sit cautum, quod nō derogatur, vt eod. cap. 8. est dispositum. §. nec administratio, quod est obseruandum. Cum ex perseuerantia, & commoditate visum sit, personas male tractare res ecclesiasticas, sicuti ex mutatione frequenti, vnus ad alterius bonam

27 æmulationem plurimum auxit. † Et similiter ratio administrationis ipsorum hospitalium, & quorumcunque piorum locorū ab omnibus præpositis, ecclesiasticis, laicis, tam prædictorum, quā confraternitatū, elemosynarum, montiū pietatis, singulis annis, nō alteri, quā ipsi episcopo reddēda est, vt alio decreto eiusd. Conc. sess. 22. de reform. cap. 9. cauetur. Et vbi in fundatione aliter est dispositum, vel priuilegio, seu loci cōstitutione, q. alijs reddatur ipsa ratio administrationis, adhuc adhiberi debet vnus ab ordinario, aliās liberationes factę non suffragātur, ipsomet capit. alleg. §. quod si ex consuetudine. † Idq. summa ratione, cū hospitaliū regimien ad episcopum spectet, per allegata iura Concil. Trid. & 18. q. 2. c. quidem, quādo est religiosum cū sua authoritate, etiam in priuatis, ad hoc, vt videat, ne quid prophanū, & alienum à fide committatur, vt dictum est supra cap. proximo, licet Feder. de Sen. consil. 111. disputauerit, si hospitale priuatum poterat ab episcopo visitari, de quo similiter, Abb. de censib. c. sopita: & addidit Tob. Nonius doctor Perusinus consil. 61. duo sunt, quando fundatum sine Episcopi consensu; seu directo à laicis: tamen ordinarius intro-

mitter

mittet se in omnibus, per ius Concil.
 vt item dixi supra, lib. 1. c. 16. nu. 10.
 respondendo obiectionibus eiusdem
 29 doctoris, vt ibidem patet. † Et per-
 quirendum, ne laici bona ipsorū ho-
 spitalium in aliū vsū, quam desti-
 natum erogent, quod vtiq. nō licet,
 de iudi. c. cum non ab homine, per
 doct. Phil. Port. cons. 182. ex facto. n.
 7. lib. 4. Cum voluntates testatorum
 adimpleri admodū piū sit, dixi in
 famil. sing. in l. 5. num. 46. fortius si
 subtrahant. Quia subtrahere amico
 furtum est, ecclesiæ vero sacrilegiū.
 12. quæst. 2. c. gloria Episcopi. Dom.
 Florē in sum. 2. par. tit. 1. c. 21. §. 3. &
 confitenda est hæc circumstantia,
 tamquam aggrauās peccatum, ponit
 Nau. in Man. confess. cap. 17. nu. 95.
 maium prouenit, quia res ecclesiæ
 sunt pauperū. 23. q. 7. cap. quod autē,
 glōsa signat in cap. quoniam 16. q. 1.
 30 Dubiū † verò solitum oriri de sacra-
 mentis ministrandis existentibus in
 ipsis hospitalibus deciditur, quod
 debeant ministrari per parochos, in-
 tra quorum parochiam existunt; nō
 autem à sacerdotibus præpositis ip-
 sis hospitalibus, nisi aliud legitima
 consuetudo, aut privilegiū haberet,
 clem. 2. §. fin. cum sua gl. de relig.
 dom. sicuti de monialibus dicimus,
 infra c. 18. n. 47. Quid verò de quar-
 ta parochiali, respectu sepulture for-
 san electæ in ipsis hospitalibus, Flor.
 in 3. tit. 1. c. 2. §. 6. & in omnibus di-
 stinctionibus, concludit deberi quar-
 tā, nisi esset casus, q̄ non potuerit se-
 pelliri de facto, nec de iure, vt ibidē
 dicit, deducendo etiam quartā debi-
 tā episcopo, quando est extra paro-
 21 chialem, seu cum illa. † Vnde in hac
 visitatione Episcopus diligenter in-

quirat, si hospitale est patronorū, &
 quorum; ecclesiasticorum, vel laico-
 rū; & si ipsi excedant ius sibi compe-
 tens, vel occupant eius bona, contra
 decretū præfati Concil. sess. 22. de re-
 form. c. 11. §. quod si eiusdem, de quo
 supra c. 10. n. 12. Et quæ sit conditio
 erectionis hospitalis, si ad infirmos
 tantum suscipiēdos, vel etiam pere-
 grinos, vel insimul vtrosque, & infā-
 tes expositos nutiēdo: Aduertendo
 si conijci potest ipsos esse ex legiti-
 mis matrimonijs procreatos, licet nō
 præsumatur, vt postea ad ordines ec-
 clesiasticos nō promoueantur absq;
 dispensatione. Cou. in clem. si furio-
 sus. 1. par. in princ. nu. 9. de homicid.
 indistincte procedendo, quamuis re-
 ferat opinioni Anan. & Fel. in c. cum
 deputati, de iudic. Similiter hospita-
 litas ipsa actu existens fideliter exer-
 ceatur, omni diligentia præstita, iux-
 ta præalleg. decreta Cōc. Trid. fiatq.
 inuentarium bonorum, & reddituū,
 si adsunt; & omniū ad ipsum locum
 expectantium, ex eadem clem. quia
 contingit, & q̄ ipsum inuentariū sit
 sollempniter factum, secundum Lap.
 ne hospitalia sint collapsa propter
 paupertatē, aut aliqua egeāt repara-
 tione, ne bona conuertantur in pri-
 uatos & proprios vsus, vt sic fraudē-
 tur Christi pauperes. Examinentur
 cōstitutiones, & statuta, & diuersa sit
 statio feminarū & hominū pauperū,
 nec cōfusio procuretur. Quod recto-
 res & gubernatores iurēt de bene gu-
 bernādo, ad instar tutorū, & curato-
 rū, vt supra est dictū, & suspectis vita,
 moribus, & inhonestate nō debet tra-
 di. Flor. ea. 3. par. tit. 1. c. 2. §. 4. & §. 9.
 in fine: & in quibus deficit hospita-
 rius, remoueat. tit. 20 c. 6. §. 4. ead.
 parte.

parte. Sint etiam personæ deputatæ pro colligendis eleemosynis pro ip-
 sis hospitalibus, honestæ vitæ, & ex-
 pectatæ religionis per episcopum, 32
 approbandæ, ne vlllo modo sint par-
 ticipes eleemosynarum, quæ recol-
 liguntur: fungentes suo munere, sine
 vlllo scandalo, vllaq. fraude: sed cum
 omni modestia, & dexteritate: nec
 habeant nomen quæstorum; sed tã-
 tummodo collectorum eleemosy-
 narum nominentur. Indulgentias nõ
 publicent, non concionentur, non
 circũferant priuilegia, non reliquias,
 nec fideles ad dandam eleemosynas
 inducant minis, seu imprecationi-
 bus: non portent campanellas, nec
 perant, ac si esset debitum, & solitũ
 dari; nec vlla arte vtantur, etiam sub
 pretextu dicendi orationẽ illius san-
 cti, quo nomine petunt; sed tantum-
 modo simpliciter, piẽ, & modestẽ,
 petendo pro subuentione ipsius ho-
 spitalis, quod libẽter offertur. Cauẽ-
 tes principaliter, ne sub ipsis eleemo-
 synis petendis, quouis nomine ali-
 quã conuentionem faciant, etiam
 quod sit in euidentem vtilitatem ip-
 sius hospitalis; id denique obseruan-
 do, vt quidquid nomine prædictarũ
 eleemosynarum fuerit collectum, to-
 tum in vsum ipsius hospitalis tãtum,
 sub quo colligitur, & non in alium
 vsum conuertatur. Hęc omnia ob-
 seruare sub onere conscientiaẽ pro-
 curet episcopus a collectoribus ele-
 mosynarum hospitalium, quę omnia
 sunt necessaria. Nam multi eleemo-
 synarij portant certos quinternos,
 scribendo omnes de domo, seu in do-
 mo existentes, & in familia, & viuos

in locum mortuorum, & postea, vt
 debitum nomine ipsorum extorquet
 eleemosynas, quod totum experti su-
 mus in hac ecclesia. † Et quæ de visi-
 tatione hospitalium diximus proced-
 unt similiter in visitatione montiũ
 pietatis, seu charitatis; cum sunt in
 diœcesi, & in alijs quibuscumq. pijs
 locis ad Dei cultum, salutem anima-
 rum, & pauperum curam institutis,
 in quibus eadem est adhibenda dili-
 gentia ex ipso decreto Concil. Trid.
 sess. 22. de refor. c. 8. & plura ducun-
 tur ex synod. prou. Mediol. 3. p. tit. 1.
 & hos montes pietatis approbavit
 primo Concil. Later. sub Leone X.
 sess. 14. 15. 15. cum aliqui dubitabant
 de eorum validitate, ex eo, quod ali-
 quid vltra sortem exigebatur. Nau.
 in Man. c. 17. n. 21 3. vbi vide, & aliud
 verbum, c. 25. n. 67. in fi. Neq. aliqua
 exemptio datur, nisi quid expressius
 a Sede Apostolica cõcedatur in vim
 priuilegij. Et in facto pro ecclesia no-
 stra Rauellensi, non obstat confirma-
 tio nostra stantibus capitulis, quod
 non visitetur, aut recognoscatur ab
 episcopo, namq. confirmauimus ap-
 ponendo clausulam, quatenus non
 obstant decreta Conc. Trid. & eccle-
 siæ cathedrali nullum fieret præiu-
 dicium, quod facit pro iuribus mo-
 derni episcopi Rauellensis nostri suc-
 cessoris in dicta ecclesia. Attendimus
 enim responsionem terminatam, nõ
 petitionem generalem: vt sic conce-
 sum, non petitũ inspiciatur. Abb. in c.
 2. de treug. & pac. in c. inter dilectos,
 de fid. inst. diximus in famil. sing. in l.
 A. nu. 95. quod est notandum, &c.

DE CONFRATERNITATIBVS,
& societatibus laicorum.

C A P. DECIMVMQVARTVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**onfraternitates, quæ dicantur. 8 Confraternitates disciplinatorum
2 **S**ocietas laicorum ad materiam sunt piæ.
qua sit. 9 Collegium leproforum dicitur esse ap-
3 **C**onfraternitates, & societates laico- probatum.
rum, an possint fieri sine licentia. 10 **B**eguinorum & Beguinarum status
4 **C**onfraternitas an sit locus pius. prohibitus est.
5 **L**ocus pius, ex quibus sit. 11 **M**onopolium fieri, quando dicatur.
6 **C**onuenticula non sunt faciendæ in 12 **E**piscopus in quibus inquirere debet
ecclesia. in locis prædictis.
7 **C**onfraternitates, & laicorum societa- 13 **O**ratio quadraginta horarum quo-
tes, episcoporum visitationi subsunt. modo permittendæ.

CVM ubique laicos varia si-
bi loca constituisse videa-
mus, in quibus se reducen-
tes, opera pietatis, ut plurimum exer-
cent. † Variis nominibus ea appel-
lando, & generaliter cōfraternitates
seu fratarias, vel societates laicorum
communiter dicendo, ideo de ipsis
etiam est videndum. Dicuntur au-
tem Confraternitates, ut ex Budæo
adnotavit Dom. Couar. in capit. of-
ficii. in fine, de testam. hominum.
conuentus propria sibi sacra, pecula-
riaq. habentium, quas phatrias Aristo-
tel. in Polit. dixit, quæ nominatio, an-
tiquorum potius dicitur, quam Chri-
stianorum, quia non ad veram no-
stram religionem attendens, multa.
Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. Vnde ve-
rius putat ipse Couar. confraternita-
tes aptius dici, idest fraternitatem
Christianorum, seu collegium ex

multis, quos ibidem allegat, sicut de
antiquis ipse refert Valer. eod. capit.
1. Quod seruabāt stas, hoc est cære-
monias certis diebus, & statutis cele-
brando. † Inde deriuata est societas
laicorum, quæ dicitur collectio plu-
rium corporum inter se distantium,
ei vno nomine deputato, quæ cor-
pora licita sunt, dummodo causa
Religionis Christianæ instituta sint,
non ob aliam causam. Nam vbi quid
indecens, & alienum a fide Chri-
stiana exercetur, in titulum de colle-
giis illicitis deuenitur. Innoc. in cap.
dilecta num. 2. de excess. prælat. de
quibus plura ponit Felin. in capit.
accedentes, col. 1. & 2. de præscript.
quem allegat Aegid. Boss. doctor
Mediolan. in tit. de vnion. & collig.
num. 9. vbi multa etiam affert, Tab.
in verb. collegium, quando ex ap-
probatione iurifgentium, quando iu-

ris

300
 3 ris positiui, quando publice, & quā-
 do priuate. † Et dicit Innoc. in eod.
 c. dilecta, num. 3. de excess. praelat.
 quod si omne honestum tractetur, li-
 cite sine autoritate superioris fiunt
 ipsæ congregationes. Super quo est
 videre Boer. decis. 60. num. 12. Deci.
 151. in primo. Inde ad propositum
 notanter dixit Bald. conf. 262. decre-
 tum domini. vol. 2. In omnibus con-
 gregationibus duo esse consideran-
 da, & qualitatem personarū, & cau-
 sã, & ista faciunt ad multorum de-
 clarationem, vt ibidē probatur. Qui-
 bus duobus præsuppositis, licet supe-
 rior prohibuerit congregationes,
 non tamen iudicabitur enorme deli-
 ctum. est pulchrum consil. Aymon.
 Crau. 4. præsupponitur consuetudo,
 nu. 16. adducit Bal. eod. conf. 262. &
 n. 18. ponens differentiam inter con-
 gregationē, quæ præsupponitur ad
 bonum, & conuenticulam sonans in
 malam partem. Ex quo istæ congre-
 gationes factæ ad opera religionis,
 permisse sunt de iure. Doct. in l. con-
 uenticulã. C. de episc. & cler. ponit
 doctissimus Alciatus consil. 360. &
 364. Rolan. a Valle cõf. 17. vol. 3. ip-
 se Crau. d. conf. 4. nu. 14. Ex his conij-
 cimus, non esse ambigendū, has con-
 fraternitates, in quibus aliquod piū
 opus exercetur, esse loca pia, & eis-
 dem locorum piorū priuilegijs po-
 tiri: quamuis aliqui moderni contra-
 rium dixerint: vt nouissime in casu
 consuluit Gabr. doctor Eugubinus,
 conf. 162. priuilegium de quo: & est
 de mente Conc. Trid. contra opinio-
 nē suam. Dum episcoporum autho-
 ritati subdantur, qui non nisi in ec-
 clesiasticis, pijsq; locis, seu ratione
 aliquareligionis se intromittunt, &

Concilium ius eis tribuit, vt infra, n.
 7. & num. 13. dicimus. Nam ex hoc
 studium augetur amplificandæ, &
 obseruandæ religionis; dicit idem Va-
 ler. Maxim. eod. lib. 1: de cult. Deor.
 † Sunt tamen vera, quæ ipse doctor
 Hieron. Gabr. dicit. Tria requiri ad
 faciendum locum piū. Primo requi-
 ritur locus, cui personæ sint anne-
 xę, absq; quod separari possint; quod
 vitimum videtur superfluum; nam si
 dantur personæ loco erecto, est de-
 mum dare casum diuisionis, & an-
 nullationis. Secundo, vt sit ordinatus
 ad pia loca, & opera, quæ exercean-
 tur, quod & in cõfraternitatibus est,
 nã siue ad peellas dotandas, siue cer-
 tum genus peregrinorum accipien-
 dū sint introducēte, Piæ dicuntur. Ter-
 tio, quod sit cum autoritate supe-
 rioris, vel Sūmi Põtificis, vel ordina-
 rij. Abb. de censib. c. autoritate. Idq;
 adest hodie, quia & si à principio nõ
 interfuit consensus, episcopus visitā-
 do & quid prophanū non inueniēs,
 approbat, vt infra dicetur in earum
 inquisitione facienda. Quia non su-
 mus in his actibus, in quibus de ne-
 cessitate debēt præcedere consensus
 superioris, sed sufficit superueniens.
 Ponunt doct. in c. eū vos, de his, quæ
 fiunt à præl. cum sit cõsensus autho-
 rizabilis, qui ante, & post, valet, si in-
 terueniat l. si quis mihi bona. §. iusū
 per Bar. ff. de acquir. hæred. † Si vero
 in conuenticulis loquamur, vel sint li-
 cita, vel illicita (quia frequentius in
 malum trahuntur) in ecclesijs fieri
 non sunt permittenda. Bal. in d. l. cõ-
 uenticulã. in princ. C. de episc. & cler.
 cum in ipsis raro sit, quin conspira-
 tiones non fiant, argu. tex. cap. con-
 iurationum 11. quæst. 1. cap. 1. &
 cap.

cap. cum ecclesia de immun. eccl. lib. 6. diximus supra lib. 1. cap. 11. num. 7. cum seq. in idem sonate coniurationem, & conspirationem. dict. c. coniurationum. & per gl. in cap. coniurationem de sent. excom. lib. 6. Abb. in cap. petitio de iur. iur. & dicit Innoc. in cap. 1. de schismat. in dubio semper oriri, & suspicari malum. Est autem proprie conspiratio, confederatio facta in præiudicium personæ superioris, vel eius dignitatis. Abb. in di. cap. petitio vestra & dicitur grauiissimum crimen, & dicit Guid. Pap. sing. 402. esse duplicem pœnam depositionem di. cap. coniurationum. aliam in l. 1. §. cum patronus. ff. de offic. præf. Urb. Marant. in Specul. part. 6. num. 129. Brun. inter conf. Feud. conf. 28. num. 5. Abb. in cap. venerabilis num. 4. de testi. cog. De faciente conspiratione contra episcopum. Modern. in cap. constitutionem de verb. sign. libr. 6. quod coniuratio est pluriam in vnâ iuratio, & fit cum iuramento: Conspiratio vero fit pacto, aut dicto tantum sine iuramento, Fab. Monteleo. 4. p. nu. 174. conspiratores, coniuratores, eisq; consentientes dicuntur infames ex cap. conspirationum, & cap. statui mus 11. q. 1. In ipsis omnibus diligens requiritur episcoporum indagatio, cum eorum visitationi subiaceant iuxta generale decretum Conc. Triest. 22. de refor. c. 8. quia licitæ iudicabuntur si ob causam bonam fiant, & exemplificat Archid. in cap. si quis 42. dist. licet plerumq. euadant congregationes dæmoniorum, sicuti de proximo inuenta in vna ciuitate magna quædam congregatio diabolica virorum & mulierum se in certum locum, reducentium iudaizando, &

aliâ obscena committendo: quæ vt in totum aboleretur, fuit mira admodum Sedis Apostolicæ cura. Vnde fauorabiles se reddere debent magistratus sæculares summi Regis in adiuuando prælatos in similibus extirpandis, nec statim in medio ponere iurisdictionis regię materiam; nã si non tollantur, honor Dei non conseruatur, & ipse Rex regna perdat, vt in aliis vitum est, etiam his nostris infelicibus temporibus in Belgicis statibus. † Et hæc dicta de confraternitatibus, quod episcoporum regimini, seu visitationi subdantur, ad alia loca ampliantur. Vnde dixit Felin. in cap. accedens, in princ. de præscrip. referens dicta Innocen. in eodem capit. dilecta, ex mente Domin. 42. distinctio. capit. si quis despicit, quod confraternitates disciplinatorum sunt collegia approbata; nec deest ratio, cum sint ad opus pium instituta, vel pro pauperibus nutriendis, vel virginibus maritandis, vt voluit Abb. in c. primo. in fin. de electio. ex generali dispositione, omne collegiū pium esse approbatum a iure, vt de hoc proprie ipsemet Abb. consil. 56. vbi de multis, ponit Corset. ad ipsum fol. 57. columna secunda, cum sequen. & simil. † etiam, & euidentiori ratione ad collegium leproforū extendere, quod & approbatum dicitur. Abb. in capit. 2. de eccles. ædific. Fel. in alleg. cap. accedens, & hoc expedit ipsis ciuitatibus, ne inficiantur, inde extra locum collegij vagare non licet, & vide text. 50. dist. cap. si post ordinationem. §. e contra vbi ex murmuratione in prælatos lepra incurritur: sicuti ibi de Maria sorore Aaron in Moysem murmurante.

rante dicitur, originaliter, cap. 12. Numer. & in alio casu propter simoniae labem, de Giezi seruo. 1. q. 1. c. cito: Aduertendo, ne vnquam in ipsis hospitalibus, & collegiis præponatur leprosus, (excepto ultimo, vt aliqui dicunt, quod non admittitur.) Nam remoueri debet ab administratione, ne alios inficiat, & propter abominationem populi, dicit tex. in c. tua nos, de cler. 10. **agrot** † Beigunorum, & Beigainarum status similiter prohibitus est, in cl. ad nostrum, de hæret. cū excoicatione est in religiosos auxilium dantes, & fauorē impediētes, per clem. 1. de relig. dom. & lo. 22. confirmauit, in sua extr. auag. sancta Romana. eo. tit. de relig. dom. Status etiam Fraticellorum, & fratrum de paupere vita omnino est damnatus, nec episcopus permittere potest; & ubi inuenerit, provideat iuxta aliam constitutionē eiusdem lo. 22. in dicta extr. auag. incip. sancta Romana. de relig. dom. reiectis multorum erroribus super inde exortis, vt dicit Eymeric. in Directorio. 2. par. quæst. 17. & 3. part. cap. 113. signa quibus cognoscuntur.)

11 † Quod quidem optimæ ratione procedit, nam ubi extra opus pium & honestum conuentio fit, non collegiū, aut confraternitas dicitur; sed monopolium, quasi conuentio plurium bono publico, hoc est, Religioni Christianæ obuians. Felin. eo. c. accedens. Quorum poena est, confiscatio bonorum, cum perpetuo exilio l. vnica C. de monop. de quo delicto monopolij congerit multa Petrus Rebuff. in tract. de mag. artific. ar. 1. gl. 2. lib. 2. Constit. Franc. fol. 307 licet Felin in capit. exhibita de iudic. quem refert Aegid. Boss. in tit. de vnion. & colli-

gat. num. 8. ponat differentiam inter conuersionem, coniuurationem, & conuenticulam. † Itaque quando episcopus, seu alius uisitat has confraternitates, societates, collegia, & cætera pia loca, primo inquirat, quis sit precipuus orandi modus in eis, videatur & examinetur, quæ sint orationes? quod tempus? & an determinata hora ad interessendum orationi, quod sit officium, & an id deuote, & pie exequatur? si deniq. procedant in publicis processionibus, quo habitu, qua honestate, decencia, pietate, & deuotione, vt in omnibus habeatur respectus ad animarum salutem, & populi ædificationem, ita vt omne scādalum absit? quibus diebus inter se cōueniant? & quid in congregationibus tractetur: & prohibendum est eis, ne conueniant diebus dominicis, & festiuis, tempore diuinorum officiorum, & sollempnium Missarum, vel prædicationum: tam in cathedrali ecclesia, quam collegiata, & parochiali. Propter quod illis interesse nequeunt, vt debent, neq. ipsis diebus dominicis, & festiuis faciant cantari publice Missas, & officia defunctorū: & si habent sacerdotes, & capellanos. Videatur similiter, si illos honorant, & sufficienter sustinent, & quam primum discutatur, ne sit in eis aliquod statutum sapiens contra sanctam doctrinā vel bonos mores, vel aliquo modo sit superstitiosum; vt omnino deleatur, etiam si esset iuratum: cum sit contra omne ius, & in præiudicium Domini nostri superioris. cap. uenientes de iur. iur. Ideo omnes confratres absoluantur ab obseruantia, & si qui in eis scandalosi, inquieti, aut etiā discolori reperiantur, corripiantur. Et ubi in-

corrigibiles sint, puniatur secundum laudabiles reformationes ipsarum. cōfratrarum, etiam per eiectionem. Item si ius patronatus prætenderent hoc respectu, vt reuideantur fundationes, & quomodo iudicabitur ecclesiasticum, vel laicorum, Couar. in pract. qq. cap. 36. num. 8. recitata contraria opinione concludit dici laicorum. Item si in ipsis sint particulares redditus, adnotentur, & recognoscantur cum alijs bonis pretiosis mobilibus, ne vlrpētur, aut ad alios vsus, quam destinatos conuertantur, & quod ipsarum factores principales, Economi singulis annis reddant rationem ordinario loci, non obstantibus quibuscumque, iuxta decretum ipsius Conc. sess. 22. de refor. c. 9. cum modificatione, vt ibi, hoc addito, quod magistri, & præfecti doceāt sanam, & catholicam Fidem, sæpiusq.

confiteantur, & sacram Eucharistiam accipiant, nec faciliter permittatur licentia orandi noctis tempore, propter multa inconuenientia, quæ euenire possunt, & visum est, supra lib. 1. c. 28. n. 8. Quod frequentius ad orationem quadraginta horarum adaptatur, in qua facienda aduertantur multa adnotata in Synod. Prouinc. Med. s. p. fol. 30. ver. 4. cum seq. quæ qualiter sit agenda satis dictum est supra lib. 1. cap. 26. nu. 18. Diligenter intuendo, quod qui curam ipsius orationis tenent, viri sint vndequaque Dei timorati, & possideant honestatem omnem in vita, & moribus, & de loco, vt videbitur conuenire, sic itaui, & designari, siue etiam mutari potest, in omnibusq. vnus modus orandi seruetur, iuxta Canonem secundum Concilij Tolet. quarti, &c.

DE MONASTERIIS, MONACHIS,
& personis regularibus.

CAP. DECIMVMQVINTVM.

S V M M A R I V M.

- | | |
|--|---|
| 1 Religio est nomen generale, et qua fit. nu. 2. 3. & 4. | 10 Religiosi possunt comuniter dici fratres, & monachi. |
| 2 Religio in ecclesia est antiquissima. | 11 Monachus vnde dicitur. |
| 3 Andreas Carolstadius improbatur. | 12 Monachus, & conuersus differunt. |
| 4 Religionis Particularis primi inuentores. | 13 Religionis status tripliciter consideratur. |
| 5 Benedictus, & Basilius sancti commendantur. nu. eo. | 14 Sollicitudo bona est triplex. |
| 6 Religio ad quid fit ordinata. | 15 Religiosus viuens in mundo est in magno periculo. |
| 7 Religio quam multa in nobis operatur. | 16 Religiosi non habent velle, nec nolle. |
| | 17 Solitudo a religiosis est amanda. |

Cello

- 18 Cella unde dicitur.
- 19 Scipionis Africani notabile dictum.
- 20 Solitudo est duplex.
- 21 Solitudo est instrumentum perfectionis.
- 22 Professio quid dicatur.
- 23 Professio est duplex.
- 24 Professio quando facienda ex Concil. Trident.
- 25 Habitus monachalis est triplex.
- 26 Habitus dicitur certus dupliciter.
- 27 Habitus non facit monachum, sed professio.
- 28 Episcopi in monasterijs regularium quomodo se intromittant.
- 29 Monasteria esse exempta, dupliciter consideratur.
- 30 Vota substantialia religionis attente sunt obseruanda, & quomodo in eis peccetur.
- 31 Proprium in religiosis est vt pestis.
- 32 Proprium quid dicatur.
Proprium habere religiosos absolute non dispensatur. nu. eo.
- 33 Religiosi tenentes proprium, quomodo puniantur ex Conc. Trid.
- 34 Religionis ingressus est fauorabilis. Ex eo quia est spiritualis, nu. 54.
- 35 Illegitimus intrans religionem legitimitur & ad qua.
- 36 Irregularitas qua remoueat per ingressum religionis. Et qua ex homicidio prouenit Summ. Pont. tollenda reseruatur ex Concil. Trid. num. 37.
- 38 Qua inquirenda sunt in uisitatione monasteriorum.
- 39 Religiosi in eodem genere peccati, in quibus plus peccant, quam laici.
- 40 Sacerdotis peccatum quare dicatur grauissimum.
- 41 Monachi non debent de facili exire claustra.
- 42 Episcopus quando possit renouare monachum vagabundum.
Vagare est periculosum animabus monachorum, num. eo.
- 43 Religiosi nisi redeant ad monasterium, vt apostata puniuntur.
- 44 Monachi, quando, & in quibus casibus de gentes extra monasterium conueniantur coram episcopo.
- 45 Monachus quando de vna religione ad aliam transire possit.
- 46 Constitutio Martini Quinti de mendicantibus.
- 47 Monasteria in quibus vnus, aut duo monachi persistunt reformari debent.
- 48 Monachus habitum semel susceptum dimittere non potest.
- 49 Monachus mutans, aut occultans habitum, qualiter puniatur.
Laicus irridens Religionem Christianam punitur poena capitis, nu. eo.
- 50 Monachus factus episcopus non mutat habitum. Et a quibus liberatur a sua religione. nu. 51.
- 52 Monachus professus rediens ad seculum non recuperabit bona sua.
- 53 Monachus per simoniam ingressus qualiter puniatur.
- 55 Monachi omnes debent in communi refectorio comedere, & in communi dormitorio dormire.
- 56 Episcopi quomodo procedant, vt monachi assumant debitam viuendi normam.
- 57 Visitationes monasteriorum suis temporibus omitti non debent.
- 58 Monasterium de nouo construere non potest sine consensu episcopi.
- 59 Monasteria subdita immediate Sedi Apostolica, quomodo gubernanda sunt.
- 60 Monasteria curam animarum habentia

- 61 *via vistantur ab episcopis nu. 61.*
 62 *Monachi debent seruare, & publica- re censuras latis ab episcopis. Et facta per ipsos inducta nu. 93.*
 63 *Episcopus potest inducere festum seruandum in sua diocesi. nu. eo.*
 64 *Religiosi tenentur venire ad processiones generales, fallit tamen.*
 65 *Controuersia de precedentia inter religiofos sedanda est ab episcopis.*
 66 *Regulares preferuntur omnibus monachis.*
 67 *Nouitij ante professionem uolentes redire ad seculum, debent habere oia bona sua, aliter episcopus coget.*
 68 *Monachus inuitus factus quantum temporis habet facta professione recedenti.*
 69 *Religiosi omnes debent reuerentiam Fratris ecclesiarum.*
 70 *Officiales monasterij qualiter sunt eligendi.*
 71 *Capitula in monasterijs sunt sepius frequentanda.*
 72 *Nouitij an interuenire debeant in capitulis.*
 73 *Lectio sacra scriptura in monasterijs est habenda.*
 74 *Dignitates monasteriorum non nisi constitutis in etate xxv. ann. conferenda sunt.*
 75 *Beneficia regularia regularibus sunt conferenda.*
 76 *Annus promotionis quando incipit currere.*
 77 *Possessio pacifica, qua dicatur.*
 78 *Monachi non sunt creandi Canonici ecclesie secularis.*
 79 *Beneficia secularia etiam simplicia non dantur monachis.*
 80 *Monachus factus rector ecclesie secularis sub qua regula se reformabit.*
 81 *Monachus factus episcopus quod officium celebrare debet. nu. 82.*
 82 *Cardinalis de Turr. Cre. habuit licentiam ab Eugenio Papa dicendi suum proprium officium predicatorum. n. eo.*
 83 *Filius ingrediens religionem inuitis parentibus, an possit ab illis reuocari.*
 84 *Clericis ingrediens religionem per annum, quo facit professionem retinet beneficium. Vbi quo prouidendum interim, & quid de fructibus.*
 85 *Annus probationis quare sit inductus.*
 86 *Libertates monasteriorum opprimenda non sunt.*
 87 *Dominus potest cogi inuitus vendere domum coniunctam monasterio.*
 88 *Mulieres non possunt ingredi claustra monasteriorum.*
 89 *Constitutiones Pij V. & Greg. XIII. super eodem.*
 90 *Monachus non facit commatres.*
 91 *Monachi inuicem se percutientes, ab episcopo an possint absolui.*
 92 *Appellari ab Abbate ad episcopum, quando possit.*
 93 *Abbatem, an hodie conferant primam tonsuram, aut quatuor ordines, & quibus.*
 94 *Monachi quando venire tenentur ad congregationes, & synodum episcoporum.*
 95 *Infirmaria communis deest esse in monasterijs.*
 96 *Magistri nouitiorum creandi sunt in monasterijs.*
 97 *Silentium seruandum est certis horis in monasterijs.*
 98 *Obedientia prestanda est attente superioribus ab omnibus religiosis monasteriorum.*
 99 *Christus dominus noster fuit omnium obedientissimus.*
 100 *Monachus potest esse Vicarius episcopi.*

101 *Monachi an eligendi ab Abbate tantum sine conuentu.*

102 *Abbas principaliter habet administrationem totius monasterij.*

103 *Religiones vnius regule, vnius mo-*

nasterij, vnius professionis, etiam inter se solent esse varie.

104 *Pius V. reformauit fratres sancti Francisci de tertio ordine.*

NVnc ad monasteriorum, ipsorumque monachorum visitationem faciendam per suos superiores, & aliquando per episcopos, vel auctoritate ordinaria, vel delegata, accedendum est. Nam ipsi huius mundi vanitatibus sprete, se religioni tradentes, Deo seruire (quod & regnare est) in omnibus student, ipse .n. dixit. Luc. cap. 9. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me: cum fructus securus reddatur.* Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Luc. c. 10. In quibus monasterijs, & si fere sit exemptio in omnibus ab episcoporum iurisdictione; sunt tamen ab eorum superioribus multa reformanda, & in multis episcopi procedere possunt renouantes antiquum, & solemnem statum illum Religionis, vbi multa dicemus, ex quibus mens ipsorum firma remanebit in cultu Dei, iuxta propriam cuiuscumque vocationem, in ipsis canones modernos Conc. Trid. reducentes. † Sed primum illud aduertendum est scitu dignum. Quod hoc nomen religio est generale, quatuor significans. Primo accipitur pro debito cultu, quem vero Deo immortalis praestamus, quo ad fidem, & omnes Christiani tenemur, & sic omnes dicimur religiosi, ex illo Iacob. c. 1. *3 Siquis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Et inde

appellata est Religio Christiana, & Innoc. iij. in c. gaudemus, de diuort. vititur illis verbis. *In fauorem praesertim Religionis Christiana.* Vnde Religio Christiana, id est fides catholica, hoc est fides Christiana. l. 1. cum sua glos. C. de sum. Trin. Cuius conseruandae causa, usque ad extremum vitae maxima debet esse nobis cura, quod in vera religione ambulamus. Cum, & primi illi Romani, qui veteram ignorabant religionem, studiosi tamen erant in ipsa seruanda. Val. Max. exempla profert. lib. 1. c. 2. & sic largissime dicitur Religio. † Secundo sumitur religio pro ipso cultu veri Dei, ut non solum fide, sed et operibus Deo adhaereamus, quia fides sine operibus mortua est, c. 1. Iacob. cum Iustitia Dei reueletur ex fide in fidem. ad Rom. c. 1. Nec sufficit amici misereri, si non paueris, cum fame pereat, c. pasce. 86. dist. Quare omnes boni Christiani per fidem, & bona opera religiosi dicuntur, de constit. c. ecclesia. ibi, dum dicitur. *Nos attendentes, quod laicis etiam religiosi, & in c. fin. de reb. eccl. non al. en. ibi. Cum laicis quamquam religiosi, quae verba ite sunt in c. laicis. 16. q. 7. & omnes fratres ab vno Christo. 1. Petr. c. 1. Animas vestras sanctificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici.* Et hoc modo religio sumitur large. † Tertio vero modo stricte loquendo accipitur pro statu clericali, magis cultui diuino dedito, regulam B. Petri Principis Apost. sectando, vnde dignior habitus

habitus fuit semper ordo clericalis, 5
 quã ordo monachorũ. not. in c. alia.
 16. q. 1. & sic nouum sacerdotium
 esset in Christo Iesu, cessante illo pri
 mo sacerdotio, ad Hebr. 7. cap. quo
 translato necesse fuit, vt legis transla
 tio fieret. cap. 3. de const. & Petr. sua
 1. cap. 2. *Vos gēbus electum, regale sa
 cerdotium, gens sancta populus acqui
 sitionis, vt virtutes annuntietis eius,
 qui de tenebris vos vocauit in admira
 bile lumen suum.* Et in nouo testamē
 to post Christũ dominũ a Petro sacer
 dotalis cœpit ordo, quia ipsi primo
 Pontificatus in ecclesia Christi, datus
 4 est, c. in nouo. 21. dist. † Vltimo stri
 ctissime accipiēda, religio sumitur
 pro illis, q se a mundo, & eius pōpis
 alienantes alicui religioni a Sede A
 postolica approbata addicūt, pfiten
 tes tria illa cuiuslibet veræ religionis 6
 substantialia, obedientiã, continētiã,
 & paupertatem, in quibus vix num
 quam videtur dispensari. Quia & si
 Martha (per quam Petrus designaba
 tur) satagebat circa frequens ministe
 riũ Christi. Maria dedita contēplatio
 ni (a qua significata est vita religio
 forum) optimã partem elegit, q̄ non
 auferetur ab ea, propter mundi tenta
 tiones, & suas vanitates, abstinendo a
 carnalibus desideriis, quæ militāt ad
 uersus animam. eod. 1. Petr. c. 2. quæ
 contēplatiua præeminet vitæ acti
 uæ in duodecim: Aluar. Pelag. de
 planct. Eccl. lib. 2. c. 91. ex fundamen
 to trium illorũ promissorũ, ad quo
 rum corroboracionem multa dicturi
 sumus. Et sic proprie de ipsis religio
 sis hic accipiēdo, Abb. de maior. &
 obed. c. dilecta. Bossius de coit. damn.
 in fine, quia de tertio loco requisitis
 satis in superioribus diximus, & infra

alia plura. † Est igitur ipsa Religio
 in ecclesia Dei antiquissima, nec hu
 mana adinventione excogitata (vt
 mundi sectatores dicunt) sed ab ipsis
 Apostolis, & a primitiua ecclesia tra
 hitur, David. psal. 65. *Reddam tibi vo
 ta mea, quæ distinxerunt labia mea.*
 Deut. c. 23. *Cum votum voueris Deo
 tuo:* Matth. c. 19. Idq. etiam ex testi
 monio Philonis Iudæi probat Ioan.
 Dried. de eccl. scri. lib. 4. fol. 300 eãq.
 ad spernentes digni sint omni mor
 te. Namq. in historiis etiam antiquo
 rum legitur, homines punitos pro
 pter neglectam religionem, de plu
 ribus testatur Valer. Max. lib. 1. c. 22.
 fortius in nostra christiana religione
 qua Deum verum omnipotentē co
 limus, qui dixit: *Ambula coram me,
 & esto perfectus:* † Hinc clare iudica
 tur, quam impiè fecerit iniquus An
 dreas Carolstadius ausus abicere sta
 tum religiosum, & habitum, vt refert
 do. Card. Hofi. lib. 1. de hæres. nostr.
 temp. fol. 9. negans religionē traditã
 nobis per Petrum Apostolum, sicuti
 confessi sunt antiqui Imperatores
 Grat. Valē. & Theod. in. li. C. de sũ.
 Trinit. Ipsorum ergo religiosorum
 præcipua mens est, vt tanto quietius
 ac liberius meditari possint passio
 nem Domini Nostri Iesu Christi; &
 hinc rectius quisq. discat religiosus
 per varia exercitia piæ, & sanctæ re
 ligionis patientia, & vere sequi Chri
 stum crucifixũ, inquit enim Apost. 2.
 ad Tim. 2. *Si fuerimus socij passio
 nam, erimus, & consolationum, perse
 uerantes in bono:* Namque de præ
 uaricantibus dicit ipse Petrus 2. sua
 episto. c. secundo. *Melius enim eras
 illis non cognoscere uiam iustitiæ,
 quã post agnitionem retrorsũ conuer*

si ab eo quod illis traditum est sancto mandato. (Cui sententię simile est grā de illud dictum Apost. ad Hebr. c. 6. *Impossibile enim est, eos, qui semel sunt illuminati gustauerunt etiam donū celeste, & particeps facti sunt Spiritus Sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbū, virtutesq. seculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad penitentiam, & rursus crucifigentes sibi metipsos filium Dei, & obstantes habentes* Super quo verbo interpretando multū insisterunt Theologi, diuersimodo exponētes. Do. Card. Aracel. de sacr. baptif. c. 15. vt verum reddatur dictum ipsius Petri. in 2. c. 3. q. in scriptis Pauli Apostoli sunt quædam difficilia intellectu &c.) † Qui autē primo fuerint inuētores huius segregationis a mundo post Apostolos, Benedictū in occidente legimus, in oriente vero Basilium, iuxta vitam antiquorum monachorum. Cassan. in sua gl. 4. p. confid. 54. Boer. de stat. Erem. Ille. n. duodecim monasteriis ædificatis, sanctissimis legibus communitis, Cassinum pergit, vt simulacrum Apollinis euerteret, incolasque christianos efficeret, quod, & Deo Adiuuante, perfecit. Alter vero Magni nomen, esse quutus, effectus episcopus Cæsareæ, duriorē ritū antiquorum monachorum ad meliorem formam, & magis religioni conformem reduxit: atque alii viri Religiosi, pariterq. catholici sunt sequuti, alias regulas nouiter erigendo, de approbatione sanctæ Sed. Apostol. vbi per Cassan. vbi supra; Quia incontulto Romano Pontifice, & ipso non approbante, nouā non licet inducere, aut recipere Religionem cum sine ipso nihil nouum

aut in ecclesia hactenus inusitatum decerni possit. tex. Conc. Tri. sess. 25. de inuoc. vener. & reliq. sanct. & sacris imag. §. quod si aliquis. ver. ita tamen. † Ordinando Religionem, vt homo attentius Deo, rerumque diuinarum contemplationi vacaret, tamquam exercitium perueniendi ad perfectionem, in quo statu dicuntur ipsi religiosi ambulare. iuxta illud aduētum. Luc. c. 10. Maria optimam partem elegit. Domin. Car. de Turr. Crem. in sua sum lib. 1. cap. 76. Stantes enim in religione purius viuunt, cadunt rarius, surgunt velocius, incedunt cautius, quiescunt securius, irrorantur frequentius, purgantur citius, moriuntur confidentius, remunerantur copiosius ex Bernardo, quæ verba exponit Florent in sum. 3. part. tit. 16. capit. 10. vbi not. sunt cum Deo, cum ipso conuersantur, ipsoque fruuntur. † Ex quibus maximi fructus hæc religio in nobis esse dignoscitur, quia citus Deo nos conūgit, facit contemplationi deditos, vt nō nisi Christo frui pensitemus. Erat Maria intenta dulcedini verbi Dei, intenta quomodo pasceretur a Domino: nam qui cœlum suspicit, & quæ illic bona sunt contemplatur, statim hæc quæ sunt in mundo contemnit, tanquam nullius momenti; de primo in psal. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti timentibus te:* Et in alio. 83. *Quia melior est dies vna in atrijs tuis, super millia.* Quod vt melius perficiatur ab omnibus curis seculi abstinendum est. cap. quo sunt in princ. 12. quæst. prima. Nam cogitatio ionis statū erigere non valet quem terrenæ sollicitudinis curam tenet

tenet. c. hinc etenim. §. gibbosus. 49. dist. & dominus cap. 8. Luc. Qui a sollicitudinibus, & diuitis, & voluptatibus huius mundi, seu vitæ, euntes suffocantur, & nō referunt fructum. eo. 10 §. De omnibus religiosis loquendo hoc nomine appellantes, siue alii monachos, alii fratres, vt mendicantes, alii regulares diuisim appellent, cum oēs recte possint appellari fratres, quia sub vno patre Christo religiosi profutentes tria substantialia, Abb. in cap. causam que. col. r. de iud. & contra opinionem maximi viri, qui monachos nō aliter, nisi sub Abbatibus dicebat, fratres tñ mendicantes, & Abb. refert Fel. in præm. decret. nu. 4. nec deest ratio pro illo, cum fratres ex communi vsu sic intelligantur, & qui debet attendi. Labeo ff. de supell. le. 12 gat. licet difficiliter pbari dicat Fel. in dict. præm. nu. 3. & nu. 17. Vt cum que tamen, qui suo modo intelligat, de omnibus hic loquimur, & ad omnes hæc dicta extendimus, quando tamen sub vna regula non sunt particulares cōstitutiones, vt in multis. Nam monachus dicitur a monos, quod dicitur solus, quod etiam est vnus & tristis, qui esse debet propter computationem suorum peccatorum, & peccatorum, militans sub regula sui fundatoris. Faciunt notata per Florent. alleg. cap. 10. & si quando appetitus inuaserit peccandi, cogitet horribile illud, & intolerabile tribunal Christi. Beat. Basil. super psal. 37. non in multitudine hominum, & sociorū, quos cum idem morbus occupauerit, bonis nihil aliud restat, quam dolor & gemitus. cap. non potest. 24. quæst. 4. ex August. lib. 2. epist. contra Parmenian. lib. 3. Quia cum frequentia

hominum mundum sequitur; & tamen scriptum est, Quod amicitia huius mundi inimica est Dei, & quisque voluerit amicus esse facit, inimicus Dei constituitur. i. Iacob. cap. 4. & Ioan. 1. cap. 2. Nolite diligere mundum, neque ea, que in mundo sunt. Quod & confirmat Apost. ad Galat. cap. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruum non essem. Et ad Philip. 3. Verumtamen, existimo omnia, detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt stercorea, vt Christum lucrifaciam. Et in psal. 52. vers. 7. quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. 12 † Ipse igitur monachus differt a conuerso, nam conuersus offert se & sua ecclesie, promittens eius superiori, & successori obedientiam; sed monachus ad maiora pertransit; nam profitendo regulam, renuntiat mundo, & pompis eius; & in ipso magis professio attenditur. Lapis ad leg. 129. factum super quo. nu. 3. Et ideo dispositio mere odiosa lequens de monachis, non habet locum in conuersis. Abb. in cap. non dubium. de sent. excom. Sic & conuersus differt ab oblato, qui se, & sua dedit ecclesie, nulla veste mutata. capit. consulti sumus. de reg. Boer. decis. 20. num. 5. vbi multa possunt videri. Item dicitur quasi seruus monasterii, vt inde transire etiam ad aliud strictius monasterium non possit. gloss. in cap. vt lex continentie. in verb. professi. 7. quæst. 1. vbi vide Archid. 13 Vnde Sanctus Thomas, quem ceteri sequuti sunt. in 2. 2. quæst. 186.

tripliciter hunc statū Religionis cōsiderari vult: & primo in ipso exercitio tendēdi in perfectionē charitatis, sine qua sumus nihil, s̄m̄ Apost. 1. ad Cor. 3. & eod. lib. 1. cap. 75. per Dom. Cardi. Et pro illo actū ad quietem reducēte humanum animū ab exterioribus sollicitudinibus, quæ suffocant verbum Dei, nec ferunt fructū bonū Luc. c. 8. de quo Apost. 1. ad Corin. c. 7. inquit. Volo vos sine sollicitudine esse. Et tertio pro quodam holocausto, quo quis se, & sua offert Deo, abdicans propriū velle. Et sic loquitur idē Apostolus, licet generaliter, ad Rom. c. 12. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum; & primum dictū Apostoli intelligitur de sollicitudine mundi, iuxta verbum.

14 Euāgelii. Namq. est sollicitudo bona, & admodum necessaria, & prima quam regiminis vocamus, cum Prælati sollicitus est de suo grege, quē hortatur Apost. eod. loco dicens, qui præest in sollicitudine; secunda est sollicitudo prædicationis. 1. ad Thes. 2. fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Euāgelium Dei in multa sollicitudine. Item dilectionis, quam ipse Apostolus commendans ad Ephes. dicit. cap. 4. Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis. Alia compassionis, hanc habuit Onesiphorus discipulus, qui sollicitus quæ fuit Apostolum vinctum in vrbe, & inuenit, vt ei ministraret. 2. ad Timot. cap. 1. in fine. Hic fuit vnus ex 72. discipulis, & Episcopus Onoroti, alii dicunt Coronie, vt concordant Dorotheus, & Hyppolitus antiqui

scriptores ecclesie, qui de 72. discipulis scripserunt. Sic alia sollicitudo actionis, vt ipse religiosus continuo querat, sollicitus esse, quomodo Deo placeat, inde. 2. ad Tit. cap. 2. Sollicite autem cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Sic & alia prouisionis, ne religiosus obliuiscatur viarum Domini, sed cogitare, quæ oportet fieri, sicut ipse Apost. dicit ad Roman. c. 12. Sollicitudine non pigri. Similiter quædam spiritualis, & ordinata cum diligenti vigilantia animi circa bona honesta, aut necessaria. probatur Deuteronom. cap. 4. ad Ephes. cap. 4. Alia dicitur sollicitudo inordinata magis ad diffidentiam pertinens, quam detestatur scriptura. Matth. cap. 6. nolite solliciti esse in crastinum; & Proverb. 15 c. 1. spes sollicitorum peribit. Sed primo dicta, obseruant ipsi religiosi, dum tamen in ipsa religione viuunt, quod nisi obseruent, vix se ipsos saluare poterunt; nam si in mundo religiosus viuat, in magno se constituit periculo sciat; Quia sicut difficile est arborem secus viam positam, fructus suos vsque ad maturitatem conseruare, sic religiosum iuxta mundum viuētem in actibus mundi, vsque ad finem immaculatam conseruare iustitiam. Vnde recedendum est de via & plantandum in loco secreto; vt nec colludere tecum mundus habeat, nec tu cum mundo. Hæc sunt dicta magni illius Ioan. Chrysostom. super Matth. Debet enim in conuersationis integritate conuersari, & singularitate, in auct. de monach. §. si quis igitur, & §. sancimus, hoc admonet Regius. Propheta loquens ad animam

animam fidelem. Psalm. 44. Audi filia, & vide, inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domū patris tui. Quæ dicta extendimus in nostro sermone de Concil. Prouinc. & Dominus ad Abraham. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Genes. cap. 12. Et cū mundus sit via peccatorum, vt refert Magist. in primo psalm. & terrenis inhærens non videt Deum, super psal. 5. sed qui in studio virtutū Deo
 16 stat. † Ideo dicit Augustin. in libr. de vera Relig. & Arch. 20. quæst. 3. cap. præsens, quod religio dicta est à religando; quia exulantes nos à mundo vnit Deo, vt amplius velle, & nol-
 18 le in religiosis nō dicatur esse, iux. c. non dicatis 12. q. 1. & cum voluntati renuntiatum est, pessimum est ea vt. eod. cap. Sed in quibus velle eis existeret dicatur, ponit gloss. in extrauāg. Ioan. 22. quorundam. §. quapropter, in verb. voluerint, de verbor. signific. & ad primum Dion Carth. in epif. Iacob. cap. 2. ar. 3. Si cum mundo ambulamus, Deum non cognoscimus, quia mundus eum nō cognouit Ioan. cap. 11. & cap. 17. in fine. Pater
 17 iuste, mundus te non cognouit. † Vnde frequentius in solitudine est ambulandum, teste S. Bernard. Anima sancta sola esto, vt soli hominū te ferues ipsam, quem tibi ex omnibus elegisti, fuge publicū, fuge ipsos domesticos, secede ab amicis, & intimis, etiam ab illo, qui tibi ministrat. Domi-
 19 nus enim semper docuit gloriā multitudinis euitare, vt in oratione tranquillitatē quæramus, & a tempore; & a loco, de hac solitudine, de prænitent. distinct. 2. cap non est. §. Romanos: vers. sed nec Adam. Inde multi

quæsierunt, An vita solitaria & contemplatiua sit melior, quàm monastica & socialis? Doct. in cap. priuilegiū, de verbor. signific. in 6. vbi gloss. & Archid. quod sic dicimus tamen ex opin. Modern. quod licet solitaria vita debito modo sumpta, sit præminentior sociali, quia ab ipsa ad solitariam transitur, si tamē absq. exercitio sumatur, ē periculossima, nisi per diuinam gratiā prouideatur, seu suppleatur, quod in aliis per sociale conuersationem acquiritur, vt videlicet intellectus per gratiā Dei instruitur in contemplatione, & affectiones noxiæ reprimantur. Ioan. Andr. in c. sane de regular. † Religiosus in cella
 18 cum Deo loquitur, cella dicitur a celo, quia e cella itur ad cælum. Aluar. Pelag. lib. 2. de plane eccl. cap. si, vel a celando, idest occultando; cum religiosos ab actibus mundanis occultat. Vnde conuenienti honore digni sunt ducentes vitam in cellis, cap. qui vere, 16. quæstion. prima, & ibi dicitur esse gloriosa victoria, quia adest gloriosum certamen: 2. ad Tim. 4. Et cella monachum celat, sed Deo per contemplationem ornat, quia inter cælum, & cellam est cognatio non solum nominis, sed etiam pietatis. Inde Bonif. vii. in præd. cap. priuilegium celas dicit loca secreta & solitaria, quæ ab hominum separata conuictu, sunt ad contemplandum, & Deo placandū specialiter deputata. † Semper enim hæc solitaria vita profuit ad disciplinam, & philosophiam. Vnde Scipio Africanus dicere solitus erat: Se numquam minus solum esse, quàm cum solus esset. refert Tull. lib. 3. de offic. Tunc enim quis otatur ab exteriori

occupatione, de quo Seneca epist. 57
 Nulla placida est quies, nisi quam
 ratio componit: & illa vera est tran-
 quillitas, in qua mens bona explica-
 tur, gl. ad Boet. de consol. Phil. lib. 1.
 prosa quarta, cum otium de per se,
 vt maxime contrarium studio, & in-
 dustrie. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 8. Et
 dicitur remota segregatio hominum,
 vt Deo fruatur, bonus thesaurus, de
 quo bonus homo, bona profert. 22
 Odium malus thesaurus, de quo ma-
 lus homo, mala profert. Matth. c. 12.
 Quia non sufficit Hierosolymis fuisse,
 &c. dicit gloss. in l. vnicuique, C.
 de prox. sac. scria. lib. 12. quod dictū
 20 alibi ampliatur. † Ideo hæc solitudo
 dicitur duplex: mala, de qua eccl. c. 4.
 Vt soli, quia si ceciderit, non est qui
 erigat eum, cap. in omnibus. 31. dist.
 cap. 2. de stat. monach. & de ipsa, cū
 quis mundo inter laicos versari vult.
 Secundo dicitur solitudo sancta: al-
 leg. 6. Romanos, & de qua loquitur
 Ioan. Chrysost. vt supra dictum est,
 & de vtraque Aluar. Pelag. lib. 2. sui
 tract. c. 4. col. 4. Sed hæc secunda fit
 semper cum exercitio, alias periculo-
 sa redditur: nisi per diuinam gratiam
 suppleatur: quia abundandum est
 semper in opere domini, scientes
 quod labor noster non est inanis in
 Domino. Apost. 1. ad Corin. cap. 15.
 21 † Quæ solitudo dicitur instrumen-
 tum perfectionis: non autem ipsa es-
 sentia perfectionis. Vnde, aut assu-
 mitur per diuinam gratiam, aut per
 exercitium actus virtuosī, vt exinde
 dicamus solitudinem pertinere con-
 templanti, qui iam ad perfectum
 peruenit, quod dupliciter contingere
 scribit D. Card. de Turr. Crem. in
 cap. qui vere, num. 4. 16. quæst. 1. &

vide Greg. moral. 30. Quid prodest
 solitudo corporis, sine solitudine
 cordis, quod statim derelinquit nos:
 quia Deus derelinquit ipsum: psalm.
 39. Cor meum derelinquit me, ad il-
 lud vero peruenitur ex dedicatione
 ipsius religiosi Deo vero. Prouer. 23.
*Præbe fili cor tuum mihi, & oculi tui
 vias meas custodiant, & fit per ali-*
 quam regulam monasterium intran-
 do. † Vbi complementum accipitur
 per professionem. Dicitur autem ip-
 sa professio, ex Ioan. Andr. in capit.
 primo, de regular. lib. 6. certæ Reli-
 gionis solemnī promissio, cui adhæ-
 rent tria illa substantialia, paupertatis,
 continentiae, & obedientiae, per
 cap. cum ad monasterium, de stat.
 monach. vt sic laboretur pro perue-
 niendo ad vitam æternam, in qua
 quantum bonum sit, audi Apost. 1. ad
 Cor. c. 2. *Quod oculus non vidit, nec
 auris audiuit, nec in cor hominis ascen-
 dit, que preparauit Deus diligentibus se,*
 supra eod. cap. num. 9. † Quæ
 23 professio est duplex, expressa, statim
 seculo renuntiando, cap. 2. cap. 4.
 de regul. lib. 6. ibi: *Vel professionem
 expressam fecerit, vel scienter habi-
 tum receperit professorum.* Hanc fe-
 cit Beatus Franciscus, cum reiectis
 etiam proprijs vestibus patri cessit
 omnia, vt postea detractis calceis, vni-
 ca fuerit contentus tunica. Et profes-
 sio tacita, quæ fit per delationem
 habitus. cap. super, eod. tit. & varie
 obseruabatur. in anno 15. & non an-
 te annum 14. cap. 1. de regul. eo. lib.
 Quia per delationem annalem habi-
 tus, tacite censetur professus, etiam si
 habitus Religionis sit indistinctissi-
 mus: nam cum ad annos discretionis
 sit peruentum, agnosci debet, quid
 agitur.

agitur. eod. cap. 1. & per omnes. Et illud tempus dicitur aptum ad matrimonium carnale; ergo, & ad spirituale, argu. a contr. in cap. 2. & cap. 24. 3. de despons. impub. † Sed hodie de iure nouo secus est. Nō enim potest fieri nisi in 16. anno, leff. 24. Concil. Trid. de regul. cap. 15. & quod annus ipse, 16. sit expletus, & per ipsum posit habitum susceptum in probatione, steterit. eod. cap. 15. Quod est notandum ad correctionem eiusdem, cap. 1. supra alleg. Nam q. finito tempore nouitiatus, superiores, ipsos nouitios, quos habiles inuenerint, admittant ad professionem; quos profiteri nolentes, aut inhabiles repertos a monasterio eiiciant. ead. leff. cap. 16. §. finito. Et quod tempus nouitiatus nō est determinatum, sed arbitrarium, secundum quod videbitur, & vnus anni, aliquando biennii, gl. sing. in c. 1. incip. Gonsaldus, in gl. pen. 17. q. 2. Aliquando vero triennii, alia simdis gl. in cap. ad Apostolicæ Sedis. de regul. quod item est signandum pro materia, d. §. finito, leff. 24. cap. 16.

25 † Vnde ex his omnibus dicere possumus, habitum ipsorum monachorum esse triplicem; Professionis siquidem, Conuersionis, & Probationis, gl. in cap. 1. 27. quæst. 1. Archid. in cap. statutum, de regul. lib. 6. Similiter alia triplex distinctio habitus, vt alter distinctus, indistinctus, indistinctissimus. Abb. in cap. ex parte num. 3. de regul. cap. fin. eodem titul. lib. 6. Dom. Florent. in sum. 3. part. titul. 16. cap. 3. §. 1. & vide in cap. super eo. tit. alleg. Et ideo quilibet religiosus conformabit se in habitu cum illo, inter quos uiuit, arg. cap. quod Deo 33. q. 5. vt sic uiuentes colligant ziza

nia in fasciculis, mittenda ad comburendum; triticum autem congregandum in horreum domini. Matt. cap. 13. Quia scilicet cum sanctis sanctus eris, cum innocente innocens eris, & cum peruerso peruerteris. psalm. 7. † Similiter habitus dicitur esse certus dupliciter, & ratione coloris, & ratione formæ, vt notat bona gloss. in c. elect. n. prima, in verb. secularis, de elect. ibi. posset etiã dici, ex quadruplici causa videtur hodie facta mutatione coloris & formæ, variare plurimum inter se ipsasmet religiones vnus regulæ, qui cū sit certus in forma, & colore, mutandus non est, nec est nouum hoc vt, nam, & in multis videmus, certum habitum assignari, etiam in remissione peccatorum, vt de sacco pœnitentibus dando, legimus, 50. distinct. cap. in capite Quadragesimæ. ibi: sacco induti nudis pedibus. Sic, & primi illi Eremitæ tunicas certas pro afflictione suorum corporum gestabant. † Et licet habitus non faciat monachū, sed professio, cap. porrectum, eod. titul. & leff. 14. Concil. Trid. de reformation. cap. 6. quia non est de substantialibus, sed de accidentalibus: tamen tacita professio inde resultare videtur, vt talis presumatur, qualis ex habitu gestione apparet, c. si vero, lo. 2. de senten. excom. Et si per annum portauit, cogitur regulam ordinis ipsius habitus profiteri. capitulo ex transmissa de regular. ad primum gloss. in capitulo ex transmissa, de renunt. Hinc debet esse habitus honestus, ordini congruens, non diuersi coloris, aut notabilis: sed religiosus, non suspectus, 29. quæst. 1. cap. fin. nec eum dimittere, quia ita dicitur annexus religiosus,

ligiosis, vt in quocunq. loco vti eo de-
beant. 23. dist. c. sanctimonialis, alias
vt apostatae puniendi. c. periculosos
eo. tit. Aluar. Pelag. lib. 2. c. 14. clem.
quoniam. de vit. & hon. cler. etiam
q. fuerit episcopus, vel Cardinalis, c.
1. 18. quæst. 2. can. 27. in Conc. gen.
Constantinopol. 8. Abb. in c. Deus, &
cap. clerici. nu. 5. de vit. & hon. clerici
nisi solus Papa. Goffred. & Host. de
de stat. monachi. Licet quandoq. in
exteriori possit. alleg. cap. vt Deus.
28 † Sed cum monasteria sint multa, &
variae eorum institutiones, & regulæ,
et vnus fundatoris, & suos habeant
superiores, episcopi, in visitationibus
suis aliter non se intromittent in ip-
sis, propter multa privilegia vniciq.
regulæ concessa (quæ in dies fuerunt
ampliata, & per illam cõstitutionem
quam mare magnum ipsi monachi,
& fratres dicunt, ampliata per Piũ
V. Pontificem. 1567. an. 2. licet ad ter-
minos iuris communis, & Concil.
Trid. postea reduxerit S. D. N. Greg.
XIII. Pont. Max. & ex mente ipsius
Pij, anno 1. vt ex proæmio littera-
rum apparet. Quod proæmium est
attendendum, quia ex illius verbis
mentem, & causam finalem dispo-
nentis colligimus, l. si. ff. de her. inst.
Abb. in cap. aduersus. col. 3. de im-
mun. eccles. & dixi in fam. sing. in l.
P. nu. 107. Possunt tamen per viam
excessus eorum, pro scandalis popu-
lorum. ead. sess. 25. de regul. c. 8. & c.
22. & inferius dicemus, vel quandoq.
iure proprio ex consuetudine, vel ex
delegatione D. N. † Ipsa autem
monasteria esse exempta conside-
ratur dupliciter, vel principalis ex-
emptionis, quia neminem recogno-
scunt in superiorem, nisi solum Pa-

pam: Sic enim a sede Apostolica eis
indultum est, iuxta clem. attendentes.
de stat. monach. & in illis succedit ali-
quando episcopus autoritate dele-
gata sacr. Conc. Trid. Secundo vero
dicuntur exempta respectu ordina-
riorum, sed subsunt regularibus suis
superioribus, prout exemplificat glo.
in ead. cle. attendentes; licet respectu
monialium sit aliud, vt suo loco dice-
tur. Et similis est quæstio si subsint, &
in quibus, vel legis diocesanae vigo-
re, vel de lege iurisdictionis; cum dif-
ferant inter se, notatur per Inno. in
c. 1. de stat. monach. † Id profecto sem-
per curandum est, vt votum ipso-
rum substantialium, quam maxime
obseruetur ab ipsis Religiosis, mona-
chis, fratribus (vt omni communi ver-
bo vtar) & attente videndum a supe-
rioribus. Cum enim loquendo de
primo. Obedientiam quis promittit,
contra agendo, mortale incurrit pec-
catum, quia contra votum agit; siue
per contemptum transgrediatur, vel
scienter constitutionibus, & ordina-
tionibus contraueniendo, cum ipsa
obedientia dicatur fundamentum re-
ligionis. Aluar. Pelag. de planct. eccl.
lib. 2. c. si. col. 3. Flor. in sum. 4. p. tit. 5.
c. 11. per totum. Nauarr. cap. 23. nu.
35. Per continentiam vero oportet
semper stare timidum, ne suis viribus
nimis præsumendo de se, ab insidijs
diaboli superetur: iuxta illud; Fratres,
sobrii estote & vigilate. Petr. c. 5. vt
nec quidem aspectu maculetur. Aug.
epist. 109. ad monachos, relatus in
cap. nec solo, 32. quæst. 5. Quia da-
tum est nobis stimulus carnis nostræ,
id est angelus sathanæ, qui nos cola-
phizet, vt dicit Apost. 2. ad Cor. c. 11.
& 12. paupertatem custodiendo vsq;
ad

ad mortem, proprium penitus a se
 abdicando, nā semper monachus pec-
 cat, si dicat aliquid se habere propriū
 vt declarat idem Mar. Nauar. in cap.
 31 non dicaris n. 32. 12. q. 1. † Hinc p-
 proprium habere ipsos religiosos pe-
 nis inimica religioni dicatur, & si quis
 contra salubria statuta religionis, in-
 ueniatur habere proprium, remouea-
 tur a cōione altaris, qui si in extremis
 digne non pœnituerit, nec accipiat se-
 pulturam inter fratres. c. monachi. §.
 qui vero de stat. mon. immo subdit
 Abb. ibidem. nu. 4. nec Papa concedit
 nisi pro se alendo, & n. 8. vide qōnē.
 An valeat relictum factum alicui re-
 ligioso, cum conditione, quod non
 34 requiratur monasterio, & quid si su-
 perior non vult consentire, quod tūc
 relictum redeat ad grauatam, & hoc
 de proprio in omnibus religiosis p-
 cedit, & pœna additur ex regularib⁹
 32 obseruantis. † Et do. Floren in sum.
 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 10. id dicit pro-
 prium esse, quod tenetur contra vo-
 luntatem superiorum, vnde redditur
 esse peccatum mortale ipsis religio-
 sis, proprium habere. Quia id expres-
 se est contra votum emissum. Vnde,
 vt monachi habeant proprium in eo-
 rum absoluto dominio non dispensa-
 tur Innoc. in c. cum ad monasterium
 de stat. mona. per dom. Nauar. eod.
 cap. non dicatis, vbi latius est videre:
 & esset ipsos religiosos violare cano-
 nes sanctorum patrum, a quibus, & a
 Sancto Spiritu, cuius instinctu, ac do-
 no dictati sunt, damnantur, immo vi-
 dentur blasphemare Spiritum San-
 ctum. cap. violatores: 5. q. 1. Et vo-
 lētes aliquid retinere, cū Anania mo-
 rientur cap. dilectissimis. 11. q. 1. c. 5.
 33 A. Apostol. † Sed cum id iniuria
 temporum derogatum esset, sicut
 alia multa, cautum est iure nouissi-
 mo ex Conc. Trid. ead. sess. 15. de re-
 gul. cap. 2. proprium in nullo haberi,
 sub pœna priuationis vocis actiuae,
 & passiuæ per bienniu, & aliarū pœ-
 narum secundum constitutiones re-
 gulares; in communi tñ potest (exce-
 ptis Capucinis, & Minoribus de ob-
 seruantia) eo. tit. c. 3. Et toleratur in
 aliquibus propter studia, & necessita-
 tes, præsertim cum communitas bo-
 norum, non est sufficiens ad omnia,
 verū est tamen, q̄ multi decedunt in
 mortali, propter auiditatem tenendi
 ipsum proprium extra ipsas necessi-
 34 tates, q̄ in dies videtur. † Nihilomi-
 nus ipsarū religionū & monasterio-
 rum adeo sunt privilegia cōsiderata
 propter animarū salutē, vt ingressus
 ipsorum, seu religionis omnibus red-
 datur favorabilis; Cum per monacha-
 tum omnis abstergetur macula, in-
 auct. mona. in princ. omnisq. reatus
 pœnæ deleatur consequendo om-
 nium peccatorū remissionem S. Th.
 2. 2. q. 189. ar. 3. ad 3. & in 4. quæst. ar.
 3. quæstiuncula 3. ad 3. vnde quis se
 diuinis obsequiis totaliter subdit,
 quia maxima dicitur satisfactio pro
 peccatis, religionem ingredi, ex iudi-
 cio Stephani Papæ in cap. admone-
 re. 33. q. 2. vbi bona gl. ponit a quibus
 liberet ipsius Religionis in §. idcirco
 36 in verb. monasterium. † Inde illegi-
 timus, per ipsum ingressum fieri legi-
 timus, vt sine necessitate alterius
 dispensationis ad omnes ordines mi-
 nores, & maiores promoueri pos-
 sit, ex beneficio tex. in cap. 1. de fili-
 presbyt. non tamen episcopatus,
 & ad alias maiores dignitates
 seu curata beneficia; in quibus Se-
 dis

dis Apostolicæ dispensatio necessaria est, per eundem tex. cum ibi not. per Doct. Dixi etiam in famil. singul. in littera B. nu. 18. & plenius in 2. impressione: quia religio dispensat quoad ordines, non quo ad dignitates, & curam animarum. not. Pet. Rebuff. in pract. benef. tit. de dispens. super defectu natal. num. 67. secus in dignitatibus temporalibus, exigentibus meritis, quia impediri non debet: dignitas eius qui nihil commisit, dixit tex. in l. spurru. in prin. ff. de decur. quia si vitium est, non geniti, sed gignentis est, alter tex. in l. pen. §. cū tamē. C. de legit. hæ. 36 re. † Et propterea dicunt Doct. et irregularitatem auferri. gl. disputat in c. 2. de Apost. cum distinctione, quæ sequuntur moderni omnes, si est irregularitas proueniens ex delicto, & peccato occulto, vel respectu deformitatis, & defectus personæ. alleg. c. 1. & capitulo fin. de sil. presbyt. (excepta causa homicidij) tollatur per talē ingressum, cum fauore religionis mitius agatur. gl. tradit in c. hoc nequam 7. q. 1. & habetur de iudic. cap. cum deputati. Mart. Nauar. in præd. & cap. non dicatis, nu. 92. 12. q. 2. & Religio eam irregularitatem auferit, quæ non procedit ex culpa, vel actu intrantis religionem, sed aliorum; vt natalium; ideo nec irregularitas ex bigamia per religionem remouetur, sed durat. Couar. in cle. Furiosus 1. p. §. 2. nu. 6. de homic. contra multorum opinionem, qui aliter, & non bene 37 senserunt. † Illud autem de homicidio etiam episcopis est sublatum posse dispensare, sed solum Summo Pontifici reseruat remouendi; quia talis est dignus non solum non promoueri, sed remoueri a ministerio. alta-

ris, iuxta determinationē Conc. Tri. sess. 14. de refor. c. 7. sess. item 24. de refor. gent. cap. 6. Nec facile Summus Pontifex dispensat, sed tamen dicitur ipsam religionem præbere facilitatem dispensandi. not. doc. in c. 1. de eo, qui furt. ord. susc. in cap. 2. de apost. Socc. in c. ad audientiam col. fi. de homic. ad tex. tamen. Conc. eiusdē cap. 6. Vide omnino Mar. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 197. & 250. v. 19. ad fin. Couar. in ipsa cle. si furiosus. 2. par. §. 3. de homic. vbi opinio sua non tenetur, quia obstat tex. Concilij prædicti c. 6. † Et proprius ad intentionem accedendo, cum ipsis monasteriis, siue per episcopum, siue per alium superiorem autoritate ordinaria, vel delegata fit visitatio, vt dicit do. Flor. in 2. tit. 2. cap. 6. §. 2. Inquirendum insuper est, de qualitate monasterii, cuius regulæ professio ibi fiat: & si ea tempore debito, quot sunt monachi, vel fratres, si iuxta numerum institutionis; ne si pauciores vel plures, fundatoris intentio fraudetur: vel quod requisiti omnes esse nequeunt propter diminutionem elemosynarum, & reddituum: si per omnes obseruatur regula professæ, præsertim circa prima tria allegata substantialia, in quibus certum votū est annexum, & quo ad alia, iuxta superiorum constitutiones, & ordinationes. Item si Missæ, & horæ canonicæ celebrentur suis temporibus, & horis debitis, omnesq. conueniant, si officiales iuxta cuiuscunque gradum munus acceptum fideliter obseruent, & exerceant, quibus ab aliis debita præstetur obedientia, fructus, redditusve describantur: quomodo, & in quibus consistant; & qualiter expendan-

expendantur. Vbi in cōi possidet & ubi quid alienum inuentum fuerit a regula, corrigatur attenteq. componatur, tam circa ipsa pecularia vota, quam pertinentia ad omnem vitam, victum, & vestitum, ex decreto præfati Concil. ipsa sess. 23. hoc tit. capit. 1.

39 † Et primum superiores studere debent, vt religiosi omnes, in qua militant obseruantia, honeste viuant, nec laicis scandalum præbere sināt: quia in tribus circa obedientiam plus peccare videntur ipsi, quam laici. Io. in sum. de obed. quæst. 26. Gul. Perald. in sum. virt. thomæ 1. p. 10. do. Card. Aracæl. de consil. euang. cap. 13. cum duobus sequentibus. S. Thom. 2. 2. q. 136. ar. 6. quod in eodem genere peccati, ex tribus magis peccant religiosi, quam laici. Primo quia contra votum religionis. Secunda peccando ex contemptu, & malitia, magis est ingratus. Tertio propter scandalum, quod maius oritur in populo ex peccato religiosi, quam laici, do. Floren. in 3. tit. 16. c. 1. §. 8. in fine. Cum detiores non inueniant, quam qui in monasterio defecerunt. 47. dif. c. quantumlibet. † Sic dicimus de sacerdote respectu ipsius populi, cuius peccatum grauissimum est, cū non dicatur peccare per ignorantiam, sed potius per industriam: ei namq. non licet ignorare mandata Dei, & præterea adest ratio, quia si peccat aliquis de populo, sacerdos tenentur orare pro ipso, si vero peccat ipse, quis orabit pro eo iuxta sententiã sapiētis Eccl. 12. si percussus fuerit incantator, quis medebitur ei, c. importuna §. quod autem de pœnit. dist. 1. Marian. Socc. in cap. significasti num. 4. de adult. & continuando adsimilatur aspidi

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

1000

& superiorum mandatis, cum esse in
 vrbibus nō sunt solorum habitacula,
 sed multorum. c. si cupis. 16. quæst.
 42 1. † Et si superior non euocat mona-
 chū vagabundum, potest ep̄s loci re-
 uocare illum, supplendo negligentia
 superioris illius: Abb. in cap. quanto.
 nu. 1. de offic. ord. Quia vagatio ani-
 mabus monachorum, & aliorū quo-
 rumuis religiosorum periculosa est,
 c. religioso. de regul. lib. 6. Et ideo id
 attendant, vt eorum vita nomini cō-
 sona sit, cum frequentia hominū ab
 ipsis fugienda sit. ex præscripto Cōc.
 Eugen. Pap. 16. quæst. 1. c. placuit,
 & dicto cap. si cupis. & malū est p-
 vicos discurrere, & plateas, & nō po-
 test esse salubris a multis correctio,
 nisi cum ille corripitur, qui nō habet
 sociam multitudinem. c. non potest.
 23. quæst. 4. ex dicto August. lib. 3. cō-
 43 tra ep̄st. Parm. cap. 2. † Nec itaq. eie-
 ctos fugitios extra monasteria per-
 manere permittendum est. cap. ne re-
 ligiosi. de regular. Florent. eod. tit.
 16. c. 5. qui nisi ad monasterium re-
 deant, tamquam apostatæ punien-
 tur, ead. sess. 25. de regular. capit. 19.
 qui autem si reconciliationem impe-
 trare nequeunt iuxta cap. fin. eod. tit.
 adhuc debēt viuere regulariter, & se-
 cundum monasticæ vitæ statuta, in
 sum. confess. lib. 1. tit. 7. de apost. q. 16.
 (licet tamen sint apostatæ, quia ex-
 tra claustra contra regularem ordi-
 nem, non tamen sunt iudicandi hæ-
 retici, nisi per annum stantes in excō-
 46 municatione bene suspecti, vt opti-
 me declaratur in director. inquisit. 2.
 par. quæst. 49. super quo multa Dō.
 Franc. Pegna in add. 2. lib. schol. 55.)
 44 † Et vbi aliqui ipsorum extra mona-
 steria de superiorum licentia degant,
 non eximuntur a potestate ordina-
 riorum, quin coram ipsis non con-
 ueniantur in causis ciuilibus, merce-
 dum scilicet, & miserabilium perso-
 narum, ex constit. Innoc. III. in cap.
 1. de priuileg. lib. 6. confirmata in Cōc.
 Tri. sess. 7. de refor. cap. 14. in his dub-
 bus casibus tantum, vt etiam aduer-
 tit diligentissimus doctor Mart. Na-
 uar. in repet. cap. non dicatis. nu. 96.
 12. quæst. 1. fol. 48. in aliis tamen de-
 linquentibus, vt infra suo loco op-
 portunius dicemus (vt pauperum mi-
 seris subueniant, ne fatigentur pro-
 pter præsentia priuilegia, sic eorum
 officio fungantur, cum ipsorum pro-
 tectione sint positi. sess. 22. eius. Conc.
 Trid. de reform. cap. 8. ibi, seu paupe-
 res sustentandos.) † Remota tamen
 facultate ipsis monachis de monaste-
 rio in monasterium transeundi, nisi
 strictoris regulæ obseruantiam quis
 eligit. Tunc enim petita licentia a
 superiore, ratione obedientiæ, licet
 non obtenta, cum spiritu Dei duci
 videantur, transire possunt iuxta
 notabilem decisionem Innocen. Ter-
 tii Pontif. Max. in capit. licet quibus-
 dam. eod. tit. de regul. & ipsa sess. 25.
 eod. tit. cap. 19. §. nemo. ex antiquo sta-
 to Conc. Agathi cap. 18. per grat. 20.
 quæst. 4. cap. monachum nisi Abbas
 permiserit, nullus alienum monachū
 recipiat, vt si verborum increpatio
 monachos non emendauerit, etiam
 verberibus statutum est coerceri. §. in
 46 monachis quoque. † Sed ad id no-
 tanda est declaratio Martini Quarti
 Pont. in extrauag. viam ambitiosa,
 eod. tit. vt mendicantes sub excom-
 municationis pœna ipso facto, ad
 aliam religionem, etiam strictissi-
 mam non possint cōuolare (excepto
 Cartu-

Carthusianorum ordine.) Ne sub hoc pretextu regularem disciplinam subterfugientes, peregrinationis sacra vota sibi assumant: & ne hac occasione ad secularem conversationem redeant, dicit Concil. Agath. alleg. in ipso cap. de monachis, in fin. 20. quæst. quarta. Et exinde multa in eis veniunt detestanda, quæ totam religionem corrumpunt, ipsosq. debiles reddunt. Vnde Aluar. Pelag. antiquissimus scriptor tempore Ioan. XXII. Papæ, in suo tractat. lib. secundo, cap. 24. enumerat 42. vitia peculiaris, & vltimum est in his paruis monasterijs, conuentibus, & locis, vbi duo tantum religiosi, monachi, fratres conuersantur, & in pluribus vnus tantum: in quibus locis obseruantia effecta est inobseruantia, & seruitus regularis in libertatem sæculi redacta: hoc quippe reformatione quam maxime indiget. Cum enim eo vnus est redactus, vel duo sunt, conspicitur nullam regulam obseruari, obedientia ignoratur, silentium recessit, vigiliæ non sunt, officia non dicuntur, Missæ non celebrantur, nec in villo voluntatibus defunctorum satisfactio, frequentatio, & receptio laicorum etiam delinquentium adest, vt viderint multi episcopi (& nos testamur) monasteria ipsa et clausa stetit, & aliquando ad campanarum sonum per nouitium, accessisse deuotos, sed celebrantem aliquem non vidisse. Audiui tamen sanctissimum D.N. suo sapientissimo iudicio cogitasse de remedio, imitando Pium V. suum prædecessorem immortal. mem. qui reformauit monasteria in hoc contingenti, fratrum seruatorum S. Mariæ, in Const. postquam; in

quacunq. anno 1570. Pont. sui 5. quod & conforme est iuri cõi, per disposita in c. fin. de cappell. mon. adhuc in constitutione ipse D.N. nõ dedit. Ex hocq. factum est multas ecclesias Regulares, propter destitutionem monachorum, vel ex iniuria temporum, aut morte, & aeris intemperie, esse reductas, quasi seculares, vix nomine regulæ, seu relig. opis retento, vt exi. de Sum. Pont. pro sui in omnes ecclesias vigilantia, secundum temporum qualitatem, ipsis prouiderint. Vnde .n. frequētius amplas ecclesias a christianissimis, & deuotissimis Regibus edificatas, maximis impensis, & multis laboribus ad amplissima edificia ductas, postmodum ex ipsorum temporum calamitatibus defecisse, quasi a fundamentis, & regulares, qui alias poterantur, & administrabant, ex eisdem causis, et destitutos, vt sic prælati secularibus administrandas dari opus fuerit: quod vtiq. sine lacrymis pietatis recenseri nõ debet. In nostra Sarnen. Ecclesia, prope est vna sanctissimo Deiparæ Virginis nomine edificata quæ vsq. hodie dicitur ecclesia S. Mariæ Regalis vallis, ordinis Cisterciensis, vbi Virg. Gloriosam Regi venanti, ceruicq. insequenti apparuisse, apud incolas loci adhuc memoria retinetur, vt ibi sibi ecclesia ad sui nomen edificaretur, mandante, quod cepit ipse Rex mirabilibus edificijs, claustris, superioribus, & inferioribus in magna summate designatis, studijs, cellisq. lapidibus quadratis, per torrentem ex flumine Sarnensi, vsq. nunc dictam imperialem, a longo ductis, copiosis, item assignatis redditibus, vt per plures monachos ampla fuerit domus, omni plena rerum abun-

abundantia, ut ne cuiusve rei carētia, cessarent ab officio diuino: quamuis opere non completo e Regno defecerit Rex, ut postmodum, etiam monachis, vel ex belis, aut aeris superueniente intemperie deficientibus, federit desolata domus, ex qua varietate succedente, damnum fit semper passa, & si summi Pontifices ad pristinum redire semper optauerint, sed modo ipsa priora tempora reuocauit Gloriosa Virgo, cum. S. D. N. eam nouissime administrandam commēdauerit, in perpetuumque concesserit Illustriss. & Reuerendiss. D. meo D. Alphonso Gesualdo. S. R. E. Presbytero. Tit. San. D. Card. Amplissimo, Principi moribus virtutibus, zelo cultus diuini, fidei Religionisque Christianæ sanctitate præter suam antiquissimam, & animi, & sanguinis nobilitatem, quam maxime ornato, Dominoq. meo colendissimo. Quid omnino curat, propter maximam, & peculiarem deuotionem quam habet ad ipsam Deiparam Virginem, ut aliquantulum reformata ipsa noua ecclesia, Monachi ipsius regulæ persistant, ad laudes Deo, ipsiq. Virgini decantandas noctibus, diebusque persolendas ut non solum ipsa ecclesia, & domus ex tali reformatione gaudeat, sed incolæ ipsi, & conuicini, & animorū, & corporū susceperint consolationem, ipsique Illustrissim. Dom. 48 meo omnia fausta ex intimo corde a Deo precentur. † Sic modo redeundo ad materiam susceptam, quando aliquem habitum semel susceptum dimisisse monachum compertum est, ipsum, ut iterum suscipiat, adhiberi omnem studium debet, & multum attendi, que. n. si suscipere noluerit ex-

cōicationi subiaceat, ex Decreto Canon. vj. Concil. Toletan. sexti celebrati sub Honorio Papa primo, & pœnis contra Apostatas infligendis procedendum. eod. cap. 19. §. quod si autē. eiusd. sess. 25. Conc. Trid. de regular. & legimus in Concil. Tolet. 4. cap. 48 *Monachis ad mundum reuertendi interdiximus aditum, & omnes ad seculum regressus*, & in cap. fin. de apost. Nec iuuat dimittere habitum sub spe transeundi ad canonicos regulares, quia non tenet dispensatio, nisi de dimissione primum facta, gratia sit obtenta a Summo Pontifice aliis diabolicam astutiam subtere, dicit in casu proposito Mart. Nauar. in Man. c. fol. 72. vers. 3. † Id eo semper præscrutandum est, si vere omnes habitum religionis portent, quia si fraudulenter mutant, possunt puniri, etiam ab episcopo, tãq. delinquentes in Religionem Christianam iux. not. in cap. tuarum, de priuil. immo falso, secundum producta, in cap. 1. & cap. 2. de cler. non ordin. min. & dict. c. tuarū, sicut dicimus Quod si in vituperiū Religionis, quis laicus irridens ipsam religionem portet habitum, punitur pœna capitis, in auct. de sanctis. episc. §. penul. & hoc de mutante habitum, ampliamus etiam ad occulte deferentem. iux. dicta in citato cap. 16. in fin. quod fallit fraude cessante, ut multi Prælati, & Religiosi per Franciā transeuntes, & fugientes iram perfidorum Vgonostorum, habitum mutare, occultare, & non deferre coacti fuerunt, quia sic horum temporum infelicitas passa est, & necessitas nulli subiaceret legi, aut regulæ. 1. q. 1. c. remissionem 50 † Quæ substantialia suæ religionis monachus

machus sic obseruare tenetur, & circa habitum, vt etiam factus episcopus (contentiente tamē Abbate, iux. præceptum Gregor. 18. q. 2. c. quam sit. §. pariter. & 20. q. 4. c. monachum, etsi dissentit, cogatur per superiorem, vt gl. dicit in d. §. pariter, nisi Papa cum absoluat, & euocet.) non deserat, nec potest dimittere sine peccato mortali. Archid. & Card. Alex. 23. dist. c. fanctimonialis Boer. decis. 158. nu. 5. gl. in c. de monachis. 16. q. 1. Etiam si fiat Cardinalis. Bert. de episcopo. lib. 3. 1. par. nouiter Conrad. Laudens. lib. 2. de episcopo, c. 5. in princ. nu. 15. vsq. 51 ad finem. † Sed ieiunia, vigiliæ bene mutat. gl. in citato c. de monachis. Archid. in c. 1. 18. q. 1. quia primo iurisdictioni alterius, modo sui iuris factus, militat in ipsis, sic de silentio, nec posset faciliter regere, & ab eleuarnum secundum aliquos. Ioan. in clem. 1. de elect. & sic ab omnibus incompatibilibus cum statu assumpto. Host. in sum. de stat. mon. ad obedientiam item, quando ecclesia in nullo subest Abbati, per doct. gl. & in aliis circa modum, & normam viuendi, sicut infra dicemus, vt mutatio loci, faciat mutari mentis affectum. c. valet. 81. dist. sic, & mutatio ecclesiæ. & regulæ facit mutare alia, præter annexa, vt dictum est. † Et si professione facta in monasterio, regressus quis fuerit ad seculum, nõ recuperabit bona sua, quæ suis consanguineis acquisita sunt. ff. de minor. l. quod si min. §. 1. Petrus Rebuf. de restit. ar. 1. gl. 2. n. 2. lib. 2. Const. Fran. post Bar. & alios. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. loquendo de locis incapacibus in generali, iux. supradicta quia in aliis statur dispositioni suæ,

factæ ante professionem, alias succedet monasterium. vide in auct. ingressi. C. de sac. sanct. eccl. & tangitur de seruo reddendo infra triennium, cum bonis suis domino. in 53 cap. si quis. 17. q. 2. † Cum vero in discussione visitationis fuerit inventum quem simoniace esse ingressum, relicto primo gradu, is ad archiue monasterium, per superiorem reducendus est, ex decreto Clemen. Tertii, in e. de regular. de simon. quando tamen scienter, si autem ipso ignorante, renuntiandum est loco, & demum reducatur, dummodo absq. scâdalo commorari possit, imponendo pænitentiam, cum suspensione ab ordinu executione, Abbatibus, & aliis superioribus committentibus, iuxta dispositionem Innoc. III. rescribentis Canthuariensi episcopo monasteriũ visitanti, in c. dilectus, eo tit. de simo. (Qui tex est notab. ad illud, vbi est multitudini peccantium parcendum eo respectu, vel non, de quo S. Th. 2. 2. q. 108. c. quoties. 1. q. 7. vt priora dimittenda sint Dei iudicio, & reliqua maxima sollicitudine præcauenda. 44. dist. c. commensationes. vnde datur versus.

Ob populum multum, crimen pertransit inultum.

Habetur per tex. & doc. in c. latores. de ele. exco. vel depof. mini. Fel. in c. dilectæ in Christo. nu. 7. de exceptio. († Cum. n. ingressus religionis spiritualis sit, quid p eo accipi, cū Simone mago partē habere clarũ est. c. non satis memor. tit. de sim. ad quẽ tex. est videre Bal. cõf. 87. & cõf. 373. lib. 4. vbi de ingressu monasterii dicit multa. Etsi monasteriũ paupertate oppõssum sit, ponit gl. in eo. c. nõ satis modum,

X

modum, quem fratres tenere debent pro aliqua prouisione: Non enim est simonia dare aliquid, vel accipere pro sustentatione, quæ est necessaria in religiosis, & si monasterium non habet, quomodo fratres uiuent? ut in alio simili casu, & de utroq. foro dicit Mart. Nauar. in Man. c. 23. n. 101.

55 † Circa uero uitam, id est attendendū, ut ipsi monachi, religiosi, seu fratres in cōi comedant refectorto, gratias semper Deo agentes, cum ea prouisione victualium, ut regularia statuta permittunt, ad sonum campanæ. ut dicit Rebuff. de citat. in præfat. num. 107. & omnes conuenire etiam superiores, prout in simili de Magistris Custodibus, & Guardianis conuentualibus Sancti Francisci sanxit immor. memo. Pius V. Pontif. Maxim. in sua const. incip. ad extirpandos. §. quin etiam. 1568. an. 3. & in alia super refor. frat. seru. Beat. Mar. incip. postquam 1570. an. 6. ubi in §. fratres sic loquitur. *Fratres omnes, etiam superiores, & quandoeunque priuilegiati, (agrotis tamen exceptis) in refectorio cibum capiant, & communi mensa utentes, communibus epulis vescantur.* &c. Et in ipso communi refectorio, cum omnes comedunt, aliquid de scriptura semper legatur, ut numquam decidat, nec in ipsa hora ab auribus eorum, vel de uita sanctorum patrum, qui sicut ad mortem ad mensam accedebant, ut de electione adhibenda in mensa episcoporum statuit sancta syn. Tri. sess. 2. §. & quoniam, inde legitur in Conc. Tolet. 3. c. 7. 44. dist. cap. pro prudentia, seu pro reuerentia quo per hoc, & animæ edificantur ad bonum, & fabule non necessariae prohibentur, sic, &

in communi dormitorio dormiant, non autem extra in cellis, nisi ratione officii id permetteretur, aut infirmitatis causa urgeret. ut in eorum constitutionibus, & reformationibus continetur, quod fortius prohibetur, si extra in domibus priuatorum. Vnde licet quicquid acquirat monachus sit monasterii. auct. ingressi. C. de sacr. sanct. eccl. c. quia ingredienti bus. 19. q. 3. & peculiare aliquid indistincte, pro se habere non potest. c. Ioannes frater. de regul. alias nisi in morte resignauerit cū sua pecunia, dicit ibi gl. in sterquilinio subteretur per c. cum ad monasterium de stat. mona. (tamen hodie fratres, & regulares extra claustra degentes, & morientes, non ad monasteria eorum bona transmittunt, sed ad Cameram Apostolicam, nomine spoliatorum spectare. ex noua constitutione Sanctissimi Domini Nostri D. Gregor. XIII. Pontif. Max. incip. officii nostri. §. nos omnem. 1577.) † Qui regulares ubi debitam uiuendi rationem omiserint, procurare debet, etiam episcopus apud suos superiores, ut ipsam assumant, secundum regularia statuta, & ubi per sex menses eorum superiores admoniti, non uisitaerint, & correxerint, tunc episcopus ipse, uti Sedis Apostolicæ delegatus potestatem habet uisitandi, & corrigendi, seruata tamen eorum ordinum institutione, ex generali dispositione ipsius Conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 8. §. & si in eis, & §. quod si admoniti, ut sic cōmunis uita omnibus sit communis, maxime his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & uitam Apostolorum, eorumq. Discipulorum imitari uolunt, quorum multi-

multitudini erat cor vnum, & anima vna. Act. Apostol. cap. 4. cap. dilectissimis. 12. quæst. 1. † Et eum ex varietate temporum, & personarum, multa in dies in ipsis monasteriis occurrant, quæ decent in melius reformari, iuxta illud Innoc. iij. in cap. quia: de concessis. præb. quòd diuersitatem corporum, diuersitas sæpe sequitur animorum statutum est ipsa monasteria de terminatis temporibus visitari, & non esse omittendum ab eorum superioribus, ex alio decreto eiusd. Concil. sels. 25. de regul. cap. primo, vt salubri ordinatione disponatur super eorum quiete, & sic in eorum recessibus, & receptaculis, nulla popularis præbeatur occasio conuentus, multitudinis, parlamenti, quia non expedit animabus eorum cap. luminoso. 18. quæst. 2. vt per frequētes visitationes confirmetur tã necessariũ præceptum. † Sic item inuitis ipsis episcopis, in partem sollicitudinis vocatis, cum sciant melius quæ saluti animarum sibi commissarum conueniunt, non debent superiores regulares, quid in eorũ diocesis agere, quia, & ipsi rationem reddere tenentur, nec excusatur pastor, si lupus oues comedit propterea sine episcopali licentia, monasterium in sua diocesi cuiuscumque religionis erigi non potest, in ead. sels. eod. tit. cap. 3. §. nec de cetero. ex capitulo qui religiosus, §. primo, c. de monachis, cum duob. sequ. 18. q. 2. vbi gl. notat posse sequi consensum post factum, quia ratihabitione confirmatur, sic quando penitus est destructum, secus in reparatione, quod idem de nouis cellulis notando pro Eremitis, quòd habeant consensum episcopi. c. cellulas, de qui-

59 bus Eremitis infra. cap. 17. num. 3. † Quorũ superiorũ monasteria, si quæ immediate subsunt protectioni sancte Sedis Apostolicæ, & constitutionem Innoc. III. cap. in singulis. non obseruauerint, quòd quolibet triennio ipso rũ regulares se redigant in congregationes, deputando certas regulares personas, vt postea in eis inueniatur, quod commendatione nõ correctione sit dignum, tunc Metropolitanus ipsius prouinciæ conuocet, ex inno-uatione dictæ Constitutionis. in Conc. Trid. eod. tit. cap. 8. & si ipso Metropolitano instante, non exequantur, eo casu, episcopis locorum, vbi reperta sunt monasteria vtj delegatis eiusd. Sed. Apost. subduntur. eod. c. §. quòd si etiã † In quibus cũ sit dare, vel ex priuilegio, aut ex consuetudine, seu aliquod ipsorũ sacramenta laicis ministrare, & animarum curam gerere, in his possunt ab episcopis visitari, circa tantum ipsam curam, & administrationem sacramentorũ cap. 11. eiusd. sels. Et deputandus ab ipsis in cura animarũ ab episcopo venit examinandus, & corrigendus, etiã quòd sit amouibilis ab nutum. §. nec ibi, quia intendimus, quod principaliter est attendendũ, scilicet de salute populi, qui omni iure episcopis nõ religiosus subest, & eius latratu, & baculo lupi arceantur ab eius grege. ar. gu. 43. distin in princ. & in cap. 1. † Excipiuntur autem monasteria Cluniacensis ordinis, & alia in quibus superiores, vel Generales iurisdictionem episcopalem habent in parochos, & parochianos. §. eod. nisi episcopi etiam in ipsis maiorem iurisdictionem haberent. quæ per ipsum canonem Sacr. Concil. non amouetur,

nec vllum fit præiudicium, quando etiam non obseruent, quod est maxime notandum. §. saluo tamen eo. c. 11. Vt in hoc tempore talis in regimine arcis custodiatur, qui non solum de salute animarum, verum et de intrinseca vtilitate, & cautela sciat esse sollicitus, ex simili rescripto Gregor. 62 Neapolitanis. in c. petrus. 39. dist. † Et vbi episcopi censuras aliquas, inter dictaq. in sua diocesi emanauerint, ne eorum iurisdictio, seu magis ecclesiastica paruipendatur, debent etiam in monasterijs ab ipsis regularibus publicari, episcopis mandantibus, prout eo. Conc. decretum est, ea. sess. cap. 12. ad ampliationem, & confirmationem. Clem. cum ex eod. de sent. excom. quando tamen interdictum est denuntiatum, seu alia censura publicata, iuxta declarationem Martini V. Fel. in c. ad probandum. col. pen. de re iud. de quo dubitauerat primum gl. in cle. 2. eod. tit. de sent. excom. & optime prouisum, cum eo conueniant populi, & censuris sunt alligati, conuenit quippe eis sæpius denuntiari, vt reuertantur ad salutem. † Idq. etiam dicimus nulla suffragante exemptione, teneri ipsos regulares omnes, cuiuscumq. religionis sint, ad seruandum, seruariq. faciendum festa inducta ab ipsis episcopis in eorum diocesis, prout simili decreto eiusd. Concil. optime statutum est, ipso c. 12. §. dies autem, vbi necessaria fuit declaratio, ad tollendum in multis ambiguitates, quæ pro ipsis episcopis circa inductionem festorum, & pro ipsis monachis, vt obseruare tenerentur, sæpe oriebantur; Cum ipsis diebus fideles ad ecclesias conuenire debent, & frequentare tenentur,

ad Missas audiendas, prædicationes, horasq. canonicas, sess. 22. d. Conc. de obseru. & euit. in celebr. Miss. circa. fin. vt latius infra in lib. de præcep. eccl. dicimus, & supra hoc lib. c. 3. n. 64 29. † Ad processiones tamen generales, vel ex consuetudine inductas, vel ex aliqua graui causa, tenentur venire ipsi regulares, omnes monachi, & fratres, quacunq. exemptione non obitante, præter viuentes in strictiori clausura, iuxta decisionem præfati Conc. c. 13. ead. sess. §. exempti autem omnes, vt supra est relatam c. 8. nu. 12. Vt sic Deus omnipotens, multiplicatis intercessoribus dignetur præces nostras exaudire, quia sicut multa sunt mala, sic oportet multas inuenire medicinas, pro experimentis multorum morborum, cap. vt constitueretur. 50. distin. sic etiam multos decet esse intercessores apud 65 Deum. † Inter quos, si controuersia de præcedentia oriatur, quæ cum scandalo populi sæpius occurrit, tam in ipsis processibus, quam in alijs similibus publicis actibus, vt facilius, & citius sedetur, Episcopi habent potestatem determinandi, quibuscumque non obstantibus, etiam amota omni appellatione, iuxta dic. decretum memorati c. 13. considerare tamen debent primum ipsorum monachorum, & regularium ordinem, & ratio est in promptu, vt si publicus sit rumor, ne protrahendo in longum, vel cultus diuinus relaxetur, vel maximum proueniat scandalum, hæc igitur non possunt ad iudicium remitti, sed arbitrio ipsorum episcoporum determinanda restant, nec in eis sæper atteditur antiquitas, vt propterea respectu ipsius, sententia
oritur

- 66 oriri debeat. † Ex quo licet monachos Sancti Benedicti omnibus præferri disputabat, post alios Cassan. in sua Glor. 4. par. confid. 56. & 73. tamen ex noua decisione Pii Quarti Sum. Pon. regulares præcedunt ipsos monachos, refert Phil. Port. conf. 164 cum in supremo lib. 4. post magnos processus factos: sic & inter medicantes præferunt fratres ordinis Prædicatorum Sancti Dominici, etiam quod in eam diocesim post alios venerint vel locum non habeant. ex alia simili declaratione Pii V. In aliis vero attenditur regulæ approbatæ ætatis, & loci consuetudo, quæ multum facit in hac causa. † Nouitii vero ubi adueniente tempore faciendæ professionis eam facere recusauerint, sed ante annu professionis a monasteriis discedere, & ad seculum redire voluerint, omnia bona sua, quæ detulerunt, habere debent, nec quid eis auferendum, aut detinendum est, alias episcopus potest cogere superiores ad restituendum per censuras ecclesiasticas, prout similiter cautum est, per idem Conc. eod. tit. c. 16. circa fin. in c. si quis. 17. quæst. 2. Sin autem moriatur ante finitam professionem, remanent bona ipsi monasterio, ex ea causa, quia animi ratione & destinatione religiosi erant. Fel. in capit. cum adeo. num. 3. de rescript. quando bona detulit, vel expressè consignauit, alias tantummodo intravit, placet æquior opinio, quod succedant proximiores. ita tenent Doct. apostil. Fel. in eod. c. cum adeo. vide Abb. & alios in c. in presentia.
- 68 de probat. † Vel si ex alio habitum susceptum quis dimittere voluerit, prætendens forte per vim, & metu accepisse, potest intra quinquennium a die professionis, causas, quas præten- dit coram suo superiore, & item coram ordinario proponere, quibus discutissis, & probatis admittitur ad relinquendum habitum susceptum in ead. sess. eod. tit. cap. 19. (Nam si inuiti aliqui ingressi sunt, retinendi non est potestas, quia considerandi sunt, magis peccata committere, quam plangere. ex notab. rescripto Eugenij Papæ, in cap. sicut. 20. quæst. 1. Nam quod quis non eligit, non optat, profecto non diligit, quod autem non diligit, facile contemnit, nullum ergo bonum, nisi voluntarium. c. præfens. §. qua propter. 20. quæst. 3.) Hoc tamen notato, quod antequam discutiat, ex se non dimiserit ipsum habitum, quia aliter etiam stantibus causis prænitus non audietur, sed potius, ut apostata punietur. eod. cap. 19. §. quod si.
- 59 † Nec tamen ipsi religiosi, licet omni priuilegio muniti sint, excusantur ab honore reuerentiali præstando Prælati ecclesiarum, tamquam sint maius luminare respectu ipsorum, Vnde admonendi sunt, ut debitam reuerentiam exhibeant ipsis Prælati, nam est de iuribus spirituales episcopalis, quod etiam a monasteriis debetur. capit. fin. in fin. arg. 18. quæst. 2. Nec possunt inconsultis ipsis episcopis laicis administrare sacramenta, quod si fecerint, sententiam excommunicationis ipso facto. (Summo Pontifici absolutione reseruata) incurrunt, ex decisione Clem. prim. de priuileg. & excess. priuileg. qui tex. notab. est, & vulgatus. quo etiam respectu, non possunt in sabbato maioris hebdomadæ, campanas pulsare ante ecclesias cathedrales, parochiales, vel matrices, ex lege

Conc. Later. sub Leon. X. sub pœna ducatorum centum, vt supra memi-
70 ni. lib. 1. cap. 14. post nu. 6. † Cum ta-
men de electione officialium in ipsis
monasteriis agitur, id curādum est, vt
superiorum norma obseruetur, vt cū
ēti per vota secreta eligātur, & eligē-
tium vota numquā publicentur, nec
in ipsis voces, aut suffragia abientū
supplere possunt, aut debent, ex con-
stitutione eiusd. Conc. sess. & tit. c. 6.
adiecta ibidem pœna, si secus factum
fuerit, & de nullitate electionis, & in-
habilitate electi ad omnia officia. in
§. si vero contra. cū obligatione alia-
rum pœnarū forsā impositarum p
regulares constitutiones, quæ non re-
mouentur, cum Concil. non dicat. †

71 Quæ omnia recte geruntur, cum ca-
pitula in ipsis monasteriis sæpius (vt
debent) frequentantur, vt quæ ad ob-
seruantia regularis vitæ pertinent,
obseruentur, eo. c. cum ad monaste-
rium, quod etiam in cap. 1. §. omnis,
eius. sess. Conc. statutum est: Omnis
cura, & diligentia a superioribus ad-
hibeatur, tam in capitulis generalibus
& prouincialibus, quam in eorum vi-
sitationibus, quæ suis temporibus fie-
ri non prætermittantur: legendo re-
gulam pro eius obseruantia, singula
discurrendo, quæ firmam reddunt ip-
sam regulam, non ociose tractando.

72 † In quibus capitulis nouitii non in-
terueniunt, quia propter professio-
nem non factā laxioris vitæ esse so-
lent. Abb. in c. vidua. n. 7. de regul. ex
tēx. notab. in c. cum ex eo. §. in eccle-
siis. de elect. lib. 6. maxime in perti-
nentibus ad substantiam regularis vi-
tæ, ex cuius inobseruantia totum cor-
ruit ædificium. eod. c. 1. in fine. Item
ex alia causā, quia monachi velle, &

nolle non habent, secus ipsi nouitii,
qui retinent testamenti factionem,
& dicuntur esse in dubio, scilicet in
statu pendenti, quia possunt redire
ad seculum, vnde nouitium pro lai-
co magis haberi dicimus in quæstio-
nibus iuris, plura congerit Andr. Tira-
quell. de vtr. retract. lib. 1. §. 1. gl. 8 nu.

73 20. † Et vt omnes magis in Dei ti-
more versentur, atque contempla-
tioni cælestis vitæ dediti sint, sanctis-
sime innouatum est, vt in ipsis mo-
nasteriis Lectio sacræ scripturæ ha-
beat, ex qua ipsi regulares, & sibi,
& aliis vtilis reddantur: in cuius
prouisione si ipsorum monasterio-
rum superiores desides fuerint, sup-
plebit episcopus loci, vt omnino
habeatur, iuxta nouissimum decre-
tum ipsius Concil. Trident. sess. 5. de
reform. capit. primo. §. in monaste-
riis quoque monachorum. Vbi ta-
men commode fieri poterit, & in
aliis conuentibus regularium, in qui-
bus studia vigere possunt, similiter
ipsa lectio sacræ scripturæ compleat-
tur de dignioribus magistris assignan-
da. §. in conuentibus, de cuius lectio-
nis utilitate satis diximus supra lib.

74 primo, capit. 17. † In collationibus
vero Dignitatum, aduertendum est,
vt dignitates, & Prioratus in ipsis
monasteriis, etiam si non sit in eis cu-
ra animarum annexa, vt non con-
ferantur, nisi habentibus 25. annos.
& si non sint in Sacerdotio, infra
annum faciant se promoueri, prout
in Constitutione ipsorum cauetur,
namque per ætatem, quis magis di-
scerenti accedit. Vnde in reformat.
fratr. seru. Beat. Mar. ita sanxit Pius
Quintus Pont. Maxim. *Nullus ad
aliquem gradum promoueatur, nisi
etate*

etate, vita, probitate, & litteratura prestans fuerit, & in eis probatus per examen diligens a priore generali, seu ab alijs, qui per eum huic muneri ordinabuntur faciendum, deinde in capitulo generali publice iterandum. † Ipforum etiam beneficia (ne sit dispar professio gentium) non nisi personis eiusdem professionis, spectatae item vitae, & sanctitatis conferantur, ex praescripto eiusdem Sacri Conc. eodem titul. cap. 21. Vbi omnes infra annum ad ordinem requisitum promoveantur, ex alio item decreto ipsiusmet Conc. sess. 22. de reformat. cap. quarto. Quod etiam in omnes clericos procedit, iuxta ibidem dicta, & ubi constitutio Clem. 2. de aetat. & qualit. innouatur, ad quod primum est omnino videre Abb. in c. ea, quae. num. 10. de cappell. monachor. & in cap. cum ad nostram cum gloss. de elect. † Sed illud est praecipue in materia adnotandum, & seruit ad multa, quod quis infra annum promoveatur, ad ordinem requisitum, respectu alicuius ecclesiae obtentae, seu beneficij, quod hic annus incipit currere a tempore adeptae possessionis, pacifice, & quiete, ead. clem. s. illi, & gloss. in verbo impedimento, cum seq. vel per ipsum ordinatum steterit, quo minus pacificam haberet possessionem, ex decretali commissa. s. annus, de elect. lib. 6. & alia in cap. licet episcopus, lo. 2. de praeb. lib. 6. Annus tamen debet esse completus in totum, & ratio assignatur, quia in ultima die posset obtineri dispensatio ex alia causa a superiore, docto. eodem cap. commissa in materia ordinum de vno ad alium. in sess. 23. de reformat. cap. 12.) alias elapso anno

vacat, ipso etiam non vocato, & confertur, si tamen pacifice possedit. Et hoc verbum pacifice possidere, notandum est, cum consideratione, semper dignum dicant Sacri Canones, & Concil. Trident. vtitur, eadem sess. 33. de reformat. cap. 2. post princip. dum dicit pacifice possidere. † Et tunc dicitur quis pacifice possidere, cum libere in beneficio curato, seu non curato, aut in alio gradu exercet officium suum, not. doctor. in ipsa clem. 2. & Archid. in c. in nomine domini. 23. distinct. Inde dixit not. Fel. in cap. cum Ioannes num. 33. de fide instrument. quod tunc dicitur pacifica possessio, cum cessat omnis controuersia iudicialis, vel extraiudicialis, iuris, vel facti, & sic intelligantur illa verba, in cap. cum olim. de dolo. & contum. pacifica possessione gaudere, & vide bene per Beroum, post Deci. & Abb. in cap. si quis, de confirm. vtil. vel inut. num. decimo, ubi facit differentiam inter iustam, & pacificam possessionem, & faciunt quae diximus in famil. singul. in littera P. nu. 69. vel pacifice percipiendo fructus, aut maiorem partem ipsorum, & gl. tenet quod etiam teneatur promoveri, licet fructus non percipiat, ex quo habet exercitium curae, ratione cuius, ordines suscipere debet, in cap. si tibi concesso, de praeb. lib. 6. & si recipit, & non promouetur, tenetur ad restitutionem, si in conscientia nolebat se ordinari, per dict. cap. commissa, in fine, ad quos restituendos non tenetur, si postea penitentia ductus, promouetur per eundem text. † Nec est ferendum quod quidam Praelati in canonicos suae ecclesiae secularis, monachos promo-

ueant per cap. super eo, quod quæsitum, de regul. nec potest in eis cadere dispensatio episcopi, secundum Cardin. quia in vno officio non debet esse dispar professio, c. in noua. 16. q. 7. & est communis opinio. licet gl. in c. quorundam. 74. dist. dicat respectu præbendæ tantum, intuitu propriæ utilitatis, vel nisi ibi loquatur, quod ecclesia cathedralis erat regularis, sed ad dignitates, vt episcopus, & collegiatam ecclesiam, atque præposituram omnes consentiunt, de quo plenissime, Dom. Cardin. de Turr. Crem. in cap. si quis, 58. distin. vbi, & ad prædicta multa videri possunt. † Attamen hodie nona decisio sacri Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 11. incapaces ipsos reddit ad beneficia curata obtinenda, ac etiam non curata, Sed in ordine ipso sub superioris obedientia in claustro maneant, nec conuenit per alia extra manere, vt si quis non bonus inter monachos quomodo inter clericos? quia. *Alia causa monachi, alia clerici oues pascunt, ego pascor, illi de altari viuunt, mibi securis, quasi ad radicem infructuosæ arboris ponitur.* In cap. alia causa. 16. quæst. 1. differt item regimen, & conuersatio monachorum a modis clericorum, illi in strictione regula, aij in illa Beati, vt se ipsos mutare vix possent. † Vnde cum monachus sit rector alicuius ecclesiæ, quæ sit subdita pleno iure Abbati, se conformabit in omnibus cum sua regula, sed in ecclesia pertinente ad episcopum, præter tria substantialia, se redet conformem cum clericis, cum quibus viuit. Vbi tamen commode fieri potest bonum esset, quod habeat alium monachum socium. Innoc.

in cap. quod Dei timorem, de stat. monac. D. Flor. eod. cap. 6. §. 8. quasi in testem suæ regularis vitæ, & cum quo conferat solita obseruari ad regulam, alias assumat normam ab ipsis clericis, de pertinentibus, non solum ad ecclesiam, ad quam assumitur, sed ad modum vitæ, & regulæ, sed vide doctrinam San. Thomæ. 2. 2. quæst. 187. ar. 8. † Quando autem ipsi monachi ad Pontificales Dignitates, & alias ecclesias maiores assumuntur, non officium iuxta primum institutum dicere habent, sed iuxta ritum ecclesiæ, ad quam promouentur, per cap. illa. 12. distin. & Sanct. Thomam proxime citatum, & firmat idem D. Card. de Turr. Crem. 91. dist. in sum. num. 12. vbi dicit, secum fuisse dispensatum per Eugenium Papam, cum fuit creatus Cardinalis, vt continuaret officium Prædicatorum sancti Dominici suæ professionis, (& est tex. cum gloss. optima in clem. dignum. de celebr. Miss. vbi not. familiares DD. Cardinalium, & episcoporum etiam regulares posse dicere officium ad modum, & normam ipsorum prælatorum.) † Ampliando idem esse, si ad regimen ecclesiæ parochialis fieret promotio in casu præmissio, numero 23. & in cap. quando num. tertio; 38. distin. & hoc summa ratione, cum astringantur legibus, & statutis ipsarum, ecclesiarum, ad quas promouentur. argum. not. prima quæst. septima, cap. conuenientibus. Non celebrare horas nulla causa facit, etiam studij, etiam si minora tantum potirentur beneficia, seu simplicia, & essent etiam in minoribus. solus enim Papa potest dispensare. argum. dict. clem. dignum. Episco-

Episcopus in nullo potest. Archid. in cap. fin. 92. distinct. Ioan. de Lignano in cap. 1. de celeb. Miss. quod optabat Ioan. Andr. vt dicit in dicto cap. 1. vt ratione studij ecclesia dispensa-

83 ret. † Item præscrutandum est, vt ad religionem libere veniat, non inuitus. Deus enim voluntarium militem eligit, nec filius debet proprios parentes relinquere, cum paupertate fuerint oppressi, vnde si filius inuitis parentibus ingrediatur religionem, reuocari potest ab ipsis infra annum, & diem. 20. quæst. 3. cap. puella. Do. Flor. in sum. tertia, part. tit. 16. cap. secundo. §. quarto, quod non procedit indistincte, sed vbi ante ætatem legitimam, namque si post, iam scit, quid, & quomodo est consultum saluti animæ suæ, contra opinionem aliquorum ad quamcumque ætatem extendentium, nec dicitur sublata dispositio text. cap. quia in insulis, de regular. vt vbi est strictior regula, sit tempus. 18. ann. sed adhuc considerandum est, per Mand. de ætat. mino. cap. quinto, num. 53. cum bona distinctione, si parentes sunt in necessitate viuendi, non possunt filij ingredi. San. Thom. in quodlib. ex illo Euang. Matthæ. cap. 15. vbi Christus reprehendit phariseos, qui religionis intuitu docebant filios subtrahere honorem parentibus debitum. Vel si Religiosi fraude eos traxerint ad religionem auiditæ bonorum, non fit transmissio bonorum, ad monasterium, sed quibus iura tribuunt, dentur, cap. constituit. 20. quæst. 3. Abb. & doct. in cap. in præsentia, vbi Felin. num. nono. de pro-

84 bat. † Cum vero fuerit clericus ingressus monasteriorum (nisi expræs-

se professionem fecerit) ante annum finitum, non est ipsius beneficium conferendum, sed expectari debet, cum iam possit ad seculum redire, ex rescripto Bonifac. viij. in cap. beneficium de regular. lib. sexto, vbi est bona gloss. per aliam decisionem, Alexandri Papæ Secundi, in c. Gonsaldus presbyter, decima septima quæstio. secunda, sed interim ne ecclesia hac occasione in spiritualibus, & temporalibus patiatur detrimentum, per opinio. gloss. eodem cap. beneficium, prouidendum est de alio idoneo economo, cum portione congrua assignanda, & reliqui fructus, vel conseruentur pro ipso, si redierit, aut pro successore, vel in ecclesiæ beneficium expendantur, quod dixi in famil. singul. in littera C. numer. 99. nec decisio caret optima ratione in se, (vel si ipse non haberet alimenta, monasterio dentur fructus, secundum Gemi. vide in c. statuimus eod. tit.)

85 † Vt videatur, si toto corde in monastica vita Deo seruire voluerit. Quia si ad ipsum quis in veritate conuertitur, non solum peccatum dimittit, sed æternam Beatitudinem dare paratus est. Aug. ser. 58. de temp. Est namq. inductus hic annus probationis in subsidium fragilitatis humanæ eodem cap. 2. de regul. & vt ille monasterium, ipsius mores, asperitates, aliaq. statuta regulæ experiri possit: tex. optimus in cap. ad Apostolicæ Sedis, eod. tit. Cum etiam canonica institutio interdicit, monachum ante vnus anni probationem effici, d. c. Gonsaldus, vbi dicit de clerico noto per annū, sed de clerico ignoto ad biennium, quod dictum repetit eadem gloss. in cap. desponsatam. 27 quæst.

quæst. 2. vbi si clericus intrauis cum episcopi licentia tempore probationis, potest petere priora stipendia, se-
 86 cus sine licentia. † Item quam maxime aduertendum est, ne libertates ipsorum monasteriorum opprimantur, aut a malis vicinis molestentur, fauor enim religionis multum militat, ne domus orationis, fiat domus negotiationis, vt dicit Dom. Matt. c. 21. quia nec temporalia negocia in ecclesia sua fieri dominus patitur, quod obseruari mandatur ab omnibus in decreto sacri Conc. sess. 24. de refor. c. 20. §. decernit itaq. ne vlla mala consuetudine, aut seruilibus oneribus subijciantur. cap. omnia talia, 12. dist. & in tit. de immu. eccles. vt suo loco
 87 dicetur. † Immo extenditur immunitas ipsorum monasteriorum, vt si qua domus sit contigua alicui monasterio, ex quo eidem necessaria reddatur, cogatur dominus ipsius domus, officio iudicis, etiam inuitus vendere ipsam monasterio, Doc. in e. 1. de rer. perm. & sic exequutum testatur Affl. iuxta communem opinionem in prelud. Const. regni. q. 3. nu. 11. Nam, & vicini possunt reddere ecclesiam in multis damnosam, vel propter conuersationem non decentem, vel ex multis impedimentis, vt remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus, ipsi monachi diuinum opus, cum summa deuotione animi perficiant,
 88 c. luminoso. 18. quæst. 2. † Circa vero quietem mentis, id præcise cauendum est, ne in claustris ipsorum monasteriorum mulieres ingrediantur: non enim potest in toto corde cum Deo ambulare, qui feminarum accessibus copulatur. 32. dist. cap. hospitiosum., namq. conuersatio mulierum est reli-

giosis materia fornicandi, vnde dixit ille doctus.

*Oleum nutrit lucernam, & ignem
 luxuria confabulatio mulierum.
 Magis appropinqua igni ardenti,
 quam mulieri nouella.*

Et dicitur omnibus religiosis, fugiatq. quisq. confabulationes mulierum, si castus esse vult, & ne tribuat eis fiduciam, aliquando præsumere, in suo conspectu comparere, Aluar. Pelag. lib. 2. de plan. eccl. c. 75. quia si all-sapientiores decepti sunt, & ipse cum & mulieres auerterint cor Salomonis, vt sequeretur Deos alienos, vt ad Idolatriam peruenerit. 3. Reg. cap. 1. oblitus verbi, ne initaris propriæ prudentiæ, c. 5. de const. 32. q. 4. cap. Salomon, vnde dicunt doct. postea pænitentia ductum fecisse pænitentiam, in eod. c. 5. incip. ne initaris, vbi Felin. nu. 5. & dicit B. Hieronym. librum eccl. esse Salomonis pænitentiam agētis, probat ex pluribus ipse Alua. Pelag. lib. 2. c. 45. col. 2. posuit vnum verbū Cassan. in sua glor. mundi 3. par. 11. Confid. in fine. Ideo Religiosi tria debent fugere in mulieribus, si castitatem seruare volunt: aspectum earum, quia est porta, per quam multa noxia præsentantur, quæ mentem illaqueant; item, si equens familiare colloquium, cum in scriptura mulier dicatur assimilari rethi, igni, & gladio acuto. Item, tertio vitari debet munerum interuentio, quia sæpius munera castitatem corrumpunt. D. Flor. in sum. 4. partit. 4. cap. 6. §. 2. in fine. (Vnde quatuor dicuntur esse prohibita mulieribus publice viros docere. 1. ad Tim. c. 2. docere autem mulieri non permitto, in ecclesia loq., vel prophetizare.

re.

re. 1. ad Corin. 14. mulieres in eccle-
 siis taceāt. Tertio viro præesse. eod. c.
 2. neq. dominari in virū ad Ephes. 6.
 mulieres viris suis subditæ sint. Quar-
 to sine velo orare. ad Cor. 11. nō decet
 89 mulierem nō velatā orare.)† Quod
 de mulierib⁹ ne claustra monasterio-
 rum ingrediātur, expresse prohibuit
 Pius V. per suum breue incip. regula-
 rium personarum. 1566. an. 1. & reuo-
 cando licentias cōcessas, & id grauif-
 simis censuris confirmauit. D. N. D.
 Gregor. XIII. Pon. Max. reuocans itē
 licentias concessas Reginis, & Ma-
 gnatibus, in suis litteris. sub die. 3. Iu-
 nii. 1575. an. 4. cum sit dictum mona-
 cho: *Hospitiolum tuum aut raro, aut
 numquam mulierum pedes terant.* d.
 c. hospitiolum, vbi ēt quod fæmina.
 fit sancta, non est diligenda corpora-
 li frequentia, lege vitas sanctorū pa-
 trū, & edificatiōem animæ accipies.
 & vide Conc. Turon. 2. can. 7. Alph.
 Aluar. in Speculo c. 23. post princ. †
 90 Et quia religiosis omnis debet tolli
 suspitio, cum non solum a malo, sed
 etiam a suspitione mali cauendum
 fit, de iud. cap. cum ab omni & dicit
 text septimæ synodus, vt excludatur
 omnis nefanda suspitio. in omnibus
 obseruari cōuenit, vt certus quis, &
 certo tēpore, & certo loco, & certis
 personis, vel apparere clericus, vel lo-
 qui debet cum mulieribus cap. in om-
 nibus. 81. dist. & peccat non remo-
 uendo suspitionem, vt discurret Mar.
 Nauar. in suo Man. cap. 14. maxime,
 nu. 30. & 18. quæst. 2. cap. diffinimus.
 hinc etiam monachus non potest fa-
 cere commatres. de conf. dist. 4. cap.
 non licet & in cap. monachi. nisi epi
 93 scopus fiat, quia liberatur ab hoc, si-
 cut a multis aliis, vt supr. Dom. Card.

de Tur. Crem. in c. 1. num. 2. 18. quæst.
 1. Aluar. Pelag. de plānt. eccl. lib. 2. c.
 17. † Sed in mutua percussione inter
 ipsos monachos habetur considera-
 tio, vt absoluantur ab Abbate, cum
 ipsius discretioni subdantur, & si Ab-
 bas deest, supplet episcopus, non e-
 nim ipsi pro mutua percussione mit-
 tuntur ad Papam, & sedem Apostoli-
 cam, iuxta not. in cap. 2. de sent. ex-
 com. nec fit differentia si percussio
 est in claustris, vel extra claustra, cum
 indifferenter Abbas absoluat, & per
 eius defectum episcopus, communi-
 ter Doct. in c. officii. vbi Mar. Socc.
 nu. 128. de sent. excom. licet ex men-
 te Io. Andr. sit consilium, quod epi-
 scopus ad remouendum dubium, re-
 mittat Abbati, & hoc dictum amplia-
 tur etiam in monialibus exemptis, ex
 quo est monasterium in diocesi. arg.
 cap. graue de offic. ordi. & in eo c. of-
 92 ficii. n. 11. † Similiter in appellatio-
 nibus non datur alio recursus ab Ab-
 bate, nisi ad proprios superiores, præ-
 ter Abbatem secundum quid exem-
 ptum, sed respectū alicuius membri
 ecclesiæ non exemptum, eo namq.
 casu, cum respectu non exemptionis
 tractatur, ad episcopum habetur ap-
 pellandi aditus, arg. not. per Doct. de
 priuil. cap. ex ore. per c. autoritate;
 cod. lib. 6. quia loquendo de exem-
 ptionibus, sumus in materia, quæ est
 contra ius. 3. dist. cap. priuilegia. ideo
 debet fieri stricta interpretatio, dum-
 modo verba aliquod conferant, de
 verb. sign. cap. Abbate. ex quo in ipsis
 quodlibet verbum appositum debet
 aliquid operari. c. si Papa. de priuil.
 93 lib. 6. † Et licet aliqua consuetudine
 Abbates fulciti primum minores or-
 dines, & primam tonsuram confere-
 bant.

bant per cap. Abbates, vbi Ioan. And. de priuil. hodie secus per decretum Conc. Tri. sess. 23. de refor. cap. 10. in prin. cum qualitate, vt ibi, scilicet in fines alicuius diocesis, etiam si nullus, alicui, qui regularis sibi subditus non fit, nec clericis secularibus litteras dimissorias concedere (& per illum text. in prin. ibi. *Ac alijs quibussumq; quantumuis exemptis.* Dom. Card. Neapolit. de Aretio suspendit omnes promotos cum litteris dimissoriis, siue Matoris capellani, siue prioris sancti Ioannis Hierusal. seu quorumcūq. priuilegiorum regionū, quousq. a Sede Apolitica dispensationē obtinerent,) & notanda sunt et verba Conc. *Non obstantibus priuilegijs, prescriptionibus, seu consuetudinibus etiam inmemorabilibus;* quæ dicta faciunt ad multa, vt alibi dicimus. †

94 Sed ad congregationes clericorū monachi ratione exemptionis venire nō coguntur, nisi populum haberent, nā eo casu, ad synodum episcopi accedere debent, non respectu sui, sed ratione populi, qui episcopo subest. Innoc. in d. c. 1. de stat. monach. quia est de lege diocesis, vbi notatur, quid differat esse, de lege iurisdictionis, vel diocesis, de quo dixi latius in tract. de dignit. eccl. cap. 6 post. Henr. de Bott de syn. epif. 2. part. in alijs secus quia sunt in suis, vt episcopi. Innoc. in c. 1. de cler. peregr. Fel. in c. decernimus. de iudic. & in c. pastoralis de offic. deleg. † Item est videndū, si in ipsis monasteriis sint infirmariæ communes, vt cum fratres non bene se habuerint, possit eis prouideri, iuxta cuiuscumq. gradum, ac qui eis sint præpositi infirmari, & de communi, & de occurrentibus necessitatibus,

charitatiue prouideatur. & circa animæ, & corporis salutem, nec eos pœniteat religionem intrasse, ex defectu necessario occurrentium. in ea. cōst. §. in omni, expræsse cauetur, vt cum medico corporis, adhibeatur item. medicus animæ; & cum fuerit eis de spiritali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remediū salubrius procedatur. capit. cum infirmitas de pæn. & remis. † Nec desint maxime in locis magnis Magistri nouitiorum probati vita, & honestate, & doctrina qui ipsos nouitios instruere possint in Grammatica, Logica, Philosophia Theologia, Cantu, & simil. prout hæc ordinauit Benedictus XII. in reform. regula. & Pius Quintus in reformat. frat. seru. B. Mar. §. in iisdem. vbi nouitii ipsi, e loco nouitiatus exire non debent, nisi ad ecclesias, refectorium, vel publicas processiones, & interdū ad aliquam honestam recreationem, cum fido tamen custode, vt ibidem cauetur, & hodie multi religiosi obseruant (licet nouitii non debeant accipi, nisi in conuentibus insignioribus, in quibus dormitorium, & capitulum seorsum habeant ab alijs, in constit. Pij Quinti; super stat. conuent. frat. Sancti Fran. incip. illa. nos. 1563. an. 3.) † Item silentium seruari certis horis in ipsis monasteriis statuendum est, in claustro, oratorio, refectorio. eod. cap. cum ad monasterium, & necessarium esse dicit Flor. in sum. 3. part. tit. 16 c. 8. §. 7. id enim non nocet corpori, & prodest animæ Abb. in c. cum causa de iudic. & dixit Philos. 1. Politic. quod silentium causat ornatum, Hiero. Tre. cap. 3. *Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuabit se super se.* Eccl. cap. 4.

Tempus

Tempus tacendi. Scilicet, discendo obserua, namq. proprium est esse solum in silentio narrare Dei laudes, (& silentiarij in lege erant de officilibus Principis multis gaudentes privilegijs, C. de silen. & decur. eor. in 98 ru. ro, & nigro.) Ipsi vero religiosi omnes quocumq. nomine fuerint, silentium obseruantes, obliuisci non debent id muneris præcipue habere, vt obedientiam suis superioribus præstent in omni signo, quod proprium est religionis. vide 8. q. 1. c. sciendum, Præstat enim ipsa quam vittima. 1. Reg. c. 5. Quia per vittimas alienacato, per obedientiam propria voluntas mactatur, quam complecti deuotius debent, ne alijs scandalum præstetur iuxta dicta in sel. 14. Conc. Trident. de refor. c. 1. festinanter obediendo, c. si inimicus, 93. dist. obtemperando quidquid sibi fuerit utiliter impartatum, c. summa 23. q. 1. vt sic in ea humilitate obedientiæ gratius sit opus 99 eorum. Cum enim dominum Nostrum Iesum Christum sequi, eorum, & nostra fit professio; quis eo magis obediens? *Qui humiliavit semetipsum, factus obediens vsq. ad mortem mortem autem Crucis.* ad Phil 2. *Qui & cum esset filius Dei, dicit ex his, quæ passus est obedientiam.* Ad Hebr. c. 4. *Vnde per suam obedientiam iusti constituuntur multi, sicuti per vltimam inobedientiam, peccatores constituti sunt multi.* Ad Rom. 5. c. et si omnes Christiani ad id obligantur, fortius religiosi tenentur, qui obedientiam, vt firmamentum regulæ, ex expresso voto habent. Aluar. Pelag. de planet. eccl. lib. 2. c. 51. col. 3. Floren. in sum. 4. par. ut. 5. cap. 11. per totum, cum fiducia in Deum, qui obedientibus

legi suggerit adiutorium; Cypri, in 100 tract. de sing. cler. Item non prohibetur monachus, seu religiosus, generaliter loquendo, (exceptis videntibus in strictissima regula) alicui prælato pro vicario seruire, militare. n. dicitur in diuinis obsequijs, dum tamen sui superioris ad sit licentia, prout Domi. de rota, de offi. vicar. in antiq. decil. 3. concludunt, & D. Card. cum gl. in c. si quis. 58. dist. sentit etiã, sine licentia Abbatis, quia sicut eo inuito potest quis constitui cubicularius episcopi, sic, & Vicarius, dicens aliud esse in fratribus medicantibus, quod verbum inuit o. Abbatem durum videtur, & vide Const. Pij V. Pontif. Max. incip. quecumq. sacrarum religionum. 1569. an. 4. vbi loquitur religiosum extra claustra non esse præter dispositionem iuris cõis. 9. de nobis. Et Monachos in conuentu eligere debet superior, quos viderit cultui diuino deditos, & monasterio proficere, eosq. de cõsensu cõuentus, seu fratrum monasterij, iux. notata a gl. per illum tex. in c. si. de reg. lib. 6. hodie generaliter in capitulis, & cõgregationib, prout fere de cõsuetudine videre est obseruatũ, licet Abb. in c. ad Apost. eo. tit. n. 1. 2. dicat aliter, q. tenetur requirere cõsiliũ, nõ aut sequi, ex eo, q. ipse solus põt, & non capitulũ per se, q. nec vacante Abbate, remouendo abusu in laicos requirendi, tãquã in spiritualibus posse se intrintere, quod est cõtra sacros canones, vt supra in pluribus locis est dictum. 102 Ad Abbatis n. iudicium refertur, ex ea ratione principaliter, quia Abbas habet cuiã, & regimen totius monasterij, & in spiritualibus, & temporalibus, per c. nullam. 18. q. 1. ipse. n. officiales

103 officiales, & alios administratores ad libitum ponere, & deponere potest, iuxta text. Concil. Trid. hoc tit. c. 2. §. administratio autem, & hac sententia vti videmus hodie omnes fere Generales ordinum, excludendo suffragia laicorum, nisi essemus in monasterijs aliquibus, sub protectione Regum existentibus, quorum respectu nihil immutatur, nec eis præiudicatur, vel vbi in aliquo monasterio essent magis expresse Constitutiones.

103 † Vltimo pro complemento cum satis longo sermone vsi fuerimus, nõ est mirandum, si ipsas Religiones variare videmus in modo viuendi, & profitendi, etiam vsus regulam, vt S. Benedicti, B. Augustini, &c. non per hoc dicuntur diuersificari, omnes enim quo ad tria illa substantia lia conueniunt, scilicet votum paupertatis, continentie, & obedientie, variant tamen circa diuersos fines in termedijs, vt maiore regulæ, & asperitate vitæ, in aliquo maiori vi-

uendi commoditate, & magis placido modo, inducatur diuersitas regulæ, iuxta not. in c. sane de regul. quod vtiq attendendum est, si omnia priuata meua regulæ restitui possunt. † Sicuti Pius V. Pont. Max. in sua const. incip. ea est 1568. an. 3. reformauit tertium ordinem S. Francisci, extinguendo officium ministri, Vicarij, & generalis visitatoris, ipsumq. ordinem submittendo ministro generali, & officialibus fratrum Minorum de obseruantia, cum alijs, vt ibidem cauetur, vnde in omnibus sic tractandum est, vt ad congruam monasticæ vitæ disciplinam reducantur, ex doctrina sanctæ Synod. Trid. ead. sess. 25. de regul. c. 21. & quam plurimum utilitatis Reipublicæ Christianæ afferunt bene institutæ, & institutis suis conuenienter viuentes Religiosorum Constitutiones. vide multa in alia constitut. eiusdem Pij V. super emendatione Ordinis humiliatorum. incip. quantum, 1567. anno 2. &c.

DE CAPELLIS MONASTERIORVM.

CAP. DECIMVMSEXTVM.

SYMMARIVM.

- 1 Monachi possunt regere ecclesias curatas, & qui eorum.
- 2 Capella an veniant appellatione ecclesiarum.
- 3 Monachi quot. modis possunt habere capellas, n. 4. 6. & an seculares, n. 7.
- 5 Ecclesie non potest imponi nouus census, nisi tribus concurrentibus.
- 8 Capellanus debet esse perpetuus ex dispositione Bonif. viij. Quod fallit. num. 9.
- 10 Beneficia debent esse perpetua.
- 11 Capellarum monasteriorum presentatio spectat ad Abbatem.
- 12 Capellanus per monachos episcopo presentatus, quam portionem habebit.

- 13 Capellanus quomodo potest dici esse Rector.
- 14 Capella monachorum dicuntur regu- lares, sicut & beneficia regularia.
- 15 Episcopus an habeat spiritualia a capellis monachorum. nu. 16.
- 17 Episcopus potest committere curam animarum monachis.
- 18 Monachus non debet stare solus in capella.
- 19 Monachus presentatus per Abbatem episcopo, & ab ipso institutus, non potest amplius remoueri per Abbatem. Et quando ex causa legitima,
- & que sit. num. 20. Et a quo possit puniri, & priuari. nu. 21.
- 22 Episcopus quando se intromittet in ecclesia parochiali spectante ad Abbatem pleno iure.
- 23 Institutio differt a Confirmatione.
- 24 Ius patronatus an cadat in capellis Religiosorum.
- 25 Confirmatio qualiter fiat.
- 26 Intellectus, c. fin. de elect. lib. 6.
- 27 Capellanus quomodo libet institutus tenetur ad horas canonicas.
- 28 Episcopus qua inquires visitando ipsas capellas.

Cum dixerimus supra, quod ex consuetudine, seu priuilegio possunt monachi habere curam animarum, & frequenter videmus, in quo ab episcopis visitantur, id autem plerumque per capellas distinctas apparet, ideo, & de capellis monachorum subiicimus congruenti ordine. Unde primum notandum est, quod inquit S. Ambrosius relatus a Gratiano in cap. doctos. 16. q. 1. Quod monachi possunt regere ecclesias curatas, omniaque necessaria administrare, quod, & Gregorius confirmat in cap. ex autoritate. ead. caus. & quod sub his verbis. *Ex autoritate huius decreti, quod apostolico moderamine, & pietatis officio a nobis est constitutum, sacerdotibus, monachis, apostolorum figuram tenentibus, liceat predicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, penitentiam imponere, atque peccata soluere.* Sed id procedere in monachis claustralibus, seu ecclesiis regularibus praefectis, non autem indistincte iuxta determinationem Urbani III.

in cap. 1. de capell. mon. ubi si monasterium habet capellam cum populo, ponit capellanum, ab episcopo tamen instituendum, cuius arbitrio ordinatio, depositio, & conuersatio pendet, & hodie clarius respectu ipsius curae animarum, & administrationis sacramentorum, ex Generali decreto Sac. Conc. Trid. sess. 25. de regular. cap. 11. etiam, quod capellanus sit ad nutum amouibilis. §. nec ibi. eo. c. 1. Quae tamen capellae antiquitus non erat ecclesiae, dicit gl. in c. concedimus de consec. dis. 1. sed tuguria, unde opus fuit in illis dispensari, ut celebraretur, ex decreto Conc. Tribur. eod. capit. concedimus, sed ut supra hoc lib. c. 11. num. 2. 3. & 4. diximus, sunt hodie beneficia ecclesiastica, & veniunt appellatione ecclesiarum, prout notatur item in c. 1. de capell. mona. nec data exemptio alicuius monasterii, sequitur necessario exemptio capellae eiusdem, si aliter non est dictum. iux. not. in cap. ex ore, de priuileg. quia est vnum sine alio, & non necessarium ad aliud, & ex diuersis non fit illatio.

I. Papi-

l. Papinianus exuli. ff. de min. ergo ex
 3 præssio requiritur in ipsis cappellis. †
 Quas secundum gl. celebrem. 16. q. 2.
 in sum. monachi duobus modis pos-
 sunt habere, vel edificatione, vel col-
 latione, cū edificatione, ipsi habent in-
 stitutionem temporalium, & episcopus
 spiritualium ex cap. sane ead. quæst.
 in illis verbis. *Vt eiusmodi sacerdotes*
de populi quidem cura episcopi ratio- 6
nem reddant. Abbati vero pro rebus
 temporalibus ad ministerium perti-
 nentibus debitam subiectionem exhi-
 beant, & episcopus cognoscit de cu-
 ra populi. ex l. diœcesana, in aliis ma-
 net, ad plenū exēptio, vbi extat: Abb.
 in dict. c. cum ad monasterium, in c.
 4 Theodosius de stat. mona. † De tem-
 poralibus vero iuxta solitū censum
 Abbati soluendo, non autē ex nouo
 imponendo. ex noua decisione Lucii
 Tertii Pontif. in cap. significauit de
 censib. namq. Conciliū Lateranense,
 de quo in cap. prohibemus eod. tit. id
 expresse vetat. & vtrobiq. Abbas. quia
 esset alienare, quod prohibitum est,
 nec solitum rectoris nocet, ex quo ec-
 clesiæ non potest præiudicare. in c.
 præterea eo. tit. per Abb. licet tempo-
 re foundationis possint patroni impo-
 7 nere approbante episcopo. cap. eccle-
 siis, cap. nobis, de iur. patr. supra hoc
 libro cap. 10. num. 5. & impositum
 augere non licet, quia esset de nouo
 addere. ibid. & per Abb. in cap. grauis
 de censib. † Ad contraria potest dici,
 5 quod tria requiruntur, vt nouus cen-
 sus possit ecclesiæ imponi. Primo in-
 terueniat autoritas episcopi iuxta.
 eundē tex. cap. significauit. Secundo
 quod subsit iusta, & legitima causa,
 c. cum clerici eod. tit. Tertio, quod ca-
 pitulum consentiat. not. in c. tua, &

cap. pastoralis de his, quæ fiunt a Præ-
 lat. de quo plenius Do. Card. Zabari.
 in cle. i. 27. quæst. de reb. eccl. non
 alien. Petr. Foller. in pract. censu. in
 verb. huiusmodi. nu. 17. cum seq. cau-
 sam iustam, necessariam requirit etiā
 text. in cap. vnico. in fine. vt eccl. be-
 nef. sin. dim. confer. vt ratio assignan-
 da si posteris profutura, eod. cap. in
 princ. † Si vero capellas habent ex
 6 fundatione, & ex doctrina eiusd. glo.
 subdistinguitur, aut sunt collatæ ab
 episcopo, cum certa forma, vel om-
 ni iure, vel simpliciter, declarando,
 vt ibidem, & per Abb. in capit. de
 monachis, de præb. vel a patrono, &
 id ius transfertur, quod ipse habet.
 per regulam. l. nemo plus. ff. de reg.
 iur. & Abb. in dict. cap. de monachis
 reducit ad quinque modos, post. nu.
 5. quo ad ius patronatus tantum. In-
 stitutionem tituli collatiuam. Tertio
 ad institutionem authorizabilem,
 item quoad temporalia tantum, &
 quinto quoad temporalia, & spiritua-
 lia, qui eis pleno iure subsunt; De ter-
 tio modo ad differentiam episcopi,
 qui habet ecclesias subiectas, quoad
 7 vtramq. institutionem, cap. omnes Ba-
 silicæ. 16. quæst. 7. † Et id vtiq. mi-
 rum esse non debet, etiam in eccle-
 siis & capellis secularibus, iuxta gl. in
 alleg. cap. de monachis & per Abb.
 nu. 10. quo ex quattuor contingere po-
 test, donatione laici, accedente epi-
 scopi consensu, donatione ipsius epi-
 scopi. ex propria fundatione, supra.
 num. 3. vel 4. ex ipsa translatione iu-
 ris patronatus, quos modo ibidem
 examinat Abb. quomodo ipsas pos-
 sunt habere pleno iure, cum institu-
 tione, & destitutione libera, idem
 Abb. in c. cum, & plantare. de priuil.
 notan-

notando verba concessionis, si generaliter cum verbis pleno iure, aut simpliciter per cap. pastoralis, de donat. signando illa verba destituere, & instituire, quod illius est destituere, cuius est instituire, contra opin. Io. de Deo lib. 1. quest. 27. Moderni in cap. 1. eod. tit. lib. 6. † Sed est notandum, quod dictum est supra n. 1. in fi. quod episcopus videt de iure ipsas capellas, etiam capellano amouibili per decretum Concilii, quod per illud verbum amouibili, non reuocatur constitutio Bonifacii viij. in ipso cap. 1. ubi disponit in his capellis monachorum populum habentibus, capellanum presentandum ab ipsis, & ab episcopo instituendum debere esse perpetuum, & sic iura iuribus concordentur, eorumque correctiones euitentur; cum iam substineri possunt c. cum expediat. de elect. lib. 6. C. de inoff. donat. l. vnica, quod verius est, quam ut alii intelligebant, quia posteriores leges ad priores pertinent. l. sed & ff. de legib. † Sed non procederet primum dictum, si ipsa ecclesia, aut capella spectaret ad mensam Abbatis, seu conuentus, in qua non procedit dispositio eiusdem. c. 1. quia potest capellanus temporalis poni, & ad libitum remoueri, iuxta dicta in eod. Conc. in illis verbis. *Etiam quod capellanus sit amouibilis.* Vel si essent domus, in quibus generales primariam sedem habent, seu etiam iurisdictione episcopali & temporali in parochiis, & parochianis vterentur, iuxta decisionem text. prefati Conc. Trid. eo. c. 1. §. nec ibi, vers. *Et exceptis saluo tamen maiori iure episcopum, si quod eis competeret.*

10 §. saluo. † Illud autem Bonifacii dictum verum est, quia generaliter be-

neficia ecclesiastica nequeunt dari ad tempus, ex not. in tex. & glo. in cap. veniens in glo. fi. de fil. presbyt. & eo. cap. nisi de ordine Summi Pontificis. 7. quest. 1. cap. temporalis cap. precepta canonica. 55. dist. Nam in qua ecclesia quis intulatus est, in ea perpetuo maneat. c. sanctorum. 70. dist. & quod episcopus non possit ad tempus dare, sed solum ad Papam spectet, est tex. clarus cum glo. in cap. gratiosæ de rescr. lib. 6. ex quo text. nota differentiam esse, si Papa concedat gratiam ad suum beneplacitum, quod mortem sua expirat, & si concedat ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, quæ ex quo numquam moritur, semper durat, vide ad plenum ibi per Doct. † Et quotiescumque in aliqua ecclesia, cuius presentatio ad Abbatem spectat, fundantur capellæ sine aliqua reservatione a fundatoribus pro ipsius facta earum presentatio similiter ad Abbatem pertinet, non autem ad episcopum, cum ius Abbatis procedat etiam in illis, quæ sunt infra suam ecclesiam, quæ est ipsius pleno iure. ex conclusione Domini. de Rota decis. 26. de iur. patron. in antiq. ad quod faciunt multa, quæ in alio simili casu diximus supra hoc lib. capitul. primo, num. 16. Abb. & doct. in ipso c. de monachis de præb. † Ceterum ipsi capellano, seu Vicario per monachos presentato, & per episcopum instituto, dabitur portio capellanicæ (quando redditus sunt.) ex ipsius fructibus, arbitrio tamen ipsius episcopi, ex generali decreto Conc. Trid. sess. 7. de reform. iat. cap. 7. & sess. 25. de reform. capit. 16. nec obstat constitutio Pii V. Por. it. Max. inc. ad exequendum pastoralis officii debita

Y

debitum, sub anno 1567. Pontif. sui secundo, per quam certa est determinata portio, cum ad primam decisionem cons. supra alleg. reducerit Dominus N. D. Gregorius XIII: Pont. Max. in suis litteris, in tanta rerum, 1572. anno primo, de quibus litteris

13 supra plurimè meminimus. † Qui capellanus in ipsis capellis per Abbatē præsentatus, ab episcopo institutus, respectu curæ animarum, potest non solum capellanus denominari, sed etiam rector parochiæ, prout dicit Abb. in c. 1. nu. 2. de secund. nupt. cū omnia administret, sicuti, & alius parochus, & omnium suæ capellæ curam habere dicitur, & cognoscitur. vnde bene ordinauerat Bonifac. viij. ipsum debere esse perpetuum, per eundem tex. c. 1. eod. tit. in 6. & supra est dictum, qui respectu ipsius curæ animarum, nulla prorsus potest assignari, quasi differentia, præter pendentiam ab alijs in primo actu, & in secundo ab episcopo, quod vltimum

14 etiam in parochis militat. † Et cum capellæ in ipsis monasterijs sunt fundatæ, non seculares iuxta præsumptionem iuris, sed regulares dicuntur, ex notatis per omnes in cap. cum de beneficio, de præb. lib. 6. præter tamen consuetudinem, vbi adest, illas per seculares teneri esse solitum, vt dicunt Doct. per eundem tex. Sic etiam dicimus de eorum beneficijs, vt regularia dicantur, non secularia, & regularibus, non secularibus esse assignanda, ex alio decreto ipsius Conc. sess. 14. de refor. c. 14. & iterum sess. 25. de regul. cap. 21. circa princ. & §. quæ vero: Ideo beneficia solita regi per mortuos vnus monasterij, alijs nõ possunt committi, nisi per solum

Papam. cap. cum singula, §. prohibemus de præb. lib. 6. etiam quod sint curata, aut simplicia. melior tex. in c. possessiones. §. 1. de reb. eccl. non alien. in cap. inter quatuor de relig. dom. quamdiu monasteria per regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad seculares clericos transferenda, etiam si episcopus prouideret, supplendo negligentiam Abbat. quia non secularibus, sed regularibus cōferre debet, sicut ipse Abbas, si negligens non fuisset, cle. quia regulares, de suppl. negl. prel. ex illo vulgato dicto. Non est maior potestas penes eum, qui successit, quā penes primum, qui neglexit. Abb. eo. c. possessiones. † In ipsis aut capellis religiosorum, quando tamen pleno iure non spectant, seruetur dispositio Honorij iij. Sum. Pont. in c. conquærente de off. ord. Quod episcopi habeant canonicam obedientiā, subiectionē, & reuerentiam, institutionem, & destitutionem, correctionem, reformationem, & censuras ecclesiasticas, ac alia iura ibidem enarrata, quæ episcopalia dicuntur, de quibus amplissime dixi in tract. de iur. episc. in 1. p. Cum in dubio non præsumatur Summos Pontifices ordinariæ iurisdictioni derogare. Sicuti dicimus, in dubio non derogare consuetudini ecclesie, & loci, c. si. de cons. lib. 6. † Verum si in aliquo ex priuilegio, aut consuetudine, præfatæ capellæ episcopo non tenentur de iuribus episcopalibus, licet capellanus aliquid soluat de se, non præiudicat ipsis capellis, seu ipsarum superioribus, id non committentibus, vt dicit Henr. de Bohic. de præscript. c. vigilanti, in fin. Quia non opinio capellani, sed domini in hoc sequenda est

est, ex notabili sententia Vlpiani iuriscōsulti. in l. i. prope finē. ff. de itin. act. priu. cuius verba sunt directa in persona domini ad colonū. *Non. n. opinio tua, sed mea querenda est.* Et notandum est hoc dictum ad multa, quod etiam non procedit in iudicium domini capellæ, si ipsi capellanus aliquid p̄stando cōfiteretur esse debitū, si alias non fuisset solitū, ex alio text. ad propositum in l. certum. §. sed an ipsos ff. de confes. sed hæc dicta non extenduntur ad illū casum in facto, ubi soluit capellanus ignorāte Domino, & per prius expresse contradicēte certum quid episcopo, quia licet Domino inuito, aut ignorante, erat tñ debitum de iure, & alias consentiētibz prioribus Dominis, & tamen idem omnium capellanus; & cū tractaretur de exceptionibus, adherendum est ecclesiæ cathedrali, pro qua iura sunt, deberi ab aliis ecclesiis, episcopis iura determinata, murmuravit dominus intra se, & quærebat occasionem grauaminis, aut restitutionis, sed non stetit in decisio, & cōfirmatione, scientes pro certo, quod non respectu ecclesiæ fremebat ipse Abbas, sed quia cesserat causa, pro qua tacitum fuerat vsq. modo & c. †

17 Sed de materia loquentes non mirū videri debet monachos ipsos curam animarum habentes, plerumq. quæ principaliter apud clericos est, cum possit ex causa committi ipsis, etiam extra suas capellas, de voluntate episcopi, cōsentiente eorum superiore, vt quia clerici non sunt idonei, & sufficientes, ponatur monachus doctus, vita, exemplo, & doctrina, ostendens, qualiter in domo Domini oportet conuersari. not. Host. in sum. de stat.

mon. §. vtrum. verū in illis autem, de quo tractat ad plenum. gl. t. in cle. 1. in verb. secularis de elect. in c. quod Dei, de stat. mon. vel quia clerici sūt numero, pauci, populus vero numerosus, & distinctus, nec de facili ad vnam ecclesiā conuenire pōt, sic monachis committimus, vt pluries in facto obseruari visum est, maxime propter officium prædicandi, quod religiosi conuenit. c. 1. ne cler. vel mon. lib. 6. † Nec prætermittendum est cū alicui capellæ, cuius dominium Abbatis est, per monachum deseruiri solitum, etiam stante cura animarum, obseruetur decretum Honorii III. Sum. Pont. in c. si. eod. tit. quod monachus solus non stet, sed socium tenere compellatur, alias per clericū secularem illi seruiatur, cum Abbas monachum solum, per villam, & parochiam dimittere non debeat, contra constitutionem Conc. Later. c. 2. de stat. mon. dicit tamen Abb. not. in d. c. 2. esse verū, quando præponitur ecclesiæ, quæ est de monasterio, nec desinit esse obedientialis monasteriis: secus si promouetur ad aliquam ecclesiam, tamquam quilibet clericus secularis, ex quo non habet communionem cum primo monasterio, non tenetur Abbas dare sibi socium, per gloss. in clem. ne in Agro. §. ad hæc, eod. tit. & in cap. quod Dei. nu. 9. ip. somet tit. vbi examinat. † Et cum monachus, seu alius est per episcopum institutus capellanus in aliqua ecclesia ad Abbatis præsentationem, non potest amplius ab Abbate remoueri, sine causa legitima, non obstantibus quibuscumque, nec dicitur venire contra obedientiam, cum distincte procedat dispositio, etiā in ipsis,

Y 2 cap.

cap. i. eo. in. 6. vbi notatur illa regula ad quem pertinet institutio, pertinet & destitutio. supra. nu. 7. nisi in ecclesia spectante ad mensam Abbatis, & conuentus per gl. in clem. frequens. de excessi. prælat. Vbi quando ecclesia sit de mensa, licet concurrant omnia prædicta: sed tamen non possunt fructus in suos vsus conuertere, & 20 quando pleno iure, vel secus. † De causis autem legitimis poterit assignari vna ratio ex positis in c. 2. in fi. de stat. mon. si fuerit lapidator bonorum ecclesiæ, & capellæ, etiam ad petitionem laicorum. Feder. de sen. in conf. 95. vel si viuat in continenter, aut quid simile dignum remoueri, committat. Potest n. populus petere remoueri, parochum, si male viuat, quia eius interest, ne sub malo pastore periculum incurrat Abb. in c. q. Dei. nu. 1. de stat. mon. aut etiã pro necessitate maioris officii. de consilio fratrum cum tñ episcopo audito. iuxta not. per doct. in alleg. cap. i. eod. tit. lib. 6.

21 † Ex quo venit concludendum, quod si monachus positus ad regimen alicuius ecclesiæ curam animarum habetis ex institutione episcopi, delinquat potest per ipsum episcopum diocesana puniri, & priuari ecclesia, eiusque cura, sicut quilibet alius tuus subditus per not. in cap. postulasti. in sui decisione. de for. compet. notat Domin. eod. c. i. col. fi. vers. quæro. quia tex. & sequuntur moderni. licet. Io. de Deo. lib. 1. quæst. 27. voluerit contrarium, fortius si ecclesia non esset pleno iure subiecta Abbati, quia maius vendicat sibi episcopus, qui ratione delicti commissi feret sententiam contra ipsum, & si non extat delinquens de persona, tenetur Ab-

bas sequi, sicut alius episcopus in cuius diocesi haberet in simili clericus beneficium, eod. cap. postulasti. §. ad quod breuiter. † Sed cum parochialis ecclesia pleno iure spectat ad Abbatem, & conuentum, potest etiam ad beneplacitum conferri monacho, nec episcopus se intromittet, nisi supplendo negligentiam, si non conferatur infra tempus præfixum a Concilio. Later. cap. 2. de concessi. præb. iuxta constitutionem Clementis Quinti in clem. 1. de suppl. negl. prælat. vbi alia notantur: vnde reuocat ipsum. Abbas, quando voluerit, cum tales capellas ad plenum subditas Abbati, vocemus obedientiaras, quia regulares ad præceptum Abbatis tenentur obedire, & recedere. Innocen. in capit. fin. qui clericus uel monachus aduertendo cum episcopus supplet conferendo per negligentiam, seruet solitum, quibus conferri debeant, vt supra. num. 14. † Declarando, siue instituendo, vel eligendo, aut confirmando, nam aliquando in iure æquiuocentur, institutio differt a confirmatione, vt Abbas præsentando presbyterum, quando capella non omni iure subiecta est, confirmet eligendo, episcopus vero ad quæ omnis cura populi pertinet, instituat, prout similem differentiam ponit Archid. 16. q. 2. in sum. col. 3. vbi multa adducit ad materiam, sed non permittitur episcopo mensæ suæ venire, obstante d. clem. 1. de suppl. negl. prælat. & simile dubium ponunt Hostien. & Io. Andr. in c. nouit. de his quæ fi. a præl. Abb. in cap. possessiones. de reb. eccl. cles. non alien. † An autem in istis capellis religiosorum regularium mendicantium cadat ius patronatus, &

& quamuis a multis distinguatur inter ecclesias illas, redditus non possidentes, & alias, verior est conclusio. D. Lambert. episc. Inful. in tract. de iur. patr. lib. 1. p. 1. q. 11. a. 7. n. 4. quod est dare ius patronatus, & vbi cessat ratione dotationis, & fructuum, procedat respectu honoris processionis, praelationis, & sepulturæ, & ita passim vbiq; videtur confirmari presentatos ab ipsis Abbatibus, & alijs superioribus capellarum, (& laici possunt habere ius patronatus in electione Abbatis, cap. Abbatem. 18. q. 2.)

25 supra hoc lib. c. 10. n. 25. † Quæ confirmatio, quando concedi debet, fit per examinationem personæ eligentium, & electi, etiam non obstante oppositione ex officio confirmare debentis. Sed instantius circa personam electi, de eius scientia, & defectu, moribus & vita, vt sic procedendo, non dubitetur de iuribus, & viribus confirmationis, iux. not. in cap. fin. de elect. lib. 6. & per Host. in sum. de electio. & procedunt in eo omnia alia, quæ ratione examinis requiruntur in clericis secularibus, & patronis secularibus, de quibus ad plenum diximus supra hoc libro cap. 10. & c.

265. † Sed est aduertendum pro intellectu illius cap. fin. vt non procedat in institutione, quæ sequitur presentationem, & eam approbare videtur, ex not. per Bellam. in decis. 620. in rubr. de restitut. ampliando Clement. Auditor. de rescrip. de collatione ad institutionem, quæ est vere collatio, quamuis Ioan. And. contrarium sentierit, eod. cap. fin. confirmando ad maiorem validitatem, iuxta adducta in cap. ea, quæ, de senten. & re iud. & ponit multa Abb. in cap. au-

thoritate, num. 5. de instit. vbi tractat de similibus, electione, presentatione, confirmatione, institutione, collatione, & inuestitura. Ibi videndum, quia hic non ad materiam presentis capituli. † Idq. pro firmo statuendum tam pro predictis, quam alijs supra eod. lib. cap. 11. quod quilibet capellanus electus, institutus, & presentatus, siue per Abbatem solum, siue per episcopum, tenetur ad horas canonicas, cum capellæ sint in numero beneficiorum ecclesiasticorum. iux. ibidem dicta, recedendo pro nunc ab opinione Nauar. in tract. de orat. & hor. cano. cap. 20. num. 17. vbi vult, quod adeptus capellaniam institutam a solis testatoribus, nulla accedere Summi Pontificis, vel episcopi auctoritate, non teneatur ad horas canonicas, nam licet auctoritas superioris spiritualis faciat beneficium, est tamen de spiritualibus pijs, eisq. annexis, ex onere adiuncto; & quia de numero ministrorum ecclesiæ, nec aliter de facili satisficit testatorum voluntatibus, ex quibus est decretum, quod fiat capella, ad suorum heredum presentationem, & capellano provideatur, cui in dies accedere consensum ordinarij consuetum est videre, vt fecit Guid. Papa in sua capellania rurali, sicuti refert in decis. 187. in fine, licet respondeatur ad hoc, id esse respectu ordinis non capellanæ. † Inquiritur igitur a praelato visitante ipsas capellas, de fundatione ipsarum, & superioritate, respectu decisionis tex. in c. omnes Basilicæ 16. q. 7. de institutione, & confirmatione capellani, eiusq. sufficientia (stante maxime populo in his capellis) modo, & forma regiminis, atq. sacramentorū

administratione, vbi adest, sess. 25. de regul. cap. 11. cum aliis, quæ supradicta sunt, de libris, & ratione ipsorum vita populi, & necessariis pro salute animarum ipsius populi, si capellan⁹ pascat vita, & exemplo docendo alios ad instar Archipresbyteri: ex sæpius citato c. 2. sess. 5. Conc. Tri. §. Archipresbyteri cum ipsis magis cõpetat officium prædicandi. eod. cap. 1. nec cler. vel mon. Et si capellanus est monachus, q̄ obseruet vota suæ Religionis, nã ab his, quæ sunt cõpatibi-

lia, est ligatus, secus ab aliis; sic de esu carniū, habitu, & quod dicat debitū officium, cum puritate conscientiæ. clem. 1. de celeb. Miss. bona non dissipet, ceiebtare frequenter: per villas, & plateas non commoretur, ecclesiæ, capellæq. libertatem defendat, nec laicorum conuenticulas, seu parlamenta fieri faciat, eum aliis, vt supra de necessariis ad habentes curam animarum, vel ecclesiæ reparationem, & sepulturæ, si adest pro satisfactione defunctorum, &c.

DE MONACHIS EXTRA MONASTERIVM

commemorantibus, & delinquentibus, an episcoporum correctioni subiaceant.

C A P. DECIMVMSEXTVM.

S V M M A R I V M.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Monachi existentes extra monasteria, an possint cognosci ab ordinarijs locorum.</p> <p>2 Monachus incedens sine habitu puni-
tur ab episcopo.</p> <p>3 Monachus ex loco exempto delinquens in non exempto, a quo possit puniri.</p> <p>4 Priuilegium concessum de certo iudice non procedit indifferenter.</p> <p>5 Priuilegium imitatur ius commune.</p> <p>6 Priuilegij verba sunt attendenda.</p> <p>7 Priuilegium exemptionis concessum post citationem nõ retrahitur.</p> | <p>8 Monachi in quibus conueniantur coram episcopo.</p> <p>9 Monachus extra claustrum stare nõ debet, & ex quibus causis dispensetur.</p> <p>10 Episcopus quando possit corrigere monachos.</p> <p>11 Forma tenenda ab episcopo, cum monachus delinquit in sua diocesi, & non est, vel adhuc manet.</p> <p>12 Exemptio quacumq; data non operatur impunitatem excessuum.</p> <p>13 Eremita subest episcopo, & ab ipso cognoscitur.</p> |
|--|--|

Monachi quamuis generaliter a iurisdictione episcoporum liberati sint, ex variis priuilegiis a Summis Pontificibus eis concessis. † Tñ extra monasterium stantes, & delinquens in locis ordinariis puniuntur ab ipsis, vt exemptio eos non liberet. sicuti in c. 1. de priuil. lib. 6. Innoc. V. Sum. Pontifex statuit, declarans ratione contractus, delicti, rei sitæ, exemptos, & priuilegiatos ab ordinariis cognosci: quæ Constitutio innouata est ex decreto sacri Conc. Tri. sess. 7. de refor. c. 14. Is autem dicitur loci ordinarius in cuius loco ipse monachus, extra manens reperitur, (siue episcopum, siue alium inferiorem quomodolibet ibi habentem iurisdictionem intelligentes) gl. in c. quamquam de vsur. li. 6. in verb. loci not. Abb. Fel. in c. postcessionem n. 1. de prob. de quo etiam bona gl. in extrauag. Ioan. XXII. execrabilis. §. statuimus in verb. ordinario. de præb. & dignit. Sed bene fallit iuxta doctrinam Ioan. And. & Dom. eo. cap. 1. quando priuilegium exemptionis ulterius prouidendo procederet, quando nec in his obstaret aliquid: id namq. etiam tenet, quia sic placet superiori, prout sic ordinari vidimus per Pium Quintum Pont. Max. in variis priuilegiis concessis fratribus mendicantibus, ampliando præter decisionem canonum, & Conc. Trid. quæ reduxit ad ipsos terminos iuris, D. N. Dominus Gregorius XIII. Pontif. Max. ex mente etiam ipsius Pii, vt supra est dictum, vnde viget conclusio eiusdem c. 1. & c. 14. sess. 7. alleg. † Ex quo communiter videmus, quod si monachus incedat sine habitu, extra locum exemptum

punitur ab ordinario. Immo (quo est fortius) tenetur statuto episcopi, per quod prohibetur certum delictum, commissum, certa, & determinata pæna. doct. in alleg. c. 1. gl. in c. super his de maior & obedi. Nam cum manifeste deserat habitum religionis, perdit priuilegium, & ordinarij potestati subiicitur, quia ex quo reditus est inobediens superiori, & dimisso habitu effectus incorrigibilis, omni amplius nudatus iacet priuilegio, & dignus est a quolibet puniri, de fratrum consortio exclusus, dicit tex. in c. cum in ecclesijs. in vlt. verb. de maior. & obedi. † Hinc ampliando dixit Ioan. Andr. in regula in obscuris. in mercur. quod si monachus stans in loco exempto, cum lapide percutiat aliquem stantem extra locum exemptum, quod vterq. iudex procedet, sed tamen non omnes consentiunt huic dicto, & bene, cum non sit dare verum casum puniendi illum, nec citandi, quia exemptus, & in loco exempto, vnde dispositio tex. præfati c. 1. non adaptatur propter diuersitatem, ex qua non fit illatio vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minor. nec ex vlla parte citatio potest habere vires, ex duobus fortibus obstantibus, & persona exempta, & loco exempto arg. c. 1. §. & quonia. de treug. & pac. & quia est duplex ratio. l. 2. C. de fid. instr. & iur. hast. fiscal. lib. 10. † Non prodest tamen priuilegium particulariter concessum, vt quis non nisi coram vno Iudice tantum conueniatur, quin ratione delicti, contractus, rei sitæ possit coram aliis conueniri tex. clarus in eod. cap. 1. extendit Fel. in c. insinuante de for. comp. de quo dixi in auc. qua in prouincia. in fami.

singul. in l. A. nu. 114. nisi ulterius ef-
 fet processum supra nu. r. quod di-
 ctum extendunt moderni. Mar. Socc.
 & alii in cap. sane, de for. comp. & in
 eisdem singul. in l. P. n. centesimo pri-
 mo. Nisi enim esset vera talis limita-
 tio, vix iustitia procederet, vix delicta
 punirentur, ex ipsa dilatione tēporis,
 quæ daretur. † Cui ad stipulatur for-
 tissima ratio, quia priuilegium imi-
 tatur ius commune, vt easdem limita-
 tiones recipiat in materia, super qua
 disponit, sicut ius cōe, per quod deter-
 minatum est, quemlibet in sua pro-
 uincia esse cognoscendum. C. de iu-
 risd. omn. iud. & de for. compet. ta-
 men potest ratione delicti, c. r. de ra-
 ptor. auct. qua in prouincia C. vbi de
 crim. ag. oport. vbi de omnibus disse-
 ritur, licet Princeps derogat ipsi auct.
 in priuilegiis, quæ concedit baroni, &
 pōt, dicit Gozad. conf. 8. nu. 44. Petr.
 Foller. in pract. crim. in verb. audian-
 tur excusatores. num. 136. Non sic in
 dispensationibus, quæ ad ius commu-
 ne non reducuntur, ex notab. text. in
 cap. in causis de sent. & re iud. ponit
 multa Fel. in c. postulasti de rescript.
 & priuilegium de facili reddit ad pri-
 mum ius l. si vnus. §. si non totum. de
 pact. & vide gl. in c. parentibus in c.
 tuarum. de priuileg. † Vnde discutiē-
 dum est semper exemptionis priuile-
 gium, quando ulterius disponendo
 loqueretur, quia eius verba sunt at-
 tendenda, & quodlibet verbum est
 operatiuum. c. si Papa, de priuileg. lib. 6.
 maxime quando verba ponuntur gra-
 tiam ampliandi, & concedendi, non
 autem, quando causa dubitationis to-
 lendæ, iuxta cap. a multis, de ætat. &
 qual. nisi constaret de mente con-
 cedentis, quia sic voluit monachos

esse exemptos, tam intra, quam extra
 arg. eorum, quæ dixi in alleg. sing. in
 l. P. num. 99. in vim prærogatiuæ, &
 præmii eorum laboris, priuilegium
 sit eis concessum, l. testamenta per
 Bal. ff. de testam. mil. inspicienda sunt
 ergo ecclesiarum priuilegia, & ipso-
 rum tenor est diligentius attenden-
 dus, dicit tex. in c. recepimus, de pri-
 uil. & exces. priu. vbi etiam not. cum
 gl. quando quis accipitur sub prote-
 ctione Papæ non per hoc liberatur a
 potestate episcopi, & quid tamen p-
 pterea obtinebit. † Sed id pro limita-
 tione prædictorum non procedit, cū
 de nouo priuilegium exemptionis
 esset impetratum, post citationem fa-
 ctam ab ordinario, vt cōmuniter con-
 cludunt Doct. in memorato c. 1. per
 c. cum capella eo. tit. de quo tex. in-
 fra suo loco dicemus, per decisionē
 Sac. Conc. Tri. nam nouiter confir-
 mado primum, derogat actibus sub-
 sequentibus. arg. not. per Abb. in c. exa-
 minata & in c. venerabilis de confir.
 vtil. vel inut. tamquam de certa scien-
 tia confirmans, licet non exprimat,
 idem in c. si porrecta eo. tit. ponit ali-
 qua Fel. in c. nonnulli de rescript. †
 in causis tamen mercedum ciuilibus,
 & miserabilium personarum, ipsi mo-
 nachi extra monasterium degentes,
 coram ordinariis, vt Sed. Apostol. de
 legatis conueniri possunt, & ad sol-
 uendum coguntur, quibuscumque
 non obstantibus, per nouam decisio-
 nem ipsius Conc. (immo confirma-
 tione veteris iuris) alleg. sess. 7. de re-
 for. c. 14. & sess. 14. eo. tit. c. 5. §. in cau-
 sis (& bona fuit declaratio, cum ea di-
 spositio antiqua esset iā abrogata p-
 pter desuetudinē ex negligentia, quā
 uis. n. leges semper loquantur l. ho-
 die ff.

die. ff. de pœnis, tamen, & eis non vte-
do, quasi tacito consensu, per desue-
tudinem abrogantur. l. de quibus in
sui ratione. ff. de leg. gl. in c. si de terra
de priuil.) Et in alio casu, et stantes
in monasteriis, cum exequutiones te-
stamentorū accipiūt, quia ordinariis
rationem reddere debēt, & fraudātes
ab ipsis puniuntur, ex dec. clem. 1. de
testam. Ratio quia licet ipsi sint exē-
pti, res tamen de qua tractatur nō est
de exēptis, ergo procedit ordinarius
ead. clem. & trahit ad se exequuto-
rē, vbi poteris notare, quō religio-
si possint esse exequutores testamē-
torū, & quomodo puniēdi: † Et ideo
debebat monachus volēs stare extra
claustra, habere superiorem in his, cū
regulariter foris non deberet esse, q̄
iura abhorrent, quia mortuus iudica-
tur, sicut piscis extra aquam, vt supra
c. 15. dictum est, tamen dispensatum
reperitur aliquando ex Breui Apo-
stolico, ex causis, propter infirmitatē
subuentionem parentum, fratrum,
nepotum, & aeris malignitatem, gl.
in cle. 1. in verb. rationabilis. de stat.
mon. refert Gomez. in tract. breu. nu.
3. vbi dicit tempore luo, ipsam licen-
tiam fuisse restrictam, nec hodie San-
ctissimus D. N. D. Gregor. XIII. Pon.
Max. concedit, nisi respectu præla-
torū & vide superinde litteras ema-
natas a Pio V. Pon. Max. incip. quæ-
cumque sacrarum. 1569. an. 2. † Sed
quando generaliter liceat episcopis
cohertere in monachos, recurrendum
est ad distinctionem Vgonis in cap.
quanto de offic. ord. aut in figura iu-
dicii, aut ex regula claustrali, & dif-
fert a quæstione mota per Boer. dec.
271. nu. 5. vel si Abbas punit secun-
dum regulam claustralem, non autē

secundum canonica instituta ad pu-
blicam vindictam, an possit iterum
episcopus, recenset Folle. in pract.
crim. can. de mod. proc. contra mon.
nu. 41. cum seq. adducens Rom. conf.
375. (considerando tamen quod no-
tante inquit Marcellus iurecon-
sultus in l. 1. ff. de pœn. *Respicendum
est iudicanti, ne quid, aut durius, aut
remissius constitutatur, quam causa
deposcit. nec enim aut seueritatis, aut
clementie gloria affectanda est: sed
perpenso iudicio, prout quæq. res expo-
stulat, statuendum est. Plane in leuioribus
causis, proniores ad lenitatem
iudices esse debent, in grauioribus pœ-
nis, seueritatem legum cum aliquo
temperamento benignitatis subsequi.*
Quo dicto pro regula firma sibi vten-
dum statuerat, Alphonsus ille ma-
gnus rex Aragoniæ.) nec exeuntes
excusantur iuris ignorantia: sicut mu-
lieres in claustris. Marian. Socc. in c.
quoniam num. 12. de simo. † Quid-
quid tñ sit, hodie ex decisione sacr.
Conc. Tri. cum monachus intra clau-
stra degens, sed extra claustra de-
linquens notorie, episcopus loci ser-
uabit formam, vt litteras scribat
superiori ipsius, de delicto commis-
so, & excessibus, de scandalo popu-
lo illato, & instabit, vt intra talem
terminum præfixum, ipsum punire
velit, & de punitione facta ipsum
episcopum certorem reddat. alias ip-
so superiore negligente, poterit ipse
episcopus eum punire, & illas litte-
ras, quas requisitorias vocamus, de
punitione monachi delinquentis, in
præsentia duorum testium, ex com-
muni practica assignari faciet: sic
colligitur ex mente eius. Conc. sel. 25
de regul. c. 14. † Quod & rationale
iudicatur,

iudicat, nec fauor priuilegiorum ex-
 ptionem, ob bonum finem concessa-
 rum, delicta nutriat, & contra mentem
 concedentis faciat fructus, arg. c. vt
 clericorum de vit. & hon. cler. nec vl-
 la exemptio datur, quin excessus non
 corrigantur. ex notab. præscripto dicti
 Conc. sess. 6. de refor. c. 3. vbi de regu-
 laribus expressa mentio fit, & les. 14.
 eo. tit. & gl. in c. tuorum de exces. præ-
 lat. Cū similes exemptiones videamus
 producere multas turbationes in iurisdic-
 tione episcoporum, vt vtar verbis
 eius. Conc. sess. 24. de refor. gen. c. 11.
 vbi tractatur, & innouatur dispositio
 tex. Innoc. III. in c. cum capella, de
 priu. pro cuius text. dispositione, &
 obseruatione, multa passi sunt pluri-
 13 mi Prælati, de quo non modo. † Am-
 pliantur autem omnia prædicta ad
 Eremitas, qui subsunt episcopo loci,
 vbi commorantur, a quo cognoscun-

tur, & delinquentes puniuntur per
 te x. in c. 2. de for. compet. Foller. vbi
 supra. nu. 61. tex. est in c. qui vere. 16.
 q. 1. in c. nulla, vbi glo. id expresse ad-
 not. 93. dist. & notat Boe. in suo trac.
 de stat. & vit. eremi. nu. 13. & 14. quā-
 uis Abb. in eod. c. 2. nu. 10. de for. com-
 pet. aliter sentiat per suas rationes,
 sed tene gl. & eo argumento, cogita-
 de mulieribus in propriis domibus
 stantibus, cum certo habitu religioso
 (quas vulgus Vizocas appellat, vt in
 terra maiori diæcesis Amalph. copia
 est.) quod debent esse sub iurisdic-
 ctione ecclesiastica, & gaudent priui-
 legio ecclesie, vidi tamen dubitatum
 in eo loco maritimo per Archiepisco-
 pum Amalphitanum, & non erat de-
 terminatum apud Dominos, cum
 laici iudices negabant posse procedi,
 quia nullus status, nullus locus, nulla
 aderat professio. &c.

DE MONIALIBVS, EARVM VISI- tatione, & reformatione.

CAP. DECIMVM OCTAVVM.

S V M M A R I V M.

- | | | | |
|---|---|----|---|
| 1 | V ita virginalis dicitur vita An-
gelica. | 7 | Virginitas, & Maternitas in Maria
Virgine. |
| 2 | Status virginitatis præfertur alijs
statibus. | 8 | Christi conceptio ex parte matris
fuit miraculosa. |
| 3 | Christus dilexit virginitatem. | 9 | Christus ex instanti sue conceptionis
fuit perfectus homo. |
| 4 | Christus quare voluit nasci de Vir-
gine. | 10 | Maria Virgo non habuit nisi Chri-
stum filium. |
| 5 | Maria Virgo, quare deuit, quod fuis-
set matrimonio coniuncta. | 11 | Monialium vita qualis esse debet. |
| 6 | Maria virgo veraciter dicitur Ma-
ter Dei. | 12 | Monialis dicitur esse ortus conclu-
sus. |

Moniales

- 13 *Moniales non debent vagare extra monasteria.*
- 14 *Clausura debet placere monialibus.*
- 15 *Clausura quantum proficiat monialibus, nu. 16.*
- 17 *Pœna contra moniales exeuntes clausuram, licentiam dantes, receptantes, & associantes, ex l. Pij V.*
- 18 *Moniales ex quibus causis possint exire extra monasteria.*
- 19 *Breue Apostolicum solitum concedi monialibus exeuntibus.*
- 20 *Moniales nõ debent esse plures, quam viuere possunt.*
- 21 *Opinio Ioan. Andr. discutitur.*
- 22 *Monialium paupertati, & necessitati quomodo succurrendum.*
- 23 *Monasterium ob suam paupertatem recipere potest pecuniam ab ingredientibus monialibus.*
- 24 *Seculares nõ debent ingredi claustra monasteriorum monialium.*
- 25 *Pius Quintus, & Gregorius XI II. Pont. Max. legem statuerunt prohibendo similem ingressum.*
- 26 *Causa ingrediendi monasteria debet esse legitima.*
- 27 *Puelle seculares an educande in monasterijs monialium, & cũ quibus conditionibus, nu. 28.*
- 29 *Professio in quo anno, à monialibus est facienda.*
- 30 *Professio est duplex..*
- 31 *Velum monialium quotuplex est.*
- 32 *Corrupta an possit velari, & consecrari monialis.*
- 33 *Abbatissa cuius atatis esse debet.*
- 34 *Abbatissa de quibus est instruenda.*
- 35 *Abbatissa qualiter se praeferre debet.*
- 36 *Proprium moniales habere non debent.*
- 37 *Renuntiationes faciendae à monialibus quando sint valide.*
- 38 *Monialis non debet aliqua effici inuita.*
- 39 *Excommunicatio infertur moniales effici inuitas cogentibus.*
- 40 *Episcopus pro exploranda voluntate monialium non debet ingredi clausuram.*
- 41 *Moniales per quos eligantur.*
- 42 *Inquirenda quae sint in visitatione monialium.*
- 43 *Corpus Christi nõ tenendum intra septa monasterij.*
- 44 *Moniales debent confiteri quolibet mense.*
- 45 *Confessor monialiũ examinandus est ab episcopo.*
- 46 *Confessor monialiũ quando debet esse extraordinarius.*
- 47 *Moniales a quo accipere debent alia sacramenta.*
- 48 *Vinum non debet dari monialibus.*
- 49 *Monasteria existentia extra urbem sunt reducenda intra.*
- 50 *Fenestrae habentes respectum ad monasterium debent claudi.*
- 51 *Monialis ob fornicationem grauiter est punienda.*
- 52 *Fornicationem committens cum monialibus, quot peccata incurrit.*
- 53 *Ocium fugiendum est a monialibus.*
- 54 *Moniales debent esse superioribus obediens.*
- 55 *Monasterium vnum potest esse alteri subditum, & quomodo regendum.*
- 56 *Episcopus potest visitare monasteria exempta circa clausuram.*
- 57 *Moniales Sancte Clare Conuent. ex l. Pij V. subsunt ordinarijs.*
- 58 *Impediens episcopum vel alium in visitatione monialiũ est excommunicatus excommunicatione maiori.*

Episcopus

- 59 *Episcopus visitando moniales non debet eas grauari superfluis expensis.*
 60 *Moniales debent esse promptæ semper in communi stare,*
 61 *Confabulationes non sunt frequentanda cum monialibus, nec cum eis sine licentia est loquendum.*
 62 *Argumentum de monachis ad moniales quando teneat.*

Circa visitationem monialiū (a quarum reformatione ubiq. passi sunt multas angustias prælati, post Conc. Trid. & nos ipsi primum experti sumus dolorem, & laborē,) multa sunt dicenda ex antiquis Canonibus, & Conc. Trid. atq. nouissime, ex constitutionibus summorum Roman. Pontificum latius insistendo, vt vbi malus est periculum, cautius agatur, c. 3. de elec. lib. 6. namq. de sponsis Deo sacratis tractatur, quæ mundi vanitates relinquentes, se virgines castas exhibere professæ sunt. † Est enim Virginalis vita Angelica, cum viuere in carne, & præter carnem, non sit quidē terrenum, quia sicut Angeli sine carne viuunt, ita Virgines in carne triūphant. Et per ipsam Virginitatem Ecclesia triumphans designatur. dicit gl. admodum celebris. in cap. acutius 26. distin. per quam cælum impletur, vt terra per nuptias, 22. q. 1. cap. nuptiæ, hinc dicimus Heliam, Heli-seum, Ioannem Baptistam, quid ab Angelis differre? cum fuerint veri amatores virginitatis, nisi naturali, vt Chrysostr. de virginitate loquens, latissime tractat. Et sicut Angeli meruerunt suam Beatitudinem, priusquam reciperent eam, S. Tho. in 2. dist. 5. q. 2. & Landulph. q. 1. concl. 3. quod necesse fuit, quod si Angeli voluerunt eam assequi, quod prius meruerint, faciendo aliquas opera-

tiones dignas remuneratione, per S. Greg. lib. 5. Moral. c. 27. Quia actus intrinsecus est meritorius, circumscripto actu exteriori, ex quo potuerunt mereri absq. exhibitione obsequiorum. Virgines item superant carnē, vincunt mundum, debellant dæmonem. Ideo Greg. Nysen. in alio simili tract. numquam cessat extollere, & prædicare tam excellens, & admirabile donum, & bonum virginitatis. † Ex quo sanctissime ab Ecclesia definitum est, virginitatis statū alijs anteponendum. Cum beatius sit sic stare. Matt. c. 19. ex decreto Sac. Conc. Trid. sess. 24. de sacr. matr. can. 10. per hæc verba. *Si quis dixerit statum coniugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel celibatus, & non esse melius, ac beatius manere in virginitate, ac celibatu, quam iungi matrimonio, anathema sit.* Et Dom. Cardin. Hof. de trad. lib. 4. & Hierony. plus amat Virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatū, maiorisq. gratiæ est offerre, quod non debeas, quam reddere, quod exigaris, vt de alio dicit S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 6. Ideo Virgines principalem locū tenent in regno cælorum. D. Card. Aracæ. de differ. peccat. in fine. † Hinc est quod ipse Christus Dominus Noster Virginitatem comendando de alia nasci non voluit, quam de Virgine, semper Virgo fuit, Matrem habuit virginem, Præcursorem Ioannem

nem Baptistam virginem, Ioseph vir-
ginem, Matri virgini in virū designa-
uit, eamque in cruce virgini discipu-
lo commendauit, dicens: *Mulier ecce
filius tuus, & alteri. Ecce mater tua,*
& ex illa hora accepit discipulus in
suam. Ioan. c. 19. de Ioanne Baptista
canit ecclesia in festo suæ Natiuita-
tis. *Non fuit vasti spatium per orbis,
sanctior quisq; genitus Ioanne.* de
quo Dominus Matth. 18. *Non surre-
xit maior Ioanne Baptista inter na-
tos mulierum.* Ideo Ioannes Baptista
dicitur Angelus licet non natura, sed
officio. Propheta, & plusquā Prophe-
ta. Matt. c. 11. de virginibus dicit Am-
br. supergreditur virginitas conditio-
nem humanæ naturæ, per quam ho-
mines Angelis assimilantur. † Sed qua
re Christus magis de virgine nasci
voluerit, quā de alia, rationē adducit
S. Doctor, lib. 4. contr. gent. c. 45. &
glos. nostra in clem. 1. de sum. Trini.
dicit propter tria. Primo quia sicut
ex superbissima natus est morbus, sic
e contra ex humillima inchoari de-
buit medicina, dixit ipsa. *Ecce Ancilla
Domini.* Luc. c. 1. Secundo sicut ad
summam humilitatem Dei filius vo-
luit incarnari, sic summe eligere hu-
mitem voluit, in qua, & a qua tanta
deberet humilitas inchoari. respexit
dominus humilitatem ancillæ suæ.
Luc. eo cap. Tertio, quia ipsa fuit pri-
ma, quæ Deo virginitatem obtulit,
vnde quia nouum genus doni expor-
tauit, nouo, & inaudito dono debuit
honorari. Item, vt quartam genera-
tionem compleret, nam primus crea-
tus fuit sine homine, & sine muliere.
Eua de homine sine muliere, homi-
nes de homine, & muliere. Gen. 1. 2.
& 4. Christus dominus noster de Vir-
gine muliere sine homine. † Vnde
conuenientius fuit de virgine assume-
re carnem, quam de alia. Decuit ta-
men ipsam Virginem Mariam de
qua nasci voluit Christus, esse matrimo-
nio coniunctam. S. Th. 3. part. q.
29. art. primo. Gul. Pep. de aduent.
Dom. serm. 29. vt mysterium cælare-
tur diabolo. Inde ipsa consensit in
coniugium Ioseph Spiritus sancti in-
stinctu. Eua corrupta sequuta est cor-
ruptorem, hæc integra peperit Salua-
torem, illa poculum a serpente pro-
pinatum libenter accepit, & viro tra-
didit, ex quo simul meruerunt occidi,
hæc gratia cælesti desuper infusa, vi-
tam protulit, per quam caro mortua
possit resuscitari. August. in symb. ad
Catechum. † Et dicitur Virgo Maria
veraciter Mater Dei, per hoc, quod
in suo utero concepit Iesum Chri-
stum filium Dei. Sanctus Doctor ea.
part. quæstion. trigesima quinta, art.
quarto. Quæ ex abundantia sibi gra-
tia data, meruit illum puritatis, san-
ctitatis gradum, vt congrue esset
mater Dei, & Christus in suo utero
conciperetur, quia dicit Dom. Cardinal.
Aracæl. de Symbol. Apostol. cap. duodecimo.
Christus non as-
sumpsit naturam Beatæ Virginis,
quæ est eius vera mater, sed assum-
psit præcisè naturam singularem hu-
manam in eadem Virgine Spiritus
sancti virtute formatam. Spiritus san-
ctus (dixit Angelus Luc. cap. primo,)
superueniet in te, & virtus Altissi-
mi obumbrabit tibi. † Nec obstant
simul Mater, & virgo, nam Mater-
nitas, quæ fuit miraculose sine com-
mixtione viri, & mulieris, & virgini-
tas possunt stare simul, de quo sunt
versus.

Partus,

Partus, & integritas discordes tempore longo.

Virginis in gremio federa pacis habent.

Vnde sine aliquo dolore partus, ipsa virgo peperit. idem sanct. Doct. ead. q. 35. ar. 1. illesa eius virginitate, ac pudore permanēte. *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.* Luc. c. eod. Eua enim fuit in maledictione, cui dixit Deus. Genes. c. 3. *Multiplicabo arumnas tuas, & cōceptus tuos, in dolore paries filios.* Mariæ autem. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.*

- 8 Luc. c. all. † Nāq. ēt, & Cōceptio Christi ex parte matris non fuit naturalis, sed miraculosa, subita, & gratiosa. Idem Thom. in 3. dist. 3. q. 2. ar. 2. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obūbrabit tibi.* Credidit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Nec ipsa desponsatio cum Ioseph nocuit voto virginitatis. Quod enim fiebat, per diuinam reuelationem erat, immo ipsam decuit vouere virginitatem propter tria. Sanct. Bonauen. in. 3. q. cum qua sanctus Ioseph continentiam vouit. Dom. Card. Aracæl. de sacr. matr. cap. 62. qui erat vir iustus. Matth. c. 1. & magnum sacrificium cognoscebat in Maria, cui appropinquare se indignum existimabat. † Ideo, & Christus ex instanti suæ conceptionis fuit perfectus homo, & fuit anima rationalis infusa gl. nostra in alleg. clem. 1. in verb. simul vnitas, de sum. Trin. & in s. ad hoc baptisma. & ex tunc, vt homo habuit plenum vsum liberi arbitrii. S. Thom. ea. par q. 34. ar. 2. & in ipso primo instanti meruit, ar. 9. & in 3. dist. 18. ar. 3. & q. 15. ar. 10. simul via

tor, & comprehensor. Hierem. cap. 14. *Quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum.* qui tanto amore in nos fuit, vt dilectum animam suam, in nostræ salutis pretium posuerit, & carnem suam nobis dederit ad manducandum. Ioan. 6. cap. 8. sess. 13. Conc. Tri. de sanct. Euch. sacram. *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum.* In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiatorem pro peccatis nostris. Ioan. c. 3. & in epi. 1. c. 4. ad Tit. c. 2. *Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, &c.* †

- 10 Et hæreticum est, quod multi detrahentes puritati Virginis Mariæ dixerunt, q̄ post Christum, ipsa Virgo alio habuerit filios, vel Ioseph habuisse aliam vxorē, propter illud Euang. ab eis male intellectum. Ioan. cap. 2. Matth. cap. 12. *Mater tua, & fratres tui.* ideo ad hunc errorem reiiciendum, cum ecclesia profitemur, virginē semper permanisse. Hiero. super Ezech. proph. Frat. Thom. Elysi. Dominic. in lib. Arch. chri. religio. de ar. fid. ar. 3. in fin. Vide c. Ioseph. de verbor. signific. & qui dicuntur in Euang. filii fratres Domini, erant filii sororum Beatissimæ Virginis Mariæ. Dom. Card. Aracæl. eod. c. 62. de sacr. matr. circa finem, & Aposto. ad Gal. cap. 1. *Alium autem Apostolorum vidi, neminē nisi Iacobum fratrem Domini.* Ex ipsa igitur virginitate, quæ liolum præciosum dicitur, fructus gloriosi consequuntur. † Vnde ad ppositum vitam monialium (de quibus hic tracta-

tractamus) adaptari debet ad ipsum Christum Virginem, vt sit candida, & pura, sic eis a sponso dicitur. Veni sponsa mea. Beatus Cypr. in liber. de hab. virg. ne in illius, cui suam integritatem, voluntate spontanea deuouerunt, grauem offensam, & Religionis opprobrium, & plurimorū scandalum incurrant cap. periculoso, de stat. regul. lib. 6. viuendo humiliter, quia virginitatem, cū humilitate admiramur dicit tex. in cap. hæc autem scripsimus. 30. distinct. si enim vouerunt adimpleant, ex hoc etiam plus placet Deo, ex gñali regula. Quod opus bonum factum ex voto, plus placet, quam cum sit sine voto. Antelm. in libr. de simil. S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. Dom. Card. Aracel. eod. cap. 62 folio 392. in fin. dixi etiam supra lib. 1. c. 20. post nu. 17. & præstandum est, quod voto Deo fuit emissum. nu. c. 30. psal. 75. & in c. per tuas deuot. 12 & vot. redemp. † Et cum ipsa monialis religiosa plus placeat Deo, & dicitur ortus cōclusus. Cant. cap. 4. *Ortus cōclusus, fons signatus, soror mea,* quia conclusus cōtra carnalia vitia, propter vitæ austeritatem, signatus contra spiritualia peccata, propter humilitatem, tunc ipsa cum Deo est, & Deus cum ipsa, vt dicit S. Bernard. in epist. ipsæ moniales propter Deū, se à mundo absconderunt, ex ipso Psal. 30. *Abscondes eos in abscondito faciei tue, a conturbatione hominum,* & dum totæ in amore Dei tenduntur, in aliqua inutili perturbatione nō laxentur. *Lacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in eternū fluctuationem iusto.* psal. 54. † Moniales itaque cum sint ad cultum diuinum perpetuo adicte,

indecens est extra monasterium vagare. Vnde exire clausuram illō tempore non debent; quod stricte cautum est in eod. cap. periculoso, cuius tex. dispositio innouata est ex lege Sac. Conc. Trident. sess. 25. de regul. cap. 7. vbi quamuis arbitrio episcopi relinquuntur in casu necessitatis, cū possit per se episcopus iudicare, nō expediat saluti monialis alicuius, nō autem ad libitum ipsarum, & ex qualibet instantia, tamen ex aliquibus occurrentibus non debent esse 14 proniores ad concedendum. † Cum clausura ipsis monialibus placere debeat, quia iam iure Diuino, nō solum naturali, & canonico eam seruare tenent; ex voto facto. Concludit Mariana. in cap. statutum. nu. 29. 19. qu. 3. sequendo illud psal. 26. *Vnam petij a Domino, banc requiram, vt in habitem in domo Domini, ecce elegauit fugiens, & mansi in solitudine.* Vt sic euitent ruina, quæ potest succedere, & quæ pestis certissima eis esset, vt in alio simili casu dicit Valer. Maxim. lib. 4. de abst. & contin. c. 3. † Quæ manentes deuote in ipsa clausura iuxta sententiam Beati Antonij, a tribus bellis eripiuntur, sicuti in memorijs antiquorum patrum legitur, a bello inquam auditus, visus, & loquutionis, secundū quod Beatus Arsenius meruit audire vocem dicentem ei. Arseni fuge homines, tace, quiesce, saluus eris, namq. in penetrabilibus manet a sagittis inimici, qui amat getē, qui vero miscetur multitudini (in qua confusio est,) sagittas frequenter suscipit, cum visus spiritualis impediatur p̄ tenebras peccati, & erroris, qui facit peccatū in tenebris est. 1. Ioann. 2. per falsam lucem, cum

cum quis metitur æterna secundum temporalia, per auersionem a re visibili D. Card. Aracæl. de Symb. Apost. 16 cap. 5. quæ magis foris eueniunt. † Sed cum prædicta vera sint, tamen temporibus nostris admodum clausura dura visa fuit eis, eamq. tristi animo accipientibus, & in multis pessimo exitu, & in aliquibus auxiliij brachij secularis inuocatio necessaria fuit. Testor inter alios maximum defensorem castitatis monialium, & virginalis vitæ Amplissimum Dominum Iulium Antonium Sanctorium. S. R. E. Presbyterum Cardinalem, Sanctæ Seuerinæ, tituli sancti Bartholomæi in Insula, Dominum meum obseruandissimum, qui in ampliandis operibus piis non cessat, renouando studia in omni natione, vt sanctitate vitæ, morum splendore, zelo ecclesiæ ornatus, cunctis sit venerabilis, & admirabilis, & in hostes christiani nominis, præcipue hæreticos acerrimus propugnator, & fidei defensor, maxima doctrina, maxima authoritate, maximaq. iterum sanctitate Princeps munitus, & qui eam clausuram maximo conatu commendare semper nixus fuit, & in qua angustias animi ob zelum Religionis Christianæ tulit, cuius studio cuncti monendi sunt.

17 † Et exinde necesse fuit duriores apponere legem, vt pænarum timore clausura ab ipsis obseruaretur, vt exeuntes moniales, eas receptantes, siue comitantes, vel etiam licentiam dantes, incidant in excommunicationem maiorem, eius absolutione Sanctissimo D. N. reseruata, præter mortis articulum, ex lege Pii Quinti Pontif. Max. incip. Decori, & honestati 1569. Vt cum graue sit delictum clau-

suram frangere, grauis etiam pœna imponatur, c. non afferamus. 24. q. 1. vbi pœna imponatur secundum delictum, vt maiora delicta, maioribus pœnis puniantur gl. ibidem. in fin. & vbi aliæ pœnæ sunt impositæ, non dicuntur per ipsam legem sublatae, quia possunt plures pœnæ imponi pro vno delicto a diuersis legibus, in vna pœna temporalis, in alia spiritualis. not bene Fel. in c. quod olim. de Iudæis. † Sed per ipsam nouam constitutionem restringitur dispositio ipsius Concilij, alleg. c. 5. vbi episcopus licentiam exeundi dare poterat. in §. nemini autem. Declarauit tamen ipse Pius, in causa necessitatis approbandæ ab omnibus superioribus monasteriorum, etiam episcopis, si illa exempta fuerint, in casu scilicet magni incendij, & infirmitatis lepræ, seu epidimiæ, & tunc non nisi ad necessarium tempus, & sic episcopus etiam requiritur, quia licet exemptio sit vniuersalis, per se tamen, qui concessit, potest conditionem imponere, vel modum limitare, nec præiudicium dicitur facere arg. tex. & gl. notab. in c. constitutus in præsentia nostra. de 19 Relig. dom. † Et quamuis primum, per Breue Apostolicum concedebatur aliquando monialem exire monasterium ex causa, & intrare in aliud, & in domo parentum, & fratrum morari. Rebuff. in prax. benef. de Bre. Apost. nu. 51. fuit tamen postea omnibus denegatum. licet superioribus annis Neapoli aliquæ nobiles moniales exierint ad breue tempus, ex causa vrgenti infirmitatis, ex gratia obtenta per breue Apostolicum S. D. N. D. Gregor. xij. Pont. Max. quem iterum audiui, ex post non amplius conce-

concedere, forſan ex importunitate petentium, quæ occupabat mentem Principis. arg. c. ſi quando, de reſcrip. cap. ſi aliquando, de ſent. excommu. 20 + Ne autē occasio multitudinis quãdam generet confuſionem, cum, & multitudo ſit canonibus inimica, c. quia in tantum de præb. glo. 23. diſt. c. tales, & ne tempore ſpiritus, & deuotionis ſit illud.

Expectata ſeges vanis eluſit ariſtis.

Et propterea exeundi materia monialibus præſtaretur, numerus ipſarũ monialium non adeo creſcere debet vt non poſſent commode viuere, ſed tantum, quod ex redditibus proprijs ipſius monaſterij, vel conſuetis elemoſynis ſubſtentari poſſint. cod. tit. de regul. Conc. Tri. c. 3. optime ſtatutum eſt, & per aliam legem Pij V. incip. cura paſtoralis, an. 1. 1566. confirmatum eſt, & in c. 1. §. ſane vt hoc, de ſtat. regul. lib. 6. ſi tamen dotem competentem, & ex qua ſubſtentari poſſet, aliqua portet, ceſſat proculdubio prædictum, vt dicit etiam Mart. Nauar. in ſua apolog. de reddit. ben. 21 mon. 8. quæſt. 1. nu. 2. fol. 415. + Et notandum, quod in §. ſane alleg. c. 1. ponitur verbum, *abſq. penuria*, & in c. 3. citat. Conc. Triden. extat verbum *commode*, vt per hoc dicatur ſublata quæſtio, quam mouet. Ioan. Andr. in glo. eiufd. §. ſane, vt poterat numerus monialium creſcere, dummodo abſq. penuria ſubſtineri potuiſſent, quia tunc tenet articulus intendens probare, quod ex facultatibus monaſterij non poſſunt tot commode ſubſtineri, & nota hoc dictum ad declarationem ipſius gl. licet large loquendo poſſit ſaluari, de penuria ad com-

moditatem, ſed nõ facit: & vide tex. in c. cum teneamur, de præb. de quo valeat commode ſubſtentari + Vt autem officium pietatis in eis exerceatur, ex Conſtitutione nouiſſima Beatiffimi Dom. noſtri Do. Gregor. XIII. Pont. Maxim. quando in monialibus imminet neceſſitas viuendi, prouiſum eſt de medietate elemoſynarum, quæ per quaſcumq. perſonas eccleſiaſticas, & ſeculares, ac alia quecumq. pia loca, pauperibus eſſent diſtribuendæ, etiam ſi a laicis in teſtamento, vel inter viuos eſſent relictæ. inc. Deo ſacris. §. nos qui illas, de qua lege meminit etiam Mart. Nauar. in cap. ſtatuiſmus. nu. 54. 19. quæſt. 3. Magna lex tanto principe digna Ad ipſum enim de ſeruis Dei prouidere ſpeçtat, maxime circa pauperes, dicitur namq. Papa pater patrum. Bal. in c. 1. in princ. qui feud. dar. poſſ. quia ſub ipſo omnes animæ fideles quieſcunt. Innoc. de ſacr. non iter. c. presbyter. + Et vt melius poſſint ipſe moniales Deo ſeruare, & in ſtatu religionis permanere, licet non permittatur pro ingreſſu monaſterij aliquid accipere, ex S. Tho. 2. 2. tamen propter paupertatem monaſterij, cum non habeat tantum ad nutriendum omnes, poteſt quid accipi a volente intrare iux. not. per bonã gl. & Abb. in c. non ſatis, de ſymo. vbi habetur modi de ingreſſu monialiũ, vt ſymoniæ ſuſpicio euitetur, & in c. qm nu. 5. eo tit. vt non ſit per viam pacti & conditionis, ſed proteſtationis, & propter loci cõmoditatem, & qualitatem dantis, & accipiētis, in modum voluntariæ oblationis, & hanc q. diſputant Moderni in trac. ſymon. p. 2. cap. 29. moderando tamen iocalia,

Z & pa-

& passus contra quasdam moniales intrantes cum superfluis expensis. vide in synod. Neapol. Magni Card. Alphonfi. fol. 63. vbi adnotatū est †
 24 Nec minorem perturbationē cautat 26
 ipsis monasteriis ingressus seculariū personarum, ideo expresse cauendū est, neminē ingredi debere intra septa monasteriorum ipsorum, sub excoicationis pæna ipso facto incurrenda ex decreto eius. sess. c. 5. sine licentia in scriptis obtenta a superioribus, & idem habetur in canone antiquo Conc. Matiscon. c. 1. quod est Concilium Prouintiale tempore Pelagii Papæ secundi, qui fuit anno domini 580. dum dicitur in c. *Vt nullus episcopus, presbyter, diaconus, clericus, vel quicumq. secularis in monasterijs puellarum, nisi probata vitæ, & ætatis prouecta præter utilitatem, aut pro quacumq. earum necessitate habitare, aut secretas colloquutiones habere præsumant, neq. intra saluatoriū, aut oratorium ingredi permittantur*
 25 † Quod fortius confirmauit Dom. Gregorius N. XIII. Pont. Max. in sua constit. incip. vbi gratia, & indulta. 1575. anno quarto, reuocando quas cumque licentias primitus concessas, a quibuscūq. Romanis Pontificibus sicut ēt Pius V. similiter statuerat. in breu. incip. regularium personarum. 1566. an. 1. & Concilium procedit determinando in omnibus, dū dicit *Cuiuscumq. ætatis, & sexus, eo. cap. 5. & stricta videtur interpretatio*
 Do. Nauarr. dum limitat posse attendari non procedere in infantibus ratione carentibus in capit. statuimus. num 59. 19. quæst. 3. (& dicuntur infantes qui sunt minores septem annorum l. si infanti. C. de iur. delib.)

quod potest esse, quia non datur esse doli capaces, vt secus in pueris per c. 1. & 2. de delict. pueror. cap. fin. de sent. excom. † Sed tamen iuxta dictum decretum Conc. licentia ingrediendi monasteria debet esse rationalis, & manifesta, vel per utilitatem, aut necessitatem, non tamen voluntaria, cum tex. eiusd. c. 5. Conc. dicat in casibus necessariis, vnde si superior ad libitum, & extra casum necessitatis alicui daret licentiam ingrediendi monasteriū, Abbatissa seu alia præfecta, non tenetur obedire. iuxta decisionem alleg. Const. Domini Nostri D. Grego. verſ. *Neue Moniales*, sub eisdem pænis, nec repugnare videntur voto obedientiæ, si recusant, quia Papa, qui est superior omnium, sic disponit, & determinando legem apponit, vt sic ne a diuinis propter actiones seculares abstrahantur, & impediuntur. † Idemq. dicimus passim non esse permittendum puellas educari, quamuis eas tenere vsque ad ætatem. 25. annorum, non sit contra dispositionem Conc. Trid. nam in regula melius perficiuntur, si stare volunt, cognoscuntque ipsius normæ & obedientiam discunt, cum alias obedientissimas vident: humilitatem seruant, cum maiores se eam custodire student, & quam habere debent omnes Deo seruientes, adhibitis tamen quibusdam conditionibus, quas, vt necessarias hic inserere visum est.
 28 † Et primo quod tale sit monasterium, quod primum consueuerit tenere puellas educationis causa. Secundo quod superior scriptam licentiam dederit. Tertio de consensu Abbatissæ, & reliquarum monialium. Quarto quod tales puellæ ex
 mili

mili causa introductæ, eo vestitu in monasterio vtantur, qui virginali modestiæ, & pudori conueniat. Quinto nullam famulam secum adducere, aut retinere permissum. Sexto quod ibi stare vltra 25. annum non liceat. Septimo ad eandem legem clauuræ teneri, ad quam omnes reliquæ moniales obligantur. Octauo si semel aliqua ipsarum exierit monasterium, nunquam amplius eo intromittatur, nisi exierit causa infirmitatis curandæ, & cum licentia. † Vterius etiam procedendo, considerandum est circa professionem faciendam a monialibus, licet in 15. anno, & 14. primum fieri poterat cap. 1. & 2. de regul. lib. 6. hodie autem nequaquam, nisi expleto 16. anno, & sic per annum post habitum susceptum steterit in probatione, cap. 15. eiusd. alleg. sess. 25. quod non obseruato, nulla inducitur obligatio ad obseruantiam regulæ, iuxta ibidem disposita. Cum ipse annus dicatur esse institutus in subsidium fragilitatis humanæ eod. c. 2. & supra de monachis est dictum, quia cum feminae fragiles sunt, & inualidum eorum consilium Phil. 1. Polit. ideo dilatio datur & dicitur in l. si pater. C. de spons. quod plerumq. etiam ipsius feminae aduersus comoda propria inueniatur laborare consilium, & ex illo Eccl. c. 7. (*Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.* Ioan. Neuz. in sua Sylu. 30 lib. 1. † Quæ igitur professio est duplex, tacita per delationem habitus per ipsum tempus cap. 2. cap. 4. de regul. Expressa non est sublata per canonem, si fiat supra annum 16. vt in facto dicebamus: nisi verba tex. reducerentur ad strictum intellectum, vt

velit, quod omnino per annum portet habitum, & stet post ipsum susceptum in probatione per dictionem negatiuam præcedentem, ibi. *Nec qui minori tempore.*) Prout de simili dictione, nec, loquuntur Doct. in l. si solius, ff. de socio, vt sit nõ minori tempore iuxta notata per Bud. sequendo verba ipsius capituli 15. Conc. Trid. alleg. † Sic etiam dicimus de varijs velis solitis assignari ipsis monialibus seu denominari. Nam datur velum religionis, & dicitur vestis religiosa, quam Vidua accipit a Sacerdote, vel alio ministro, aut velum ordinationis quod olim dabatur diaconissæ, aut velum professionis, sic velum consecrationis, quod a solis episcopis datur virginibus tantum, & in solemnibus festis, & dominicis, est etiam, & velum prælationis, quod hodie Abbatissis, & præfectis conceditur, hæc habentur per Innocen. in cap. primo, de tempor. ordin. dicit tamen Dom. Floren. in sum. 3. par. titu. secundo, cap. secundo, §. 2. ex multis addi velum probationis, quod est in receptione alicuius ad habitum monachalem. Considerando autem circa susceptionem veli consecrationis, a solis virginibus, vt ab eis absit omnis fornicatio etiam voluntariae pollutionis; vnde sapienter multi Prælati concedere abstinent, cum uix raro ex hoc consecrari possent aduertit Nauar. in suo Man. cap. 16. num. 3. vers. interrogatus, fol. 63. † Ex quibus item aduertitur, mulierem corruptam, siue viduam posse effici monialem, & velum posse accipere professionis, non autem consecrationis, cum præter consecrationem, & benedictionem, omnia alia percipi-

piat, ponit Gomef. in tract. Breu. nume. 51. & quod possit profiteri, colligitur ex ipso text. Concil. Tridentin. eodem tit. cap. 8. Inde in Concil. Aurelian. tertio. *Viduas, quæ spontanea voluntate ab altari conuersionis sacra, velamen suscipiunt, decreuit sancta synodus in eodem proposito permanere*, cap. viduas 27. quæstio. prima, & cap. vidua, & in cap. fin. 20. quæstio. 1. refert Gratia. modum professionis viduæ, quod in scriptis professionem faciat, a se, aut signo, aut subscriptione notatam, continentem se religionis propositum velle, & hoc perenniter inuiolate seruare, ex Concil. Toler. 10. vtendo postea veste religiosa, non diuersi coloris, aut diuersæ partis notabili, seu suspecta. De Abbatissa vero disposuit Greg. lib. 3. epist. 11. non esse ipsam eligendam, nisi sexagenariam, cuius ætas, & mores hoc exegerint, sed ex determinatione eiusd. Concil. Triden. cap. 7. eodem titu. sess. 25. quocumque nomine appelletur Abbatissa, Priorissa, & Præfecta, eligatur non minus annis quadraginta, & quæ octo annis post professionem laudabiliter vixerit in monasterio, & vbi his qualitatibus non inueniatur; ex alio monasterio suscipiatur, aut saltem quando aliter fieri nequit, quod sit ann. triginta, & quinq. annis post professionem laudabiliter similiter vixerit, in cuius benedictione data, seu danda præteritum non est exigendum, gl. in clem. Attendentes, de stat. mon. allegat cap. ficut lo; de simon. Cum vero confirmata fuerit, aduertenda est, ne excommunicet, aut absoluat, neve interdicit, seu alicuius ordinis officium exercent, quod expressè prohibitum

est iuxta notata per Doctor. in cap. dilecta, de maior. & obed. & in cap. de monialibus, de sent. excom. nec velum alicui dare præsumat, siue aliam velare, ex decreto Eutychiani Papæ, in cap. statuimus, 20. quæstio. prima, nec confessionem audiat, aut aquam benedicat, seu pœnitentiam imponat. cap. noua. de pœnit. & remiss. Innoc. in alleg. cap. dilecta, sed vbi est de consuetudine alijs committere, obseruandum est. 1. dist. cap. multorum, & 24. q. 5. eod. cap. Sed talem se exhibeat reliquis monialibus, in victu, vestitu, colloquio, ac ceteris actionibus, vt simul omnibus ad cælestia regna ducatum præstet, & gaudeant ipsam in matrem accepisse vt fœlix etiam sit, si semel Deus infuserit timorem, & amorem. *Quia oculi Domini super metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius.* Psal. 32. eo fortius, cum videatur habere dignitatem. Abb. in cap. quia propter, num. 8. de elec. debet oculos suos vertere ad eam dignitatem, humilitatis scilicet, qua vta fuit Gloriosa, & semper Benedicta Virgo Maria, quæ electa sponsa summi Patris, profunde inclinata, dixit. *Eccc ancilla Domini.* Luc. 1. Et sicut de Monachis diximus supra cap. 15. num. 21. quod proprium pœnitentis eis interdictum est, sic de monialibus, c. cum ad monasterium, de stat. regul. & ead. sess. c. 2. licet mobilium vsus, sic permitti potest, vt earum suppellex statui paupertatis, quam professæ sunt, conueniant, nec quod sit eis necessarium denegetur, nec superfluum sit. §. mobilium, eod. c. 2. vt hoc modo dicantur habere proprium, quo ad vsus, detentionem, & administrationem

strationem. Martin. Navar. 12. quæst. 1. cap. non dicatis num. 10. & nu. 21. qualis debeat esse earum expropriatio. Quia abdicatio paupertatis, & custodia castitatis sunt annexa regulæ monialium, quamuis Papa possit dispensare, Alua. Pelag. de planct. eccl. 37 lib. 1. cap. 46. casu 12. † Ne autem liberæ voluntati ipsarum præiudiciū, seu violentia inferatur, prouidendum est, vt ipsæ moniales renuntiationes bonorum, & hæreditatum ante ipsum tempus præfinitum professioni, per duos mentes primum, non faciant, & tunc de licentia episcopi, seu alterius superioris, prout ex decreto eius. Conc. hoc tit. cap. 16. statutum est, alias nulla erit facta renuntiatio, nec ius monasterio acquisitū tollit, quod est notandum, cum aliqui parentes, & fratres, antequam ex domo discedant, faciant eas renuntiare, nec ipsi Concilio potest præiudicari, ex quo loquitur annullando neq. ipsæ moniales possunt in actu prohibito renunciare fauori ipsarum, propter ius competens monasterio, arg. c. mulieres, & ibi not. de iudic. lib. 6. † Exinde similiter extendimus, cum voluntas sit illa, quæ primum seruum obedientem facit, stricte esse cauendum, ne aliqua monialis inuita intrare religionem compellatur, seu compulsa fuerit, cum Deus hominem in manu consilij sui apposuerit, & Apostolus votum virginitatis non præcipit, sed commendat, ad Corin. 1. cap. 7. & si inuita intrat, dicimus dare voluntatem, non spontaneam, glo. in cap. notificasti, 23. quæst. 5. Abb. in cap. de regular. Sic de matrimonio, in quo coacta voluntas, non est voluntas, dixi in famil. singul. in littera

V. num. 49. psal. 144. *Voluntatem tuam se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* 39 † Ex quo optime prouisum est, rescripto præfati Conc. eod. tit. cap. 18. (quod omnibus est declarandum) quod Anathemati subijciantur, qui causa fuerit, vt puellæ inuitæ fiant moniales, vel e contrario, si intrare religionem absq. vlla iusta causa impedimentum præstiterint, in similibus quoque. Sed o vtinam, & hodie non essent multi tali graui sententia innodati, qui filias, sorores, velint, nolint, monasterium ingredi faciunt, cupiditatis, & auaritiæ causa inducti, vnde vidimus plerumq. cum maximo animi dolores ipsas moniales sic coactas factas præuaricasse, & ipsos propinquos talia perpetrantes, etiam malum duxisse exitum, vt ferè semper bona, quorum occasione hoc fecerunt, fisco dederint, & sic ne gauisi fuerint: o Altitudo diuitiarum, & scientiarum Dei, exclamat Apostolus ad Roman. cap. vndecimo, quis fuit consiliarius eius. † Ante verò professionis emissionem non aliter monialis veletur, nisi primum eius voluntas exploretur ab episcopo, siue eius vicario, vt videri possit, si libere, an coacte hoc facit, & condiciones requisitas monasterij, & regulæ habuerit, eadem sess. c. decimo septimo (& in loco libero, & tuto, & cum accipit habitum, & iterum cum emittit professionem) quod nisi Abbatisa, seu præfecta nuntiauerit, arbitrio ipsius episcopi suspendi potest, vers. quod si præfecta, etiam quod monasterium immediate non subsit episcopo. In qua voluntatis exploratione, seu alio simili actu, cū sit in ipso monasterio

episcopus non ingrediatur clausuram, sed stet ante fenestellam cancellorum, examinando mentem ipsius puellae, ex alio decreto eiusd. sess. cap. 7. §. is vero quod, & aduertendum est a multis, qui ingrediuntur propterea portam, & ante pedes positam examinant. peccant enim, & contra Concilium faciunt. † Quae receptio monialium fit per electionem Abbatissae, & reliquarum monialium per tex. in cap. si de regul. lib. 6. non autem ipsis inuitis per superiorem, prout firmat Lopus, per eundem tex. allegat 31. pri. conclus. ampliando ad mendicantes, & in alleg. 4. quae dicantur religiosae mendicantes, licet habeant possessiones, & redditus ad congruam sustentationem, non tamen omnes, ut in omnibus procedat dispositio Decretalis. Non solum de regul. lib. 6. & ampliatio facta per Bonifacium VIII. 4² in cap. Constitutionem eod. tit. † Vnde ex diligenti praescrutatione in hac monialium visitatione inquirendum est, ne quid sit inductum in earum disciplinam, quod non pium, dicatur, & sanctum, cum Deo, non hominibus desponsatae sint, ideo nihil, nisi quomodo Deo placere possunt, studere debent, & quot sunt professae examinentur, quot nouitiae, si tempore praescripto fiat professio, si habitus professorum, & nouitiarum sit distinctus, cap. super eo. de regular. si obseruant regulam, quam professae sunt, maxime circa substantialia, paupertatem, obedientiam, & continentiam (extra tamen casum necessitatis.) si vestes debitas, si tempore debito celebrent officia, oēs conueniant, ne sit aliqua recepta per simoniam, si

habent debitam clausuram, si portae clauduntur tempore congruo, & hora conuenienti, D. Pauli. de visit. 1. p. q. 6. nu. 19. in quibus se exercent, si habent conuersationes suspectas, qualiter Abbatissa, vicaria, & aliae praefectae officium suum compleant, qualiter se gerat Confessor, praecipue in nouitijs. Floren. in sum. 3. par. tit. 20. c. 6. §. 2. ut sit intentus, & modestus in honestate loquutionis, & conuersationis, habeant libros honestos, non recipiant litteras, secretas, nisi primum a praefecta reuideantur, regulam custodiant, & in mensa semper legant, non nutriant canes, aues, non dormiant simul plures moniales, & cellae possint semper ab Abbatissa visitari, & melius in communi dormitorio, sit infirmeria, & de nocte sint luminaria: nulla utatur pannis sumptuosis, aut foderatis, cle attendentes de stat. reg. prohibeantur colores, specula, neque figmento uti liceat, cap. fucare de consec. dist. 5. quia Christus est eorum sponsus: fugiant tripudia, infestis, & in ipsarum benedictionibus: in quibus cesset superfluous modus expensas faciendi, tam circa episcopum consecrantem, quam circa alios, dum habitum regularem praestant, vel professionem emittunt, in Synod. Neap. fol. 63. comedant omnes in communi refectorio, nec aliqua extra sine licentia superioris, & ubi Magnantes, & generosae sunt, sic ut ceterae in obedientia persistant, ne scandala, discordias, rixas, dissensiones seminent, & si incorrigibiles existunt in arctius monasterium detrudantur, 27. quaestione prima, cap. si qua monacharum, in quibus attendendum est, dum eis necessaria subministrantur,

eur, ne superfluis cibis deditę sint, mu-
ficis, instrumentis non vtantur, nec
colloquijs prophanis se maculēt, ora-
tioni studeant, & alias ad id facien-
43 dum excitent † Et vbi in ipsis mona-
sterijs ecclesia non est publica, sed in
tra septa, & claustra, seu chorum, san-
ctissimum corpus Christi nō retinea-
tur, non obstante quocumq. priuile-
gio, iuxta dispositionem præfati Cō-
cil. ead. sess. cap. 10. §. quod vero. Et si
ecclesia est extra clausurā, caueatur,
ne porta aliqua sit, ex qua aditus pa-
teat intro ad ipsum monasterium. ex
lege Do. N. D. Grego. XIII. Pont.
Max. supra alleg. inc. Deo sacris §. de
claramus, vt omnino clausura serue-
tur, nec occasio sit eam violandi, &
est lex noua extensua ad ipsam ma-
teriam quam omnino seruare decet.
44 † Similiter attēta dispositione Clem.
V. in cle. Ne in agro. §. sane. de stat.
mona. statuendum est ipsas monia-
les singulis mensibus debere confite-
ri sua peccata, & sacram Eucharis-
tiam accipere, sublata quacumque
occasione, sicut omnes fideles singu-
lis annis. capit. omnis vtriusq. de pæ-
nit. & remiss. vt propter pensum reli-
gionis, secundum gl. ibidem. plus de-
beant. quod eodem. Conc. Trid. con-
firmatum est, citato cap. 10. in princ.
ex qua frequentatione assuescunt di-
uinę participationi, & securius ten-
tationibus resistunt, quia incorpora-
tę dominicę mensę. (vt sic antiqui-
tus ter in anno omnes confiterentur
de consecr. dist. 2. cap. & si non fre-
quentius, post modum semel in anno
dist. cap. omnis vtriusque: Hodie
vero monachi per clem. ne in agro,
& moniales per decretum Concil.
semel in mense, & sic duodecim.

vicibus in anno: Si vero peccator ha-
beat propositum confitendi secundū
man datum ecclesię, & in tempore
statuto: sed moriatur, antequam con-
fiteatur, si contritus, non est dānatus
quia ea non contēpta, sed morte præ-
uentus, de pænit. dist. 1. in 2. parte:
& doct. in ead. clem. & in 4. dist. 17.
quæst. 2. ar. 5. capit. 4. sess. x. Concil.
Trid. de contrit. quem te 1. Do. Mar-
tin. Nauar. pro conclusione adducit,
de pænit. dist. 5. in præfat. num. 2. &
in Man. cap. 1. cum diffinitione con-
tritionis, sit propositum confitendi,
& satisfaciendi per doct. ibidem &
45 infra de sacramentis. † Inde confes-
sor ipsis monialibus præponēdus, pri-
mū ab epō examinetur, de vita, mo-
ribus, sciētia, legalitate singulari iudi-
cio. Conc. Prou. col. de vit. mona. ca-
pit. 8. & sit eius intentionis, vt obser-
uet contenta, quę in sacramento pę-
nitentię obseruari debent, & in pri-
mis, sit cautus non rememorare cri-
mina non confessa, ne virgines di-
fscant, quę prius ignorarunt, vt pa-
tientissime corrigat, pientissimeq. cō-
soletur, qui vbi se non idoneum præ-
buerit, auferatur, aliusque subroge-
tur, quia si bonum est in corporis in-
firmitate idoneum habere medicum,
præstantius & multo magis necessa-
46 rium pro salute animæ. † Hoc addi-
to vt præter ordinarium confesso-
rem ipsarum, bis aut ter in anno, alius
extraordinarius confessor adhibea-
tur, qui singulorum confessiones au-
diat, & salutari pænitentia imposta
absoluat. eod. c. 10. §. præter ordina-
rium quod optime sancitum est, ne
ex longa frequētatione vnus confes-
sor, abstineant moniales aliquando
conscientiam suam examinare, de sin-
gulisq.

gulisque commissis confiteri, siue ex pudore, aut confusione vereatur, sed in multis locis, vix habuimus, vt vnū ordinarium poneremus, & in nostra Rauellensi, ex carentia sacerdotum, & locorum paupertate, s̄m quorum dispositionem iura accomodanda sunt, quia non possunt omnes articuli, & omnia dubia vno decreto determinari arg. l. non possunt. ff. de lega.

47. † Circa vero aliorum sacramentorum susceptionem, extremæ vñtionis, vbi quid expræssius ordinatum non est, subiiciuntur presbytero parochiali, intra cuius parochiam ipsarum situatum est monasterium, quia in hoc iure communi fundatur opinio, quod paroch⁹ sit administrator. Abb. in cap. dilectus. num. 17. vers. sed posset. de cap. mon. vbi dicit episcopum prouidere de certo presbytero, nec consentiendum est opinioni aliquorum monachorum volentium, parochum portare sacramentum extreme vñtionis vsq. ad portas monasterij, & demū monachus Capellanus vbi est, accipiet, & administrat, quod satis durum videtur, & de parochi fide & diligentia multum detrahitur. & simile dicitur de alijs monachis, vt a

48. † sane. de stat. mon. † Neve materia lapsus præbeatur ipsis monialibus, bonum est cauere (extra tamen necessitatis casum) si fieri potest, abstinere eas a vino, sicuti apud Romanos, mulieribus denegabatur. Valer. Maxi. li. 2. de instit. antiq. idque clarius ex auctoritate Hierony. recitante Gratiano in cap. vinolentum in fine. 35. dis. vinum, fornicatio, & ebrietas auferunt cor. Esdr. 4. cap. luxuriosa res est

vinum, & tumultuosa ebrietas. Prou. c. 20. & Propertius dixit.

Vino forma perit, vino corrumpitur atas.

Vino sape suum nescit amica virum.

Et ex eo. Hiero. Noe antiquus Patriarcha ad vnus horæ ebrietatē nudat femora sua, quæ per sexcentos annos sobrietate contexerat. Aluar. Pelag. de planct. eccles. lib. 1. c. 36. col. 5, & in regula Benedicti legitur, licet ex infelicitate temporum, non in totū prohibeatur, cum moderamine saltē quia vinum facit apostatate hominē, & in multis obseruatur. † Id est curandum est, cū Ciuitates aliquæ propter bella, pestes, aliaque causas collapsæ sunt, nec in ea frequentia appellatione sunt, vt primum. si monasteria monialium sint, & nunc extra urbem sunt, quod propter scandala, & occasiones peccatorum, in maxima versantur suspitione, vt episcopi, si ita expedire videbitur, inuocato cū opus fuerit auxilio brachij secularis, intra ciuitatem reducere conentur, ex salubri decreto. eiusdem Concil. Trid. eadem sess. 25. capitu. quinto. 50. §. & quia. † Sic etiam vbi in vicinia ipsorum monasteriorum aliqua domus sunt contiguæ, habentes aspectum ad ipsa monasteria, per fenestras, cancellas, parietes, aut aliunde, ex quibus suspitio multa insurgit ipsas videndi, superior faciat remoueri, & claudi, quantumcumque per distantiam sint, maxime in hoc Regno Neapolitano per nouissimam legem Inuictissimi, & Potentissimi Regis nostri Philippi, existente Præfecto Regni Illusterrimo Do. meo D. Antonio Perenoto.

noto S. R. E. Maximo Cardinale de Gran vela, ipsius Régis primo & familiarissimo Consiliario, Italiæ Cōsilio Præsidente, & optimo Principe & equidē magna fuit lex, & tanto Rege digna, licet multi eam iuri communi non cōcordauerint, se fauorabilis est causa, quæ pro Religione facit. ff. de relig. & sumpt. fun. l. sunt p-
 51 sonæ † Et vbi (quod absit) moniale præuaricantem in fornicationem superior inuenerit, grauiter in eā inuehat, iuxta alleg. cap. si qua monachorum: graue enim scelus committit, fidem datam Christo sponso frangere, cum ipse dixerit, *Veni sponsa mea, dilecta mea*: quid namque boni in ipsa remanet, si præmium virginitatis Deo dicatæ perdidit, & ex sponsa Christi, effecta sit filia diaboli, quia, ex se fornicari maximum peccatum est, propter violationē tēpli Dei, 32. q. 3. c. in eodem & est contra legem naturæ, vt etiam simplicissimā fornicationem dicere, non esse peccatum, hæreticum est, clem. ad nostrum. de hæret. Mart. Nauarr. de pæn. distin. 5. in princip. num. 119. fol. 54. decisio. capit. Tholos. 347. Iulius Clarus lib. quinto. recep. sentent. §. fornicatio. in princ. & §. hæresis. Aff. de hæret. & pat. leg. 1. nu. 23. † Is enim qui cū monialibus tale dirum facimus committere ausus est, in quattuor grauissima incidit peccata, incæstū scilicet, quia monialis dicitur consanguinea, adulterium, quia cum sponsa Christi, stuprum quia cum Virgine, & sacrilegium violando rem Sacram. Mar. Socc. in capit. cum dilectis num. 3. de purg. can. in cap. ead. quæst. num. 67. de pæn. & in rubr. de adult. nu. 10. & leges ciuiles
 53 par. fol. 44. † Illudq. multum prodest & eis valde est commendandum, vt moniales ipsæ fugiant ocium, semper enim legant, orent, diuinaque meditentur, aut alicui honesto, & conducenti exercitio vacent, quod nisi faciant, in desiderijs erit omnis earum voluntas, vel in vagatione perniciosarum cogitationum, ad instar fornicantis Hierusalem, vt scribit S. Hieron. ad rusticum monachum, relatus a Gratia. capit. numquam de consecra. dist. 5. sed Domino debitū virtutum famulatum impendant. clem. attendentes. de stat. mon. cum sim. vnde Ecclesi. 33. *Ociositas multam docuit malitiam*. Et dicitur in cap. nisi cum pridem. §. ego sum. de renunt. quod ociositas, & voluptas arma sunt antiqui hostis ad captiuandas miseras animas. Cum & de omni verbo ocioso redenda sit ratio in die Iudicij dixit Dom. Matth. cap. 12. & cum vacatur ocio, uociferatur. Exo. capit. 5. & Ouid. inquit.
Ocia, si tolles, perire Cupidinis arcus;
Queritur Aegyptus, quare sit factus adulter,
In promptu causa est, desidiosus erat.
 Refert. gl. eo. cap. nisi cum pridem & diximus in famil. sing. in littera O. 54 n. 5. † Et ex hac ratione ipse moniales,

les, sicut de monachis supra dictum est, in cōtinua obedientia suis superioribus esse, admonendę sunt, nec de facili resistere, cum velle non dicantur habere, sed eorum voluntas in obedientia est. 12 q. 1. c. non dicatis. gl. in c. raptores. 26. q. 2. Quia obedientia sola fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis conuincitur. c. sciendum, in fine. 8. quæst. 1. nisi enim obedient es fuerint omne bonum in malum conuertunt, cum sit de principalibus præceptis substantialiū regulæ, quam professæ sunt, supra, c. 15. nu. 55 98. cum seq. † Item quia potest esse, quod vnum monasterium monialiū, habeat aliud simile monasterium subiectum, videndum est, si primo subest episcopo, vel iure ordinario, vel delegato, ipse visitabit, alias ipsius superior, vel sit dare casum, vt Abbatissa, vel præfecta alteri committat vices visitandi, cum per se non possit, iux. gl. singularem. in ead. cle. attendentes. in verbo alia, de stat. monach. p. ut superius lib. 1. c. 2. nu. 15. etiam est dictum, potest tamen conferre eccl. 56 stri. de elec. † Nec obstat, quod moniales sint alteri, quā episcopo subiectæ, quin ipse circa clausurā omnes visitare potest, cognoscere & providere, authoritate Apostolica, iuxta decretum supra citatum eiusd. Conc. c. 5. ad hoc vt restituatur, vbi violata fuerit, & vbi inuiolata est, conseruetur: eod. c. periculoso. ex ipsius. n. obseruatione cognoscerunt Summi Pontifices ecclesiasticum statum ipsarū monialium in viam salutis disponi, & quæ ad honestatem pertinent, festari, quod nisi episcopus curet per-

fici, grauibus impræcationibus subijcitur, vt supra alleg. tex. continetur, & præsertim dic. cap. periculoso. §. fin. ibi. *Districte in virtute sanctæ obedientia, sub obtestatione diuini iudicij, & in terminatione maledictionis aternæ præcipiendo*, &c. de quibus verbis optime dictum est supra lib. 1. cap. 31. num. 4. 8. 12. † Ampliando ad moniales sanctæ Claræ conuentuales, quas similiter hodie visitabit; & gubernabit episcopus auctoritate ordinaria, cum primum Generali ministro Ordinis conuētualium suberant. ex Constitutione Pij Quinti Sum. Pont. incip. Ad perpetuam, die 3. Iunij. 1568. anno 3. sui Pont. licet in aliquibus id non processerit, & non ordinarium venerint, sub ea causa, quod Rex habet protectionem, vt Neapoli in monasterijs sanctæ Claræ, Magdalensæ, Aegyptiacæ, per dispositionem Regis, fratribus de obseruantia reformatis præpositis, quia sic Robertus Rex fundator ea administrari per fratres Sancti Francisci mandauerat. † In qua monialium visitatione, si acciderit episcopum, vel alium superiorem impediri, monitione præcedente, si non desistatur, excommunicatio incurritur ab impediēte. ead. clem. attendentes. §. si. de qua meminit. Martin. Nau. in c. 27. n. 140. Sed hodie dicimus maiorem excommunicationem incurri ipso facto, per Bullam Do. nostri Do. Greg. XIII. Pont. Max. quia tales impediētes, dicuntur turbare iurisdictionem ordinariam superiorum ecclesiasticorum. in. §. nec non excommunicamus eos. vers. 15. quod est notandum in materia contingenti, de qua etiam excommunicatione idem Nauar.

59 Nauar. nu. 69. † Aduertat tamen episcopus visitans ipsa monasteria monialium, ne grauet moniales superfluis expensis, sed tamen contentus sit paucis, & probis viris in comitatu ex cle. fi. de stat mon. non equos multos, ferrerios, seruos, focios, & velit portare tot, vt pauperes moniales de ficiant in proprio victu, nec satisficiant iuxta illud psal. 58. si vero non fuerint saturati, & murmurabunt, ideo attendatur, quod supra est dictum, quod tantummodo necessaria subministrantur, remotis sumptibus superfluis, & tex. eiusd. clem. non excedit octo personas, quin etiam in aliquibus paupertate oppressis, adhuc satis sunt. † Maxime si in communi in ipso monasterio propter paupertatem non viuatur, & tunc aduertere debet non ad procuraciones, sed ad animas vt tales in communi non viuentes, ne contrariantur regulæ in perniciem animarum. Instruendæ igitur sunt, vt semper promptæ sint, & paratæ, omnia in communi ponere, cum fieri potest, & omnes consentiunt, & in manibus superioris in omnem euentum. Item quod de omnibus rebus nihil detur extra monasterium sine licentia, & quod in ipsis non quærat quid superfluum, vt a voto obedientiæ exinde separentur secundum D. Floren. † Quod tamen melius obseruatur, si frequentationes laicorum cum ipsis monialibus prohibentur, nec vmquam aliqua sola ad Crates cum ipsis loquatur. c. dist. finimus 18. q. 2. & 81. dist. c. in omnibus, & vbiq. particulares superiorum reperiuntur ordinationes, etiam sub grauissimis cen-

suris, sic oportuit hodie prælatos procedere, ex malitia multorum tentantium mentes virginum corrumpere, sub licentia loquendi ad vnam, l. si quis non dicam, l. raptores. C. de episcop. & cler. & hoc extende ad omnes ibi commorantes, etiam, quod non sint professæ, licet non dicantur moniales, vt dixi in fami. ling. in l. M. n. 38. † Et deniq. in argumentum pro ipsarum reformatione, accipi possunt multa dicta de monachis, cum generaliter teneat, per not. per Abb. in cap. ea, quæ de stat. mon. quo ad ea, quæ sunt proportionabilia tantum, nam multa ordinantur in monachis, quæ respectu habito non conueniunt monialibus, & vltimo videbit episcopus statum ipsius monasterij, inquirendo singula ipsius, ac eius partes, prout Spiritus sanctus dabit ei, & ex facti apparentia viderit expedire, vt vnumquodque monasterium seruet suam regulam, Benedicti, Augustini, siue etiam Francisci, uel aliorum, maxime circa illa tria substantialia totius regulæ, uel si aliqua ecclesia ipsius habeat curam animarum, quis eam exerceat? monachus, an sacerdos? quomodo se gerat, & si scit, quæ conueniunt, ac demum recognoscat redditus, possessiones, bona stabilia, & mobilia, quomodo gubernentur, & in quibus expendantur, si superflua: quis est procurator: si approbatus existat, uita, & moribus, atq. legalitate, & rationem administrationis diligenter examinet, cum alijs, quæ sapienti uiro uidebuntur esse necessaria, iuxta tritum prouerbium. Mitte sapientem & nihil dicas, &c.

DE HOSTIIS MONASTERIORVM SI

claudantur episcopo visitanti, an possit
per vim frangi.

CAP. DECIMUMNONVM.

S V M M A R Y V M.

1 **E**pisopus visitans monasteria, si
hostia et claudantur quomodo
procedet.

2 Excommunicatio, quando incurra-
tur ex fractione hostiorum mona-

1 **I**N visitatione ipsorum monaste-
riorum, de quibus supra satis di-
ximus, maxime his temporibus
clausura omnibus visa dura. †

Euenire potest, sicut, & multis Præla-
tis contigit, vt superiori volenti visi-
tare, hostia claudantur, & vis infera-
tur, recusando obedientiam præstare,
nec iugum Christi patienter velle fer-
re, ideo cum D. Petro lib. 1. c. 3. oppor-
tune quærendum videtur, si ipsa ho-
stia possint per superiorem frangi, et
violenter, vel sit procedendum con-
tra ipsos monachos, & moniales per
censuras ecclesiasticas, & multi viden-
tur tenere, quod nõ per vim, neq. per
fractionem, sed per ipsa remedia ec-
clesiastica, ex cle. ad nostrum, de cen-
sib. vbi Papa narrat excessus in violen-
ter frangendis valuis monasteriorum
& demum in fine prohibet, & gl. in
c. de imm. eccl. post Inno. in c. cū ve-
nerabilis, de censib. sed attenda causa
iustissima non incõuenit ad aliam o-

steriorum.

3 *Defendere res suas unicuiq. licet.*

4 *Superior potest iurisdictionem suam
defendere cum armis.*

5 *Vis potest inferri rebus, & personis.*

pinionem, & veriorẽ accedere, quod
superior impeditus procuret hostia
frangi, etiam inuocato auxilio brac-
chij secularis. Montel. 4. p. suæ pra. n.
84. Id. n. lege permittente fit. Abb. in
c. cum Viñtonensis in fi. de elec. & in
Prælato visitante loquitur ipse Inno.
in c. cum venerabilis de censib. Abb.
c. 1. n. 5. in solut. ad 2. dub. de immu-
eccl. † Dicitur autem Card. in cle. ad
nostrum supra alleg. in 13. not. dum
vult incurri excõicationem, si hostia
frangatur, non procedit in episcopo
visitante, qui venit ad corrigendum,
& procurandum obedientiam, eccle-
siæ, & eius Prælato præstari, sed de a-
lijs ex fractoribus, vel iurisdictionẽ nõ
habētibus, & extra casum visitationis
tam priuilegiatæ. prout etiam sic in-
telligit ipse Montel. ead. p. nu. 85 8. &
sic est visum pluries obseruari in mul-
tis locis, vbi nõ solum hostia fuerunt
clausa verum etiam vltra monachos
plerumq., moniales ipse ad modum
belli

belli se defenderunt, vt verum fuerit dictum Tragici Poetae.

Mulierum furorem, nec ratio ipsa, Nisi timor, et pena mitigare possit. 5

Inde legimus in syn. Neapol. Magni illius D. Card. Alphonfi, pro ingressu cuiusdam sororis Benedictae Marthae in monasterium S. Mariae de Iesu, aliquibus monialibus recusantibus, portas per vim fractas, cum auxilio bracchij secularis, fol. 95. & in vniione Monialium S. Mar. de Aluino, & S. Anelli, in vna Amalphitana, & in alijs, vbi ad reformari opus fuit. 3 † Idq. etiam in rebus prophanis licere videtur, vt vnicuiq. sui, suorumq. iurium, & rerum, visa sit naturalis, & iusta defensio, auctoritate tamen iudicis, seu iuris sibi fauentis; per doct. in l. 1 §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunt. Aret. conf. 2 r. si diligenter. Aff. in l. pacis cultum, n. 50. 6. notab. Iatiffime Moderni in l. vt vim, ff. de iustit. & iur. r. p. c. dilecto filio, de sent. excom lib. 6. cum defensione gladij spiritualis, vbi etiam defensio temporalis non est sufficiens, vtendo armis spiritualibus, quae propria sunt ecclesiae, eod. c. Doct. in c. significasti lo 2. de homic. † Et quamuis superior habens iurisdictionem non debeat violenter intrare arg. e. olim, lo. 1. de restit. spol. potest tamen suam iurisdictionem defendere, etiam cum armis, & vtendo verbis doct. cum ense & bello; Alphon. Aluar. in suo Spec. Sum Rom. Pont. c. 26. vt pro posse defendat se, iuraq. suae ecclesiae, de quibus loquitur tex. in cap. breui, vbi doct. de iur. iur. & satis dicitur offen-

sus, cum resistitur, imo violata est tota ecclesiastica iurisdictione, cum Praelatus procurans salutem animarum iniuria afficitur. Propterea † potest, & ipse sic procedere, dando exemplum, vt vis inferatur rebus, frangendo violenter hostia & fabricas, ac in personis, eas castigando de excessu inobedientiae, restituendo salubribus mandatis ecclesiae praelati, cum reatu animae. Nam qui episcopum spernit, Christum spernit, qui episcopum recipit, Christum recipit, dicente ipso Domino Luc. c. 10. & reputatio nequam iudicatur, etiam in momento, quanto fortius cum interuallo temporis, licet secus generaliter in alijs, gl. est duplicata, 23. q. 1. in sum. in c. significasti alleg. de homic. bonum tamen est si episcopus cognoscat posse superare resistantiam per censuras ecclesiasticas. ne ad actum violentiae perueniatur, propter scandalum, quod alijs inferatur, quando tamen non speratur, principijs est obstandum, quia sero medicina paratur examinando diligenter resistentes, & vbi ex vna illud procedere viderit, ad aliarum exemplum grauiter in eam inuehat, per prauationem, & carcerationem, & publicas penitentias, & fortius si inuenerit campanas pulsasse all' arme, vt nobis euenit in prima Rauellensi, qui experti fuimus maximi fuerit momenti istis prouidere, alijs compatiendo aliquo modo, licet etiam puniantur ex delicto vnus arg. tex. in cap. sed illud non ociose. 45. dist. generaliter postea parcendo supra cap. 15. nu. 53. &c.

DE

DE PERSONIS EXEMPTIS,

& Priuilegiatis.

CAP. VIGESIMVM.

SVM MARIVM.

- 1 **P**apa solus concedit generales exemptiones.
- 2 Inferior non potest infringere exemptionem datam a superiore.
- 3 Exemptio data a Papa latissime interpretatur.
- 4 Locus exemptus est in diocesi.
- 5 Episcopus an possit eximere ecclesiam a sua iurisdictione.
- 6 Exempti tenentur ostendere priuilegia sua exemptionis.
- 7 Exempti ex quibus conueniantur.
- 8 Priuilegium ne quis conueniatur nisi coram certo iudice, quando procedat.
- 9 Episcopus quando procedat contra exemptos.
- 10 Exemptio non liberat a visitatione episcoporum circa sacramenta.
- 11 Iurisdictiono tribuitur propter delictum commissum.
- 12 Exemptus conueniri potest in omni loco ratione rei sita.
- 13 Priuilegia non debent extendi extra casum concessum.
Clericus ratione clericatus sortitur forum episcopi ordinantis, ibid.
- 14 Reipublica interest delicta puniri.
- 15 Episcopus qualiter procedat contra exemptum delinquentem in sua diocesi.
- 16 Text. cap. 11. sess. 24. Conc. Trid. ornatur in sua dispositione.
- 17 Remissio in delictis, an procedat de xno iudice ad alium.
- 18 Excommunicatio an incurratur, extra territorium.
- 19 Remissio non fit in foro conscientia ratione delicti commissi.
- 20 Exemptis delinquentibus, scribendum est superioribus.
- 21 Priuilegiatus quando possit renuntiare suo priuilegio.
- 22 Ius reuerentiale non remittitur.
- 23 Episcopus potest ubiq. predicare.
- 24 Exempti possunt declarari delinquentes ab ordinario.
- 25 Suspicio de fuga delinquentis facit eum capi de persona.
- 26 Negligentia in exemptos suppletur per ordinarios.
- 27 Mandans delictum, etiam exemptus punitur per ordinarium.
- 28 Exemptiones operantes scandala tollenda sunt.
- 29 Exemptio est stricti iuris. Et quando amplianda, ibid.
- 30 Exemptio quacumq. data non operatur, ut delicta non puniantur.
- 31 Pontifices non debent esse liberales ad dandas exemptiones.

Epis copis eorum diocesim vi-
sitantibus, & excessus, deli-
ctaq. omnia corrigere volen-
tibus, occurrunt sæpius quæstiones,
& locorum, & personarum se visita-
ri nequaquã posse prætendentium,
aut cognosci, propter priuilegia, aut
generalia, vel particularia eis conces-
sa, ex quibus exemptio datur a iuris-
dictione ipsorũ ordinariorũ, vnde fit
vt episcoporum iurisdictio impediãt
delicta non corrigantur, scandalum
aliis inferatur, ex facilitate, & affi-
ditate delinquendi, cum statim obji-
ciant, se nihil cũ ordinariis habere, p-
pter priuilegia, & exẽptiones, quibus
gaudent. Ideo, an in omnibus sit ve-
rũ, & quid ex sacro Conc. Tri. nouis-
sime statutũ sit, videndum est: quam-
uis in superioribus dixerimus multa
sparsim, maxime, cap. 8. hoc libr. ¶ Et
primo, quod istas generales exẽptio-
nes solus Papa concedere põt, qui est
supremus super omnes. c. solita, de
maio. & obed. & quomodo vult ex-
tendit, & in quibus voluntatis suæ pla-
cuerit, nec vnã habet formam conce-
dendi exemptionem, sed varias, per
not. in cap. si Papa. de priu. lib. 6. vbi
nec minimum verbum est sine effe-
ctu, quia ipse caput, & fons omnis iu-
risdictionis, quam in alios iuxta ar-
bitrium impartitur. capit. luminoso,
cum præced. 18. q. 2. cum omnes ani-
mæ sint in sua iurisdictione, ex not.
per Innoc. in cap. presbyter. de sacra.
non iterand. Ideo Iudices dando, quã
metam imponere vult, eam præbet,
& quos eximere ab eis vult, vel aliis
reseruando, ad libitum facit, quia cũ
sit vnicus fons Iustitiæ, remouet om-
nes tenebras. Socci. conf. 164. vol. 2.
existens super omnes iurisdictiones,

sicut Sol supra Lunam, & Stellas,
gl. in cap. si Imperator. 79. dist. Inno-
cent. in cap. nouit. de iudic. & cuius
omnes sanctiones, sic accipiendæ
sunt, tamquam ipsius diuina voce Pe-
tri firmatæ. cap. sic omnes. 19. dist. Et
qui habet omnia iura in schrinio pe-
ctoris, capit. 1. de constit. lib. 6. sicut
de Imperatore dicimus. l. omnium.
C. de testam. ¶ Nec has exemptiones
a Papa concessas alicui personæ, vel
ecclesiæ vllus episcopus infringere
potest, sed eas obseruare omnes te-
nentur, immo si aliquis eas irritas fa-
cere attentauerit, sacra communio-
ne priuandus est, vsque ad finem vi-
tæ, nec ante sine licentia. c. frater. §.
quod si. 16. quæst. 1. & ibi glo. ampliãt
ad latissimam interpretationem,
ex l. beneficium. ff. de constit. Princ.
Non enim permittit ius inferiorem
de facto superioris velle iudicare, sed
obseruare cogit ab ipso datum, &
promulgatum, cum sit de corpore
ipsius iurisdictionis, imponendo le-
gem ordinariis, vt videant, & sciant
super quos procedere possunt, vel
nequeunt: disputat Andr. in vrb.
feud. & Modern. in tracta. inuestit.
& cum non videtur esse rationale
exequi, rescribendum est summo
Pontifici, apponendo causas, ex
quibus priuilegium concessum, seu
mandatum datum debet restringi, &
& non exequendum. Patiẽter. n.
Papa sustinebit si non sit, quod ei
praua suggestum fuerit insinuatio-
ne. tex. notab. in c. si quando, de re-
script. vel impetratum fuerit per
ignorantiam, negligentiam, aut ni-
miam occupationem, vel etiam sub-
reptionem, alius optimus tex. in cap.
si aliquando, de senten. excom. c. ex
parte

parte in fine de capell. mon. & supra hoc lib. c. 4. nu. 10. in fine & Imperator in l. 1. C. de pet. bon. subl. lib. 10. Sed qm̄ plerumq̄ ita in non nullis causis in us recunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedē da tribuamus, nec rescripto quidē nostro aduersus formam latę legis loci aliquid relinquatur. in c. cū in iuuentute. §. ceterū de purgat. can. ibi. *Compulsi fuimus, non iuris necessitate, sed importunitate petentis* Innoc. in c. inquisitioni. de sent. excom. quod si ex mandato Papę aliqua mala ventura sint, subditus nō debet parere sed rescribere: istis tamen qualitatibus obseruatis. Primo quod recepit litteras, inspexit mandatū, priuilegiū, aut exēptionem concessam, benigne, & reuerenter, vt decet. Secundo, quod semper studit, & studet suis mandatis, vt debet obedire, & voluntatē suam ad plenum exequi. Tertio, quod in mandato presentato, seu priuilegio, rescripto, exēptione, & simil. inuenit aliqua, quę videntur dura in exequēdo & satis pręiudicialia, narrando, quę, & quomodo, cum omni humilitate, & reuerētia. Quarto quod super his mandatis exequendis, & occurrentibus, habuit iuris peritorum consilium quibus omnibus sic similiter visum fuit. Quinto, quod propterea iudicauit super exequutione supersedere, & suę Beatitudinē rescribere, cum protestatione, quod in omnibus parebit suis mandatis. Sexto supplex orando suam Sanctitatem, vt sibi parcat, si statim non obtemperauit, & si videbitur dignetur reuocare, quod pręue facerat ei suggestum, & quod per subreptionem, & nimiam occupationem concessit: per eadem iura,

redens litteras sigillatas ne aperiantur, aliter si non rescripserit vel rescribere non putauerit, obediatur, & obseruet, quod Papa alicui concesserit, hæc colliguntur ex practica ipsorū iuriū, & per Petr. Rebuff. de rescript. ar. 1. gl. 4. 5. 6. 7. 8. super const. Franc. lib. 1. & ex alio tex. not. in auct. de mand. Princ. §. de inde cōpetēs verbi si quis autē ibi, *Secundum præceptionem nostram suscipias*, & gl. not. his verbis & hoc est contra mileros Prelatos, qui timent in tantum litteras Domini Papę, vt non audeant reclamare, quod facere, non debent, quō tex. cum gl. multa adēdo refert. Doct. Arnal. Alber. in tract. de signose. refert. cath. & hæret. q. 22. col. 1. & 2. ¶ Et de exemptione loquendo cū est facta a Papa, qui est super omnes, ne quis subsit ordinario, ampliatur etiā, vt dicatur facta a suo legato, propter generalitatem priuilegij, & fauorem impetrantis, vt sic declaratur, & interpretetur mens concedentis, dummodo non sit legatus de latere, cui etiā subesset per lo. Andr. in c. 1. de verb. figu. Doct. in c. 1. de offic. legat. posuit Roman. singul. 13. an exemptus. vel etiam si exemptio fuisset concessa respectu ordinarij, ex causa forsan allegata per suspensionem, aut tantummodo loci quia tunc, & legato subesse dicimus, ex ipsa ratione legem præferente, per argumentum & narratiuam ipsius priuilegij, doct. cod. cap. 1. & dixi in tract. de dignit. ecclesie. 2. parte c. 6. ¶ Cum autem exemptio datur ecclesie, aut alteri loco, is locus exemptus non iudicatur esse extra diæcesim, & territorij, secundum vnā opinionem, quę magis placet, vt disputat Fel. in c. graue de offic.

de offic. ordin. colum. secunda, supra cap. octauo, num. decimo, maxime in materia correctionis, ex dispositione nouissima, quia licet locus non sit in iurisdictione, quod cognoscatur, est tamen de diœcesi, & territorio, quod est vtile, & ad multa, præcipue ad illud de episcopo: quod in sua diœcesi, & territorio vtatur Pontificalibus, quod etiam poterit in loco exempto, non obstante exemptione, ex ratione prædicta, quia is locus est de diœcesi, & pertinet ad suum territorium, sic etiam de Archiepiscopo deferente crucem, quod potest etiam in loco exempto, per clem. 2. de priuileg. remoto consilio illius, qui præten- debat Dom. Archiepiscopum Neapolitanum deponere crucē, propter loci exemptionem, nec etiam placet ex prædictis opinio alterius episcopi, dum volebat Archiepiscopum, vel item episcopum autoritate delegata visitantem locum exemptum, (sicuti in multis fieri potest ex dispositione Concil. Trident. vtsupra est dictum, & infra dicemus) non posse vti cruce, & illum nec pastorali, ex quibus ordinaria iurisdictione fulcitur, quia concurrat dispositio iuris communis, omnes ecclesias, & loca diœcesis subesse episcopo loci. c. omnes basilicæ. 16. q. 1. Vnde data exemptione fit recessio a terminis iuris cōis, & nunc ex potestate concessa, siue particulariter, siue et generaliter, concurrat vtraque potestas, & res de facili redit ad primeuam naturam suam, l. v. nius. §. quod in specie, ff. de pactis. † Episcopus etiam potest quo ad certam aliquam ecclesiam eximere, ne suæ maiori subsit, non tamen plenissime iuxta gl. re. utaram notab. in c. visis

litteris. 16. q. 2. vbi semper retinebit visitationem, correctionem, procurationem, & cathedraicum, & tractat Doct. in c. pastoralis, de donat. dum modo a Papa non sit facta confirmatio, per c. constitutus, de verb. signif. quia confirmans, is videtur concedere, lex singularis in l. obuenire, de verbor. signif. & Andreas læpe hoc dicto vtitur, nec alia, quæ sunt ordinis episcopalis. Ioan. Andr. in cap. venerabilis, de censib. Boer. decis. 132. nume. 7. (Sed quæstio propria fuit facta cum ecclesiæ Rauellenfi præeramur, quādo vnio cum generalibus verbis fuit reperta facta religioni Prædicantæ, & Augustinianæ ex se exemptæ, de duabus parochialibus ecclesijs, quæ erant de corpore episcopatus, & eius iurisdictionis, nec apparebat confirmatio summi Pontificis: aduxi fortissimas rationes, quibus competere debebant, iura episcopalia, vt per vnionem non fuerit derogatum, licet fortiter nobis obstabat præscriptio longissimi temporis, per quam ipsæ religiones videntur iuari, allegationes sunt in communi, & per manus amicorum, & causa non deducta in iudicium per translationem nostram.) † Ad id tamen omnes exempti prætendentes ab episcopis cognoscendi non posse, tenentur ipsis requirentibus sua priuilegia exemptionis ostendere, & cogi possunt congruo assignato termino, nam cum priuilegiū sit contra ius, seu aliquando præter ius, probare debent, quod eis concessum est, cap. cum personæ, de priuileg. lib. 6. vel ex præscriptione canonica quadraginta annorum, in §. quod si, & probetur, in l. ei qui, de probat. Doct. in c. cum venerabilis, de excep.

& in practica hoc primum videre debet episcopus, alias ad censuras accedat, si is ostendere negat, & per consequens iurisdictioni suæ subiacere, præscrutando priuilegium, causam ipsius, tempus concessionis, & qualitates, ne falsum fuerit expositum, vel si concedens ex motu proprio, nõ ad supplicationem priuilegiati fuerit motus, cum tunc fortior iudicetur concessio, arg. not. in c. si motu proprio, 9 lib. 6. vbi Moderni id aduertunt, sup. c. 8. nu. 9. Aut etiam modo priuilegiũ concessum incipiat alios enormiter lædere, iux. optimum text. in c. suggestum, de deci. vbi gl. narrat causam reuocationis priuilegiorum. † Sed quãuis exemptio a superiore data, siue a Papa, siue a Principe, etiam particulari priuilegio sit ampla, non tamen operatur, quin ratione delicti, aut respectu rei sitæ conueniri possint ipsi exempti, & cognosci ab ordinario, & ratione ipsorum contra eos procedi, ex generali Constitutione Conc. Lugdun. Innoc. iv. Pont. Max. in cap. volentes, de Priuil. lib. 6. non enim voluerunt superiores concedentes hoc intendere, vt exinde delicta committerentur, nec talis fuit intentio, dicebat sæpe Maximus ille Papa zelator ecclesiæ Paulus iv. dum delinquentes, etiam familiares persequebatur: quibus item verbis in persona cuiusdam Capitanei vsus fuit Dux de Alcala Regni Prefectus, dum eum morti tradidit, & ille se exemptum ex priuilegio Cæsaris dicebat, & ostendebat. † Nec refragatur priuilegium, si esset concessũ, vt sub certo, & destinato iudice conueniri quis possit, vt tamen delinquendo, in loco tamen nõ exempto, et ab ordinario visitetur, &

corrigatur, in ead. Decretal. volentes. §. & id ipsum, nisi in illis priuilegiatis casibus, & expresse nominatis, prout in §. seq. in eos autem, ex multis rationibus prædictis, & forsan etiam in ipso particulari casu priuilegiato militantibus, respectu excessus commissi, vt in simili in causa illius capitanei pro fisco fuit ductum, & exequutum, nulla habita ratione priuilegii, vt nõ nisi corã Cæsare conueniretur. † Quotext. §. in eos autem, extēditur per nouam decisionem Sacr. Conc. Trident. sess. 7. de refor. cap. 14. & sess. 14. eod. tit. c. 5. quod in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarũ, possunt episcopi procedere, quod priuilegium intelligitur, & declaratur, quando est concessum ordini, si autem est datum particulari personæ, a contrar. arg. minus operatur, quia subicitur censuris ordinarij, per declarationem Clem. IV. in c. ne aliqui eod. tit. de priu. lib. 6. & fuit necessaria prouisio, vt legislator, seu priuilegium concedens intelligatur quanto minus potest restringere autoritatẽ superiorum ordinariorum, & ad correctionem delinquentium, aliorumq. exēplũ, vt non præstetur autoritas delinquendi ex facilitate veniæ, dixi in famil. sing. in l. F. nu. 1. & vide per Martin. Nauar. optime, in cap. non dicatis, nu. 95. 12. q. 1. vbi dicit per noua priuilegia raro dispositionem ipsius c. volentes, procedere in Religiosis. † Nec obstat quælibet generalis exemptio concessa a sum. Pont. vel loco, vel personæ data, vt dum tractamus de cura animarũ, (vbi est) & ad ministracione sacramentorũ, quin episcopus, & locum, & personã, circa ipsam curã animarum, & sacramentorum

torum administratione visitare possit, ex constitutione c. per exemptionem, eo. tit. in 6. & iux. rescriptum eiusdem Conc. Tri. sess. 7. de refor. cap. 8. sess. 21. eo. tit. c. etiam 8. & optima ratione. Cum habeat regimen omnium animarum suae dioecesis, ut exinde ipse dicatur caput totius: ex not. per Doct. in c. cum non liceat, de praescri. propterea dixit tex. c. 8. *Exclusis appellationibus priuilegijs, & consuetudinibus.* Illud autem dictum supra nu. 7. de ratione delicti, non obstante exemptionis priuilegio, quod cognoscatur ordinarius, est ex ministerio legis, quae statim dat iurisdictionem. arg. c. cum dilecti. de foro compet. Doct. in c. fin. eod. tit. ubi ad plenum. Abb. in cap. si diligenti, ex congruenti ordine iustitiae, ne ex tarditate ad eundem primum superiorem, & ex defectu iudicis, animi delinquentium ingravescant, & eueniat secus, quam a concedente exemptionem, cogitatum fuerat, cum exemptionem ab ordinario dederit propter honorem, & quandam praerogatiuam, non ad delicta committenda, (et si Archiepiscopus sit, qui delinquat, adhuc episcopus contra ipsum procedit, ex quo in sua dioecesi, dum modo non sit suus Archiepiscopus, not. in d. c. cum inferior. arg. l. apud eum. ff. de manumiss.) Inde ad propositum notanter dixit Fel. in c. insinuante. col. 2. de for. comp. sequutus Abb. in c. sane, eo. tit. nu. 1. quod ratio rei sitae in loco, conuenitur quis coram eo iudicem, non obstante, quod in sua exemptione fuerit dictum, ut non possit conueniri nisi coram Rege, & sequitur Iulius Clar. li. 5. recep. sent. §. fin. q. 38. quod dictum ampliat in fam. sing. in l. A. nu. 114. sed iudex regius in facto distulit iudicare, attendens solum generalem litteram priuilegij, veritus errorem committere, & stare in syndicatu, ut fuerit necesse superiores adire, & sic incidit in id, de quo dubitauerat, sed alia ratione. *Spiritus enim uiuificat, sed littera occidit.* 2. ad Cor. c. 3. & vide in iisdem fam. in l. P. nu. 107. ubi dicitur eodem allegantur loca doctorum supra adducta. Nec est mirum sic procedere, quia multum attendunt legulatores, ut priuilegia non extendantur extra casum concessum, licet quoad procedant: sicuti dixit in vno casu Innoc. in c. ex ore, de priu. quod clericus ratione clericatus sortitur forum eius episcopi, qui eum ordinauit, quod obseruari numquam vidi, nec crederem posse attentari, quauis magna sit auctoritas Innoc. & eius imitator Ab. in eo. c. nu. 6. nam cum tex. ille Conc. Tri. sess. 23. de refor. c. 3. velit, quod episcopus suis subditis conferat ordines, & ex causis ibidem adductis, & ex alijs, ut puta quia episcopi iuste non resident, per spatium temporis, & vadunt clerici ordinari ab alijs, infinitus esset numerus superiorum praeter ordinarios. Quod autem sic in terpetranda sint omnia, & ex fauore publico, cum intesit Reipublicae delicta puniri. Ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & secundum morem prouinciarum, ubi committuntur. ff. de extraordin. crim. l. si. Alph. Alua. in suo Specul. c. 75. fol. 419. vers. 8. unde tali respectu nulla exemptio operatur, ut delicta non corrigantur, ex allegato decreto Conc. Tri. sess. 7. de refor. c. 3. sess. 14. eo. tit. c. 4. etiam extra actum visitationis derogando oibus, prout singula verba dicti c. pondera-

da sunt. Et priuilegiū miretur ammittere, quod commissā sibi abutitur potestate c. tuarum. vers. verum de priuilegiis ubi optima gl. in verb. priuilegij, cap. priu. 11. quæst. 3. notando, cum Conc. Trid. expræsse mandet delicta, & excessus puniri, non obstantibus quibuscumque, si de nouo impetretur priuilegium exemptionis nō facta derogatione expræssa Concilij, adhuc exemptio data nō liberat, ubi delinquitur, quia debet de Concilio fieri mentio, ex notab. decisione Honorij III. in c. 15 ex parte. de cape l. mon. † Sed dubium est in practica, si exempto delinquente, fugienteq. a leco delicti, quomodo procedet episcopus contra ipsum, aut quo pacto poterit illum citare, & contra eum exequi, & Gemin. notat in c. Romana. §. contrahentes, de for. compet. lib. 6. discurrens, quod potest citare, & contumacem facere, sed in exequutione auxilium inuocabit, non tñ excōicabit, cum sit extra territorium suū, sed bene qñ inuenitur in territorio, & tutius est in requirendo iudicem loci, etiam, incitando, vt ibidem col. 4. Cū nec verbalem citationē extra territorium facere possit, vnde de modo docet Couarr. in pract. qq. c. 11 nu. 7. vbi vide, quia bene discurret more suo: dingo litteras ad iudicē loci, vt ibi illum citare permittat Alber. in l. 1. ff. de re quir. reis, omnino. Cagnol in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. not. Iulius Clar. li. 5. recept. sent. §. fi. q. 31. vers. sed hæc quidem. appellans has litteras subsidiales, siue in subsidium iuris, & si Iudex requisitus noluerit permittere, auxiliūq. præstare ad superiorem recurrendum est, dicit Coua qui coget iudicem requisitum ea exequi, & au

xilium præstare, licet posset dubitari si cognitio spectet de quo in c. 11. latius differit, & facit bonus tex. quem allegat. in c. nullus de iur. patr. & postea facta citatione, de consensu illius iudicis in diocesi sua excōmunicabit, cū in casum excōicationis incurrit Abb. singulariter in c. 1. de rapt. & alius tex. c. postulasti de for. cōp. Quod ep̄s loci, ubi clericus delinquit fert sententiam contra ipsum et priuando eum beneficio, alibi existente, & is ep̄s, in cuius diocesi est beneficium exequetur sententiam, & glo. adit vnum, quando crimen est graue, quod etiam episcopus loci exequatur, & supra c. 16. nu. 21. in qua materia difficile est admodū consulere propter contentiones iurisdictionum, vt non bene seruetur dictum gl. c. fi. 92. dist. Quod ep̄i mutuū sibi præstare debent auxiliū volentes, q̄ quilibet in suis, & non in alienis procedat, q̄ est falsum p̄ omnia supradicta. † Et propterea accedat ad decisionē Cōc. Tri. sess. 24. de refor. c. 11. qui tex. notabilis est, & frequens hodie in curiis tam ecclesiasticis, quam Regijs propter conformitatem iuris communis ampliando ad omnes exemptos delinquentes, prothonotarios, Acolitos, & alios maxime capellanos Regios, qui vtinam Regi proprio seruirent, sed id obtinent ad deuidandum correctionem ordinariorum, ex occasione larioris vitæ, quam habitu conceperunt quod, & Inno. III. ordinauerat in sua Decretali. in cap. cum capella de priuilegiis. etiam ad familiares. DD. Card. vt nihilominus respectu beneficiorum subsint ordinariis eo c. 11. §. quæ vero, quæ tunc cum capella nouiter confirmatus, angustias omnibus

omnibus dedit in eius obseruatione. sup. c. 17. num. 12. cum alio simil. tex. eiusd. Conc. sess. 6. de refor. c. 3. dum inquit. *Ecclesiarum Pralati ad corrigendum subditorum excessus prudenter, ac diligenter intendant, & nemo secularis clericus cuiusuis personalis, vel regularis extra monasteriū degēs etiam sui ordinis priuilegiū praeextutatus censeatur, quo minus si deliquerit ab ordinario loci, tamquam super hoc a Sede Apostolica delegato, sicut Canonice sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat.* Alias subdit tex. alterius Con. Gen. *Sanguinis eorū de suis manibus requiretur.* c. inrefragabili de offi. ord. & pro dicto c. cum capella multa adnotauit ipse Couar. in eisdem pract. qq. c. 11. nu. 5. & pro c. 1. de priuileg. lib. 6. † Nec respectu delicti fit remissio hoc casu ad iudicem exemptionis, quia lex non dat, nec nos tribuimus sicuti etiam ratione contractus, per c. Romana. §. cōtrahentes de foro comp. lib. 6. Spec. de remiss. Bar. in l. 1. ff. de eo, quod cert. loc. de qua remissione multa diximus in auct. qua in prouincia. C. ubi de cri. ag. oport. in fam. sing. in l. A. nu. 114. quia delinquens subicitur iurisdictioni iudicis loci, ubi deliquit, ex iurisdictione accidentalit, dicit Imol. in cle. pastoralis de sen. & re iud. vt sic alii per exempla & terrorem arceantur a delictis. l. facta. §. si. ff. de pæn. ne delinquentium quis adeo misereatur, vt in exitum ruinæ cadant, & sic iniusta dicetur misericordia c. est iniusta 23. q. 4. gl. in c. pulchra. 86. dist. (quia & si Deus est misericors, est etiam, & iustus, quem negare esse iustum. sacrilegium est Aug. de lib. arbitr. lib. 1. in princ.) Iudex ergo non debet flecti

ad lacrymas calamitosorum. l. obseruandum. ff. de offic. præsid. vt denique ceteri tali timore visæ ultionis a similibus reuocentur. capit. frater in vlti. verbis. 17. q. 4. & ad prædicta de remissione, vide Couar. in super citato c. 11. † in quibus casibus, qui respectu sui varia habent dicta, & qua exemptionis vim significantia attente est considerandum, maxime cum in excommunicatione proceditur, ne si frustra feratur, contemnatur censura, & de iniusta fiat iusta, vnde subditus delinquens extra territorium ordinarii sui, in casu super quo, per suum iudicem excommunicationis sententia est inflicta, ex communi opinione non poterit excommunicari, cum non incurrerit, Henr. de Bott. de synod. episc. 3. par. ar. 2. nu. 21. Couar. in cap. alma mater 1. part. §. 10. nu. 3. de sent. excom. lib. 6. exceptis aliquibus casibus ibidem enumeratis Mar. Nauarr. in suo Manu. cap. 27. num. 6. nec omitti debet doctrina ipsius Couarru. qui ad, l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. præstat meliorem intellectum, ideo fit citatio per suum iudicem, vt ipsum remittat, & si non remittit, non punnit recusantem, licet superiorem adire possit, in quo vide glol. in ipsa clemen. pastoralis in uerb. more de sent. & re iudic. † Sed respectu fori pœnitentialis quando non sunt personæ, non datur iurisdictione in exemptos, vt quis ratione delicti, & peccati perpetrati teneatur cōfiteri eidem parochio, in cuius parochia peccatū commisit Abb. in cap. 1. nu. 4. de raptor in c. quod autem n. 5. de pœnit. & remiss. Coua. in pract. qq. c. 11. n. 4. vbi de multis, Clar. lib. 5. §. fin. q. 38.

vers. 3. Ripa de peste. vers. sed quia,
 nu. 47. Alciatus in cap. 1. nu. 70. de of-
 fic. ordin. Domin. Sot. in 4. dist. 18. q.
 4. ar. 2. quo iure communiter utimur,
 ut sic respectu pænæ temporalis pos-
 sit quis sortiri forum ratione delicti,
 non respectu pænæ spiritualis, firmat
 glo. in cap. placuit. 16. q. 1. Ut exinde
 videri potest, quam bonum fuerit re-
 sponsum transmissum cuidam ma-
 gno viro, qui etiam voluit dubitare,
 ex consilio iuuenis consultoris cogi-
 tantis cum Bar. velle decidere casum
 fori spiritualis, vnde insurrexit scan-
 dalum cum murmure, ventilando ca-
 20 sum, personam, & locum. † Verum
 mendicantes, & alij monachi exem-
 pti delinquētes capi per episcopum
 nō possunt, alias incideret in excom-
 municationem, iuxta not. per Paul.
 de Leaz. in c. si clericos, de sent. excō.
 lib. 6. & doc. in clem. frequens de ex-
 cess. prælat. sed cum delinquant, scri-
 bēdum est superioribus cum affixio-
 ne termini. ex not. in Conc. Trid. sess.
 25. de regul. cap. 14. de quo supra hoc
 libro cap. 17. nu. 11. habuit respectum
 Cōcilium ad superiores religionum,
 ne ex publica punitione vnus ab alio
 iudice, tota religio nominaretur, &
 sic honeste procedēdo iustitia etiam
 ministratur, pro purgatione excei-
 21 sum in dicecesi. † Nec ipsi exempti
 suo priuilegio, etiam quod non reco-
 gnoscantur nisi coram Summo Pon-
 tifice renuntiare possunt, quia verti-
 tur fauor ipsius Religionis, seu supe-
 rioris, ne subditus ab alio cognosca-
 tur arg. not. in c. nimis de iur. iur. c. si
 diligenti. de for. comp. quod de Ge-
 nerali exemptione concessa intelli-
 go, non de particulari concessa certe
 personæ ad sui petitionem, qui pos-

set ad ius primeuum, quo ordinario
 subest, redire: arg. l. si quis in conscri-
 bendo, C. de pact. vel quando sunt
 Papæ tantum subiecti, secus si alteri.
 Fel. in c. P. & Q. nu. 13. de offic. deleg.
 vel suo ordinario, cui primo suberat,
 iterum submittere potest, reducendo
 rem ad ius commune; idem Fel. in c.
 accessissent, in princ. de constit. dum-
 modo non sit in abutendo exemptio-
 ne concessa, per ea, quæ diximus in-
 singul. in l. P. nu. 87. & 89. quando su-
 mus in priuilegiato delinquente in-
 alterum priuilegiatum, per doct. in-
 auct. quas actiones. C. de sacr. sanct.
 eccl. ponit. Socci. in cap. cum causa,
 n. 6. cum seq. de sent. excom. (ex illo
 verbo Acc. in auct. de aliena. & em-
 phit. in prin. vers. sancimus in verbo
 ad imperialem, quod priuilegiatus ac-
 cipit a priuilegiato.) Quod autem,
 quis renuntiare possit priuilegio con-
 cesso ad sui esse, probatur in c. si de
 terra in fine de priuil. ibi liberum sit
 vnicuiq. suo iuri renuntiare: sed non
 quando Papa eximit motu proprio,
 cum sine eius licentia, quis priuile-
 gijs, vel indulgentijs libertatis renun-
 tiare non potest: bonus tex. in c. cum
 pro tēpore, §. cum, & si de Arbi. quia
 ad ipsum spectat super priuilegijs a se
 concessis iudicare, de iud. c. cum ven-
 nissent, inde enim Interpretatio oriri
 debet, vnde ius prodit, c. inter alia, §.
 vt igitur, de sent. excom. in l. leges, cū
 22 seq. C. de leg. & constit. Princ. † Si
 autem ab episcopo est facta exemptio,
 licet generalis, semper dicitur esse
 reseruatam ius reuerentiale. Abb. in
 q. cum venerabilis de censib. Fel. in
 c. cum inter. de re iudic. quod nempe
 ius episcopo ab omnibus suæ dicece-
 sis, etiam exemptis debetur. Boer. de-
 cis.

eif. 133. & facit ad q. de liberto exem-
pto, quod redat ius reuerentiale pa-
trono, l. fi. cum sua glo. C. de bon. lib.
de quo latissime dixi, in tract. de di-
gnit. eccl. cap. 7. in 2. parte ad argum.
contrariæ partis, & ius episcopale
semper debeat c. pen. de priuil. &
Socci. in repet. ipsius tit. ad plenum.

23 † Quia multa debentur episcopo,
qui a se abdicare non potest, vnde
vbique prædicat, in quolibet loco ex-
cepto, imo etiam extra diocesim, c. scri-
ptum est 6. q. 3. nisi quid expressius
sit concessum, dicit gl. in clem. 2. in
verb. etiam celebrare, de priuil. quæ
communiter ab omnibus tenetur,
quod non admittitur, cum sit parti-
culare munus ipsius episcopi, cui est
dictum ab ecclesia, *Vade, & prædica
populo tuo*, & sess. 24. Conc. Trid. de
refer. cap. 4. supra lib. 1. cap. 18. nu. 2.
nisi respondeatur subtiliter, quod po-
testas est in proprio populo, non alie-
no per supracitata verba, quæ dicun-
tur in consecratione episcopi, iuxta

24 ritum Pontificalis. † Sed quæstio oc-
currit quotidie, vtrum ordinarius nõ
valens punire delicta exemptorum,
possit tamen informationem capere,
& illos declarare delinquentes, quod
multum importaret. Gemi. notat quod
sic, in cap. si Papa, 40. dist. & amplia-
tur, vt etiam tales exemptos delin-
quentes possit citare ad ipsam decla-
rationem faciendam, prout singula-
riter, in materia adducit Fel. in c. non
potest, nu. 3. de re iud. quem omnino
vide. Quia ex tali declaratione potest
insurgere infamia: contra illud. *Om-
nes a natura sunt boni*, licet quæ sunt
facti decipiant etiam sapientissimos
viros. C. de iur. & fact. ign. l. 1. & præ-
ualebit contra ipsos talis declaratio,

vt eorum superior, velit, nolit, viter,
& puniet, & Papa mandabit, nec di-
citur pæna, sed declaratio, seu denun-
tatio, c. pastoralis. de appell. & ipsa
ratione. Dux de Alcalá Regni præfe-
ctus, quemdam equitem S. Ioannis
Hierosolymitani, qui continuo erat
seditiosus, & turbabat civitatem, con-
stituto de excessibus continuis, man-
dauit eici a territorio Regio, sub præ-
textu quod poterat, vt quem velit
Rex, possit, vt maneat in domo sua,
sic etiam quando incurrerent in ali-
quam notoriam excommunicationem,
possunt declarari ad finem, vt
euitentur. Io. Andr. in c. 1. de priu. lib.

25 6. & Nau. hoc dicto sæpe vtitur. † Et
prædicatum fuit veram esse opinio-
nem multorum in aliquibus delictis
maioribus commissis a personis ex-
ceptis, quas ordinarius non potest co-
gnoscere, vbi de fuga, cū maiori scan-
dalo ab ipso loco timetur, quod pos-
sunt ab ipso ordinario capi, & ligati
remitti ad suum superiorem, ex not.
per Abb. quem communiter sequun-
tur Doct. in c. si. de for. comp. tenden-
tes oēs, vt qua meliori via consuli po-
test, excessus corrigantur, & personæ
ad bene viuendum reducatur, ne bo-
ni eorū fastidio laceantur, quod re-
censui sup. c. 8. n. 8. idq. etiam in cleri-
co obseruatur, si delinquat in vno lo-
co, & adest suspitio fugæ, quod capia-
tur, & consignetur suo episcopo; Alciat. in
c. cum non ab homine, nu. 36. de iud.
sequitur Clarus lib. 5. §. si. q. 28. vers.

26 7. † Illud autem Innoc. in c. ex ore.
de priuil. quod negligentia exempti
in beneficio non exempto, nõ possit
puniri per ordinarium, non videtur
omnino commune. saltē iure nouissi-
mo, & fauore ecclesiarum, etiam iure

delegato Sed. Apost. ex pulchra decisione Conc. Trid. sæpius supr. alleg. sess. 7. de refor. c. 8. maxime circa resistentiam, sess. 6. eod. tit. c. 2. quia aliter superior negligens in puniendis delictis, videtur promittere impunitatem, cle. 1. de celebr. Miss. & negligentia, vnius superioris facit transire iurisdictionem in episcopum, vt suppleat: per Abb. in c. cum contingat, n. 25. de for. comp. & in c. ex transmissa, nu. 7. de eod. tit. & negligentia est iusta causa priuandi aliquem suo exercitio. Fel. in c. irrefragabili, n. 1. de offic. ordin. Doct. in c. 1. de supplend. negl.

27 prælat. lib. 6. † Et adeo est verum, quod exemptus ratione delicti puniatur ab episcopo, quod ampliatur etiã ad illud fieri mandantem, quod, & doct. dicunt fiste, puniendo tamen in loco, vbi est commissum, non vbi mandatum. iuxt. doctrinam Bar. in l. si vt proponitur, ff. de fideiul. per Fel. in cap. fin. num. 6. & nu. 15. de foro compet. & debet puniri, quia in culpa est mandando illicitum, c. fi. cum gl. de homic. lib. 6. & mandans ipse fecisse videtur, ex l. diuus Claudius, §. item senatus, ff. ad l. Corn. de fals. vt magis peccare videatur dicit Alph. Aluar. in suo Spec. c. 75. fol. 418. vers. 2. de qua q. Iul. Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 89. in princ. Nauarr. in Man. c. 27. nu. 233. & quod mandans fieri delictum acrius puniatur, quam mandatarius, per Soccin. in c. ad falsariorum, num. 47. de crim. fals. cum vere dicatur ipse committere delictum. c. mulieres,

28 de sent. excom. † Nec est habenda ratio tanta ipsius exemptionis, seu priuilegij cõcessi, cum exemptiones tendentes ad delicta, & scandalum, atq. ad aliorum offensionem restrin-

gendæ sint, potius quam admittendæ: dixit Card. in cle. præfenti, de censib. quod dictum firmatur autoritate sacr. Conc. Trid. alleg. c. 11. in prin. dum dicitur, *Exemptiones occasionem laxioris vite præbere exemptis, & turbationem in aliorum iurisdictione*, nec concedi debet priuilegium in alterius iniuriam, & præiudicium, c. pastoralis, in fin. de priuil. ne quod pietate conceditur, in aliorum redundet iniuriam, dicitur in Conc. Later. c. 2. de eccl. edif. ne aliter procedendo, approbetur error, cui non resistitur, nolendo contristari voluntatem peccantium, sicuti plura adducit D. Archiep. Brachar. de morib. prælat. p. 2. c. 9. in considerando exemptionem. † Quæ est stricti iuris, secũdum Innoc. in c. dudum, de priuil. nec obstat illud, fauores esse ampliandos. l. cum quidã, ff. de lib. & posthu. l. hoc modo, ff. de cond. & demo. nam procedit in firmanda voluntate concedentis, non in scandalum Reipub. cuius interest delicta puniri. l. ita vult neratus, ff. ad l. aquil. supra n. 14. non transgrediendo metas priuilegiorũ. c. porro. in fi. de priuil. & seruando intentionem concedentis priuilegiũ, c. ex multiplici, §. vnde, de deci. alias ammittatur priuilegium propter abusum, & contra mentem priuilegiantis. c. fi. de immu. eccl. ne magnum inde post oriatur scãdalu. † Ad quod remouendum sanctissima est lex, nõ dari exemptionem, aut priuilegium ad euitandum correctionem excessuum, criminum, ac delictorum, quæ cessante omnes subditi essent, tam in actu visitationis, quam extra, episcopis etiam, vt Sed. Apost. deleg. iuxta decretum eiusd. Conc. sess. 14. de refor.

for. Apost. deleg. iux. decr. eiusd. Cōc. fess. 14. de reform. c. 4. qui tex. practi-
catur hodie ab omnibus, non obstan-
tibus aliquibus priuilegiis, & consti-
tutionibus reductis ab terminos iuris
communis, & ipsius Conc. vt supe-
rius diximus, & cesset priuilegium e-
xceptionis, cū inde ruina, peccata, &
delicta procedunt. arg. not. cap. sug-
gestum. de deci. gl. in. cap. quid per
nouale, in glo. fin. de verb. signific. l.
authoritatē. cum gl. C. vnde vi. & alia
gl. in l. i. vbi est ratio. C. de interd. oca-
sionem delinquendi nemini dando,
auc. ad hoc. §. ille autem. vers. sed ne
furādi. C. de lati. liber. tollen. in proh.
31 ff. §. illud. † Quare vera reditur anti-
quorum patrū sententia Pontifices
maximos, aliosq. Reges non debere

esse faciles ad præstandas ipsas exem-
ptiones, maxime vbi qualitas perso-
narum nō est nota, nec ex virtutibus
procedit, sed ad aliorum petitionem
ex quo sic subditorum paci, & quieti
intēditur, iuxta extrauag. Mart.
Quinti. de empt. & vend. cap. 1. Nec
verbis aliorum statim credendo, sed
potius primo probare, quā antea ex-
periri, dicit Sum. Pont. in extrau. 1. de
penis. vers. nos mala, quia sicut Natu-
ra humana est prona ad peccandu m
12. quest. 1. cap. omnis ætas: sic per e-
xemptiones videtur tribui maior faci-
litas peccandi, & vide optimam Con-
stit. Conc. Later. sub Leone X. anno
1515. incip. sacro approbante, in com-
muni, fol. 115. &c.

DE LAICIS AN POSSIT VISITARI PER Episcopum, & super quibus.

CAP. VIGESIMVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

- | | | | |
|---|---|----|--|
| 1 | I urisdictio est duplex. | 10 | Laicus non potest esse Iudex in cau-
sa spiritali, nec arbitrer. Item uce
Vicarius episcopi. |
| 2 | Episcopus an possit visitare lai-
cos, & in quibus. | 12 | Laici non habent dominium sepul-
tura. |
| 3 | Laici generaliter coram Laico conue-
niuntur. | 13 | Laicus non potest habere beneficium
ecclesiasticum. Sed potest esse procu-
rator in acceptando, aut resignan-
do nomine alieno. |
| 4 | Laici circa salutem animarum sub-
duntur episcopo. | 15 | Laicus delinquens in ecclesia à quo
puniatur. |
| 5 | Predicare prohibitum est Laicis. | 16 | Laici frequentantes monasteria mo-
nialium puniuntur ab episcopo. |
| 6 | Laicus non potest, nec debet disputa-
re de fide. | 17 | Pœna contra laicos rapientes bona
ecclesiarum. |
| 7 | Hæresis delictum solum ab ecclesiasti-
cis cognoscitur. | 18 | Laici non debet stare prope altare.
Adul- |
| 8 | Iudex laicus an teneatur stare pro-
cessui factō ab ecclesiastico. | | |
| 7 | Cause matrimoniales sunt spiritua-
les, & solum ad episcopos pertinēt. | | |

- 19 *Adulterium potest puniri per iudicem ecclesiasticum.*
- 20 *Iudex an possit iudicare secundum conscientiam.*
- 21 *Laici visitantur ab episcopo super omni peccato notorio.*
- 22 *Notorium crimen quod dicatur.*
- 23 *Simonia est crimen ecclesiasticum, & etiam laici puniuntur ab ecclesiasticis.*
- 24 *Vsurarum crimen punitur ab ecclesia.*
- 25 *Quaestio incidens coram laico de instrumento usurario a quo determinabitur.*
- 26 *Concubinatus punitur per episcopum.*
- 27 *Episcopus an possit inquirere contra laicos de vitio nefando.*
- 28 *Sacrilegium punitur ab utroque iudice.*
- 29 *Episcopus debet insurgere contra sacrilegos.*
- 30 *Laici blasphemii possunt puniri ab ecclesiastico.*
Iudaeus blasphemus a quo puniatur.
- 31 *Inquistores hereticae prauitatis in quibus casibus procedunt contra Iudeos, & alios infideles, ex l. nouissima, S.D.N. Gregorij xij. Pont. Max.*
- 32 *Incestus puniri potest per iudicem ecclesiasticum.*
- 33 *Laici deponentes falsum coram episcopo ab ipso puniuntur.*
- 34 *Laici torquentes verba sacra scripturae grauiter puniendi sunt.*
- 36 *Poenae contra falsantes litteras Apostolicas.*
- 37 *Iniuria facta clericis a laico, a quo iudice puniatur.*
- 38 *Incendiarij excommunicati sunt.*
- 39 *Opprimentes libertates ecclesiasticas arguendi sunt.*
- 40 *Decimae debentur ecclesiae de iure diuino.*
- 41 *Laici circa obseruationem festorum subduntur episcopo.*
- 42 *Laici debent audire missas diebus festiuis in parochia.*
- 43 *Episcopus debet prohibere ludos noxios.*
- 44 *Laici utentes vestibus religiosis excommunicari debent.*
- 45 *Duella sunt prohibita, & de poena committentium. Idem de ludis agitationis taurorum, nu. 46.*
- 47 *Episcopi elaso anno sunt exequutores testamentorum.*
- 48 *Laici coguntur ab episcopo ad obseruantiam iuramentorum.*
- 49 *Episcopi in his criminibus quomodo procedant.*
- 50 *Laicus punitus ab ecclesiastico de vno crimine, an iterum puniatur a laico de eodem.*
- 51 *Laici non venientes ad visitationes ipsorum, an possint per episcopos excommunicari.*
- 52 *Episcopus quae attendere debet in visitatione laicorum, & magnatum.*
- 53 *Nathan Propheta, quomodo arguit Dauid Regem.*
- 54 *Dictum Apostoli explanatur.*

1 **Q**uia omnis iurisdictio duplex est. † Spirituales, & temporales, sicut duo magna luminaria in firmamento caeli; c. solitae, de maior. & obed. c. duo sunt, 96. dist. fu-

per animas tamen in omnibus praestat spiritualis, cum Dominus dixerit Petro. *Pasce oues meas.* Ioann. cap. 10. & in cap. eod. solitae, vers. nobis. Sed in temporalibus vnaquaeque per

per se suum exercet officium, vt laici subditi sint Regibus, nec turbanda, sed adiuuanda venit a spirituali, quia alia est ratio causarum diuinarum, alia secularium, de consecr. dist. 3. c. celebritatem, gl. 10. dist. cap. constitutiones, vt Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro casu temporalium rerum tantummodo, imperialibus legibus vterentur, c. quoniam. eadem dist. 10. Fel. in rub. de maior. & obed. & statuta sacrorum canonum Principum constitutionibus adiuuantur, cap. 1. de nou. oper. nunc. Ideo videndum est, an episcopus visitans suam dioccesim, possit post clericos, laicos item visitare, & in quibus contra ipsos cognoscere, vt videri possit perfectius suum implere pastorale officium, in quo plura videbimus, sed succincte, & breuioribus verbis, cum de omnibus ferè in progressu operis particulares appoluerimus titulos, vnde recensemus aliqua notabilia, & alio modo, & stylo, quam fecerint alij.

2 † Debent enim episcopi visitantes conuocata plebe in ecclesia (hoc eis 4 secularibus a parochis per tempus nuntiato) docere, & admonere, vt cuncti fugiant peccata, per quæ amittitur gratia Dei, & in baratrum inferni peruenitur, ideo a peccatis statim resurgant, & quod sibi nolunt fieri, alteri ne faciant, prima dist. in prin. & quod eis non nocet, & alteri prodest, facere, c. dilecto, in fi. de sent. excom. lib. 6. l. in creditore, in fi. ff. de euict. sint firmi in fide, credant resurrectionem omnium, & diem Iudicij, in quo vnusquisq. reddet rationem (etiam de omni verbo ocioso, quod loquutus fuerit. Matt. cap. 12.) rece-

pturus secundum opere sua, ex traditis in Concil. Brach. c. 1. in 2. in c. placuit. 10. q. 1. sacramenta frequentare, decreta sacrorum canonum maxime Concil. Trid. diligenter obseruare, maioribus obedire, & alia in genere admonere. Verum crescente malitia inquireret particulariter super infrascriptis, vel ad aliorum denuntiam diligenter procedat. † Nam licet generaliter laici non nisi coram iudice laico conueniendi sint, & ab ipso puniendi, tamen in multis coram ecclesiastico etiam: dicit gl. 11. q. 1. in sum. quæ ad quinque reducit, & non extendit ultra, nos enim vltimus, vltra spiritualia, & alia, quæ mere ecclesiastica dicuntur, iuxta dicta per Fran. Vercell. quem sequitur Gemin. in c. Romana. num. 7. de censib. ampliando ad casus mixtos, qui ab vtroq. iudice veniunt puniendi, sublata contradictione in multis via directa non permittentium, sed alia ratione ipsis ecclesiasticis vtentibus, vt in subtilitate, & vigilantia semper ambulandum sit. argum. l. pupillus, in fin. ff. quæ in fraud. credit. † Primo igitur de concernentibus vtilitatem animarum, ipsi laici examinari possunt, quia in ipsis episcopo subduntur, cum simus in materia vitandi peccatum; propterea in omnibus circa animam iudicio ipsius stare debent, capit. nouit. de iudic. alij in cap. 1. de Const. quod generaliter procedit circa forum conscientie ad remouendum argumenta contraria, ne iurisdictio temporalis sic indistincte impediatur. docto. in c. 2. §. statuto de constit. lib. 6. Vnde quodlibet ciuile statutum abolemus, quod sine peccato mortali seruari non potest. arg. c. si de præscrip. vbi

vbi gl. omnis causa ratione peccati
 saltem indirecte pertinet ad ecclesiam
 eod. c. nouit. Papa enim tamquam
 Vicarius Christi habet omnes ani-
 mas in sua iurisdictione. Innoc. in c.
 presbyter. de sacram. non iter. & finis
 canonum est dirigere omnes in Deum
 gl. in c. cum contigat de iur. iur. Fel. in
 c. quod super. n. 3. de maio. & obed. †
 5 Secundo laici predicare non possunt
 & aliter ab ep̄o visitantur, & prohi-
 bentur, & puniuntur, quia hoc officium
 predicandi solum ecclesiasticis, & ap-
 probatis viris reseruatum est. c. cum
 ex iniuncto in princ. de hæret. & cu-
 iuscumq. ordinis fuerit laicus, per c.
 sicut, vbi expresse id cauetur. eod. tit.
 de hæret. in Conc. Trid. sess. 5. de re-
 for. c. 2. D. Simancas de cathol. instit.
 de prædic. cap. 49. nu. 1. & 2. cum sit
 præcipuum episcoporum sess. 24.
 eiusd. Conc. de reforma. cap. 4. (laicos
 intelligendo, non constitutos in ordi-
 ne sacro dicit D. Fran. Pegna ad Dir.
 lib. 2. Schol. 8. fol. 36. Mart. Nauar. in
 Man. cap. 11. nu. 26. & in quo diligen-
 tia opus, propter conuenticulas vi-
 sas fieri.) † Tertio excommunicandi
 sunt, & si non desisterint, vltius pu-
 niendi, si de fide nostra christiana di-
 sputare publice, vel occulte præsu-
 mant. c. 2. §. inhihemus de hæret. lib.
 6. de quo Arnal. Alber. de agnosc. af-
 fert. cath. & hæret. q. 13. D. Simanc.
 eod. lib. c. 20. nu. 6. Cald. de hæret. tit.
 de pæn. recept. nu. 11. nam scandalum
 inferunt populo, quia incauta loquu-
 tio in errorem pertrahit c. si rector
 43. dist. inde dicit Albert. eo tract. q.
 13. nu. 7. in multis fere vniuersitati-
 bus studiorum, laicos non admitti ad
 doctoratum theologiæ, nisi prius
 sumpto ordine sacro, vt sic post do-
 7 doctoratum non liceat ad ordinem, seu
 ad statum laicalem redire (& hoc quo-
 modo, vere procedat, & an indistin-
 cte verum in omnibus. idem. D. Frã.
 Pegna. lib. 1. Schol. 23. col. 4. cum seq.
 fol. 25. & Conrad. Brun. de hæret. lib.
 6. cap. 8.) † Quarto de hæresis crimi-
 ne, & suspitione, non ab alio, nisi ab
 ipsis iudicibus ecclesiasticis cogno-
 scuntur, & puniuntur cap. ad abolen-
 dam de hæret. c. vt inquisitionis. §.
 prohibemus eod. tit. in 6. Siman. in
 suo Enchirid. tit. 6. vt nec in eius exe-
 quutione, quam iudex laicus exequi
 tenetur, quouis modo laicus cogno-
 scere possit, de iusta, siue iniusta, ex-
 communi opinione iure, & vsu ap-
 probata, & obseruata, idem de iudic.
 secul. capit. 36. post Alber. quæst. 25.
 num. 44. Iulius Clarus lib. 5. recept.
 sen. §. hæresis vers. hoc crimen Eym.
 in suo Direc. inquis. 2. par. quæst. 26.
 num. 11. cum sit crimen ab omnibus
 detestandum, & anathematizandum
 sess. 25. Conc. Trid. de reform. gen. ca-
 pit. 2. *Quicumque enim vult saluus
 esse, ante omnia opus est, vt teneat ca-
 tholi cam fidem, quam nisi quisque
 integram, inuiolatamque serauerit,
 absque dubio in æternum peribit.* In
 symbolo Athanas. c. firmiter, de sum-
 ma Trini. & fid. cathol. Mart. Nauar.
 8 in Man. c. 11. nu. 17. vers. 2. † Tex-
 tem in auct. de sanctis episco. §. si ve-
 ro crimen in princ. quem doct. com-
 muniter sequuntur, vt iudex secula-
 ris traditum sibi, & curiæ seculari
 puniendum, cognoscat, videat pro-
 cessum, & examinet causam an mor-
 te dignus sit, vel non, procedit in
 alijs delictis, non in mere ecclesiasti-
 cis, doct. in c. cum sit generale de for.
 compet. Albert. ea. quæst. nu. 43. 45.
 quia

quia tunc is de foro suo censet, & sic quotiescūq. auxiliū sui brachij implo- ratur. gl. & doct. regni in proæm. Cō- fut. sed in causa hæresis, sufficit sciuis se tradi, vt hæreticū, vel auxiliū dari contra hæreticū aliquem, vel suspe- ctum de hæresi, & sic obseruatur. Cū iudices seculares in hoc parere de- beāt c. vt Inquisitionis de hæ. lib. 6. Contr. lib. 4. c. 6. de hæ. & melius, c. 15. Do. Fran. Pegna ad Direct. lib. 3. schol. 99.) Cui proximū est, vt ab ec- clesiasticis puniatur aliquis laicus re- baptizans aliquem, ex regula tex. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de he- ret. lib. 6. quod delictum iure civili pœna vltimi supplitiij punitur. C. ne sanct. baptis. reit. l. si quis grauit. n. prohibent sacri canones hoc fieri. c. 11. can. 13. sess. 7. Conc. Tri. de baptis. victoria. eod. tit. nu. 36. Mart. Nauar. 9 in Man. c. 22. nu. 6. † Quinto visitan- tur si matrimonia contraxerint rite, & legitime: seruata forma sacri Cōc. Trid. sess. 24. de refor. matr. auocan- do ad se omnes causas matrimonia- les, quas laici iudices non possunt tra- ctare, vt can. 11. euul. les. est diffinitum, per hæc verba. *Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad iudi- ces ecclesiasticos, anathema sit*: Et vbi contractum matrimonium aliter in- uenerint, procedant episcopi secun- dum declarationem ibidem apposi- tam, & cle. 1. de consangu. & affinit. de quo latius inf. lib. de sacr. c. 8. dice- mus, aliqua Nauar. in Man. c. 16. nu. 10 36. cum seq. † Sexto est inquiren- dum, vt nullus laicus, sit iudex, vel ar- 12 bitrer in causa spiritali, quod ei ali- quo modo non licet, sed iudicibus ec- clesiasticis. Spec. de sent. §. 4. ver. pen. vnde Innoc. III. Sum. Pont. in Conc.

Gener. Ad hoc generaliter prohibe- mus, ne super rebus spiritalibus com- promittatur in laicum, quia non de- cet, vt laicus in talibus arbitretur. c. contigit, de arbitr. neq. incidenter, subdit gl. licet limitet in rebus mere ciuilibus, quibus nullum spiritalis est annexum, sic et nulla negotia ec- clesiastica, vt principalis tractare, de iudic. c. decernimus, cū seq. & opti- me in hoc calu Couar. in prac. qq. c. 35. nu. 1. vers. 2. conclusio: refellens contrariam opinionem, quamuis ra- tione societatis, aliquando possit es- se laicus arbitrer de causa spiritali simul cum clerico, c. per tuas, de ar- bitr. quem tex. adducit ipse Couar. eod. lib. c. 34. col. 2. Episcopus tamen numquam committet laico causam spiritalis. Solus. n. Papa potest. gl. in d. c. contigit. † Septimo simile dici- mus, vt nec laicus Vicarius episcopi esse possit, licet bene affessor, vt saltē hoc modo reddatur valida constitu- tio epi. Bal. in eo. c. decernimus. col. 3. & doct. per Arnon. Coment. 45. in quibus eps sollicitus esse debet: negā- tes doctores, et, non solum de vica- riatu generali; sed etiam de foraneo, qui idē est spiritalis, tractareq. dici- tur spiritalia, prout infra de vicariis ecclesiarū latius dicturi sumus, nec in directe, prout aliqui faciunt, & male affectantes fructus episcopatum, cū tacita iniuncta omni iurisdictione, li- cet apparenter clericus constituatur vicarius, tamen ipsi laici affectantes omnia administrant, in quam plu- rimum scandalum. quod nota. † Octa- uo, quamuis videamus laicos sepultu- ras, quibus eorum cadauera inferan- tur accommodare, tamen domi- nium non habent sepulturæ, quæ spi-

spiritualis dicitur. § nullius de rer. di
 ut. instit. ideo nihil exigendum. c. abo
 lendæ de sepult. nec per quâlibet cō
 suetudinem, de sim. c. non satis. c. au
 diuimus, c. ad apostolicam, sed bene
 possident ius funerandi, quod non
 est mere spirituale, sed annexum, &
 hoc ex gratia ecclesiæ, vt cogitent,
 vbi manere habeant, & quia laudabile
 est apud maiores suos quæquã sepel
 liri, ex consuetudine patrū veteris te
 stamenti, c. fraternitatem de sepult.
 ideo episcopus visitas examinet, quo
 iure capellas teneant, & sepulchra, &
 per documenta, & antiquos libros vi
 deat, alias procedat sū iura, annullā
 do supra lib. 1. cap. 25. vbi de sepultu
 ris diximus, non semper a scriptis su
 per inde arguendo, qñ non sunt anti
 qua, nam ponuntur frequentius dicta
 ad honorabile memoriã alicuius de
 functi, vt in multis videmus, etiam
 de hostibus in hostibus, Neapoli in
 ecclesia sanctæ Mariæ de Noua ord
 inis sancti Francisci de obseruantia,
 in capella magna exempla videntur,
 quod adeo laudabile iudicatur, vt Sū
 mi Pontifices alijs benemeritis fieri
 curarūt, sicut superioribus annis Pius
 Quintus Sum. Pont. Speculum om
 nis sanctitatis, non solum in vrbe in
 ecclesia sanctæ Mar. supra Miner. ad
 æternam famam Pauli Quarti Ponti
 ficis, sed etiam Neapoli in ecclesia
 Metropolitana prope altare maius.
 Alphonso Caraphæ. S. R. E. Cardina
 li, & Archiepiscopo, summa pietate
 fieri mandauit, vt si & ipsi immorta
 litatē conseruarunt exinde, maiore
 13 ipse adeptus est. † Nono inquiritur
 diligēter ne quis laicus purus habeat
 aliquod beneficium ecclesiasticum,
 cuius omnino incapax est, de reser. c.

cum adeo per glo. & doct. in capit. 2.
 de instit. reiecta opinione gl. ibidem
 volentis, quod si incedit habitu, &
 tonsura erit ecclesiastica persona, cū
 communiter contrarium sit verum,
 in citato c. cum adeo Staph. de grat.
 expect. nu. 36. Gomes. eod. tract. nu.
 89. immo si habuit beneficium pri
 mo, & post accepit primam tonsu
 ram, non prodest ei, sed beneficium
 vacat, nec conualidatur ex post facto
 quod inualido principio processit
 glo. fin. reputata notab. in cap. ex lit
 teris de transact. quod expertus fuit
 amicus ille, qui tonsuram post bene
 ficium accepit, vnde ad fructuum re
 stitutionem obligatus extitit, & com
 positione cum Camera se adiuuit,
 obtinendo de nouo beneficium, &
 quod dicitur de præbendato, non in
 telligas de canonico. cap. cum M. de
 constit. glo. in cap. si super de offi. de
 14 leg. lib. 6. † Secus autem in acceptan
 do beneficium, seu in resignando
 pro alio, quia bene potest esse laicus
 procurator, & pro illo institui, scilicet
 principalis per procuratorē per
 not. in c. 1. de procur. li. 6. Ioan. And.
 in cap. accedens de præb. Ioan. Bru
 nell. in repe. decre. pri. de homic. 1.
 part. nu. 4. quo dicto communiter ho
 die vtimur, & in Curia obseruatur. Et
 effectus renuntiationis seu resignatio
 nis respectu loci, vbi sequitur, consi
 deratur, non constitutionis procura
 toris. Arch. in c. 2. de præb. lib. 6. vbi
 per doct. in gl. in clem. 1. in verb. col
 lato, vt lit. pend. & est dictum notan
 dum pro materia, vbi dicatur benefi
 cium vacare, & notat. Gomes. in reg.
 Cancel. de infir. resignant. q. 33. in
 15 si. † Decimo debet in laicos animad
 uerti, si in ecclesia delinquat per epi
 scopos,

scopos, & puniantur, & excommuni-
centur, secundum vnam opinionem,
alii vero dicunt contrarium, & fuit al-
legatum in causa Neapolitana, quod
laicus delinquens in ecclesia puniatur
per iudicem secularem: adducendo
Iulium Clar. lib. 5. receptar. sent. §. fi.
q. 38. vers. vide etiam. Alphon. Aluar.
in suo Specul. c. 35. vers. 1. dummodo
non per viam sacrilegij: cautius agen-
do propter rumores occurrentes, vt
vidisti, & opinio Cyni in l. presentis
vers. 2. quæro, C. de his quid ad eccl.
conf. videtur æquior, & respectu of-
fensæ, cui fit, & loci, in quo fit, quia
Deo, & in loco sacro ad quæstionē
16 de sacrilegio, vt suo loco dicitur. †
Vndecimo potest episcopus inquire-
re contra laicos, de frequentatione
monasteriorum, turbant enim perso-
nas deditas continuo cultui diuino,
in quo casu ipsi laici efficiuntur de-
foro ecclesiæ Abb. in c. monasteria,
de vit. & honest. cler. & dictum est su-
pra c. 18. n. 6. & propter causam iu-
stam Curia secularis se præbet fauo-
rabilem ad carcerandum, etiam vltra
excommunicationem, quam ipso fa-
cto imponunt multi superiores eccle-
siastici, quæ esset mitiganda propter
multitudinem incurrentium, & alio-
rum, qui nomine alieno accedunt, hæc
dicta adiunant proximiorum casum.
17 † Duodecimo si vsurpant bona eccle-
siastica, vt sacrilegi puniuntur, & ad
restitutionem compelluntur Abb. de
for. comp. c. conquestus. imo excom-
municationem incurrunt, vide supra
hoc lib. cap. 10. nu. 12. quod attente
providendum est, ne incidendo in
hoc peccatum persistant in perditio-
nem animarum suarum: & infra, nu.
34. sed dicit Abb. generaliter loquen-
do: Si quis vsurpauerit res ecclesiæ,
sed non frangerit hostia ecclesiæ, nõ
est excommunicatus ipso facto: sed
venit excommunicandus, in c. ex lit-
teris, de furt. sed per decretum Conc.
ibidem adductum. sess. 22. de refor. c.
11. est secus, quia statim, ibi *anathema*
ti tamdiu subiaceat, &c. vide Nauar.
18 in Man. cap. 27. nu. 69. † Tertiodeci-
mo dum celebratur in ecclesia, mo-
nendi sunt ipsi laici, ne prope altare
accedant, sed retro stent cum deuo-
tione, vt ipsi celebrantes non impe-
diantur, aut disturbentur, cap. vt laici
de vit. & hon. cler. sed bene ratione
communione, dicit tamen ibi Abb.
quod in loco conuenienti possunt
stare, & cantare deficientibus clericis
cantoribus, prout cõtinuo videmus,
licet non stent cum ea qua decet re-
uerentia, respectu sacerdotum, & po-
suimus hunc casum, nam ex euentu
temporis, & propter quæ occurre-
runt, oportuit sententiam excommu-
nicationis apponere, vide supra lib. 1.
19 c. 21. n. 19. † Quartodecimo super a-
dulterijs stante maxima publica fa-
ma, potest episcopus laicos visitare, inquirere,
& corrigere, & iudicare sibi canones
in c. de offic. ordin. cum sit etiam
crimen Ecclesiasticum, scilicet mixti
fori. Clar. lib. 5. §. fi. quæst. 37. vers. 3.
& in §. adulterium. Alci. & alij in
eod. cap. 1. fortius, si duas quis insi-
mul habuerit vxores, quod citetur in
super, quomodo sentiat de sacramen-
to matrimonij, vt latius in libro de sa-
cram. cap. 8. dicemus, contra opinio-
nem multorum negantium procedi
hac forma, retuli supra hoc libro, c. 3.
nu. 32. de adulteris, inquit Apost. in
prior ad Cor. c. 6. *Adulteri regnum*
20 *Dei non possidebunt*. † Et notandus est
tex.

tex. ille in cap. 1. de offic. ordin. ex gl.
 ibid. dum dicit, *Secundum, quod cano-*
nes censent, ut iudex non iudicet, ex
sua conscientia, sed per allegata, &
producta, doct. in l. illicitas, §. veritas,
 ff. de offic. præsid. alia gl. §. quando
 autem. 11. q. 1. & exinde est arg. ad
 illam quæstionem, Vtrum iudex, cui
 a parte in secreto est confessum ve-
 rum, & ab actis non potest constare
 de veritate, debeat iudicare contra il-
 lam confessionem veram in secreto
 sibi factam, post S. Tho. 2. 2. q. 67. ar.
 2. Fel. in c. cum venerabilis, de excep.
 ad quæ faciunt omnia dicta in famil.
 fing. in l. l. n. 60. concludendo, quod
 debeat secundum allegata iuxta re-
 ceptiorem sententiam, & ad aliam
 quæstionem similem. Faciens secun-
 dum conscientiam, licet contra iusti-
 tiam scriptam, non incidit in pœnas,
 c. cum æterni de re iud. lib. 6. Bal. in l.
 fi. post nu. 3. C. de pæn. iud. qui mal.
 21 iudic. † Decimoquinto visitabuntur,
 & corrigentur super quocumq. cri-
 mine notorio, in quo sic procedet
 episcopus, vt laicus Fel. in cap. cum
 sit generale de for. comp. Alphonf.
 Aluar. in suo Specul. cap. 77. vers. &
 ecclesia, adducit Abb. in cap. fi. de se-
 pult. Cagnol. in l. fi. qua illustris. C. ad
 orfici, Montel. in præct. quatt. litt. ar-
 bitr. 4. part. num. 114. & ex ea ratio-
 ne, vt scandalum aliorum remouea-
 tur, quia Morbida facta pecus totum
 corrumpit ouile gl. in extrauag. vas
 electionis. Bened. 12. in prin. & alia
 in c. sacrosan. Ioan. 22. de relig. dom.
 in verbo incessanter, supra, lib. 1. c. 3.
 post num. 13. congruam adhibendo
 medicinam pestifero morbo. in alia
 extrauag. Urbani Quarti. incip. sane,
 ne in vinea domini, §. nos igitur. nam

proterui non cognoscentes mala sua,
 & exaltantes bona sua apertis ratio-
 nibus confundantur, dicit D. Archie-
 pisc. Brachar. de morib. præl. 2. part. c.
 22 9. col. 4. † Et dicitur ad propositum
 crimen notorium, quod fit coram
 populo, vel eius maiori parte,
 quod nulla tergiuersatione cæleri
 potest. Innoc. & alij. in cap. vestra, de
 cohabit. cler. & mul. Iu. Clar. lib. 5. §.
 fin. q. 9. in princ. & alio modo noto-
 rium dicitur declaratum per senten-
 tiam, vel confessionem in iure, aut
 euidentiâ rei. Mart. Nauar. in Man.
 cap. 21. nu. 55. in fine, gl. ponit in cap.
 ex tenore de tempor. ordin. & in c. li-
 cet Hely. de simo. quia aliter vindi-
 ctæ ratio conquiescit cap. christiana
 32. quæst. 5. vnde episcopus in pec-
 cato notorio non faciliter requirit
 monitionem, sed ad excommunic-
 tionem procedit, Abb. in cap. illud de
 cler. excom. & Vbi pœna imponitur
 a iure ipso facto, & est notorium ali-
 quem errare, non sententiam requiri-
 mus, sed exequutionem, licet cautius
 agitur declarando, de quo tractant
 doct. in l. is cui bonis, ff. de verb. obl.
 & habetur in cap. cum secundum de
 hæret. dixi vnum verbum in famil.
 fing. in l. R. n. 52. (sed in ipsa declara-
 tione debet pars citari, & potest ap-
 pellare, vide quomodo bene tractat
 Feli. in c. Rodolphus de rescrip. n. 41
 42. 43. de quo esto memor in factis
 notorijs pro declarando quem inci-
 disse in excommunicationem) quan-
 do vero occultū, & quomodo, vltra
 Nauar. per Alber. de agnosc. affer. he-
 ret. q. 33. nu. 2. & de notorio, & publi-
 co, dixi etiam supra hoc lib. cap. 3. n.
 37. pro tex. Conc. Trid. sess. 14. de re-
 form. cap. 7. & sess. 24. de reform.
 gener.

23 gener. cap. 6. † xvj. Item de simonia iudicantur laici ab ecclesia, cū sit crimē mere ecclesiasticum. gl. in alleg. c. 1. de offic. ordin. Clarus in §. simonia, vers. 7. tam per se, quā de confidentia, quod simile iudicamus, pēnas easdem irrogando, iuxta nouissimas Constitutiones Pij iv. & Pij v. Rom. Pont. diligenter præscurando factum, propter censuras appositas, etiam mediatores ipso facto excommunicando. cap. si. in extrauag. com. de simo. & vbi est inuētum per mediam personam à clerico obtentum beneficium, etiā ignoranter excommunicatio incurrit à medio, & clericus renuntiet beneficium, licet possit postea obtinere, quādo tamē ipso ignorante. Et attendendum est, an simonia sit contracta in ordine, vel beneficio, & utroq. modo celebrando contrahitur irregularitas. Couar. in clem. si furiosus. 1. par. §. 1. nu. 5. de homic. & ponit Abb. in c. accusatum de simon. Nam suspensus à iure, se ingerens diuinis, efficitur irregularis. doct. in ca. si. de cler. excom. min. Moder. in c. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. De mediatore simoniaco puniendo eisdem pēnis. Abb. in ca. cum super nu. 4. de confess. & vide in dicta Constitut. Pij v. incip. Intolerabilis multorum. 1569. anno 4. & in alia incip. Cum primum. §. & vt simoniacæ 1569 an. 1. in quibus iura

24 antiqua renouantur. † xvij. Pōtēst inquirere visitando ipsos laicos super crimine vsurarum, criminaliter puniendo. Couar. lib. 3. var. resol. c. 3. Iulius Clarus lib. 5. §. vsura. versic. 8. & q. 37. vers. 1. gl. in eo. c. 1. quia cū sit detestabile crimen, ep̄s visitando reprehendere debet, & prohibere

eos sepelire (si notorij suat) gl. in au th dñm, de sepulc. viol. c. quia in omnibus, de vsur. & cum tex. in c. prate rea, eo. tit. etiam per inquisitionem. Soci. conf. 209. nu. 3. vol. 2. Marant 6 par. de Inquis. n. 106. & in 5. disput. dixi in famil. sing. in l. 5. num. 54. 56. Paul in clem. 1. de vsur. & quod in contractibus cēsualibus moneat oēs, & notarios ipsos seruare disposita in Bulla Pij V. Pont. Max. incip. Cum onus 1568. an. 4. quam verbatim refert, & glosat optime Nauar. in trac. de vsur. super c. si feneraueris. 14. fol. 28. not per 50. qq. Vbi doctissime more suo omnia discurret, vt exinde tanto optimo viro, qui in vltima senectute plenus dierum positus continuo publicæ vtilitati studet prodesse, ab omnibus vita sit optāda, & à Deo omne bonum animæ, & corpori, licet sit instatum seruari Bullā Nicolai V. incip. Sollicitudo pastoralis officii an. 1452. maxime in Regnis Siciliæ, & Aragon. sed cum sint res maximi momenti, & cū Principibus agatur, nondū est quid aliud declarātū. † Quōd adeo est in se verū primum dictum, q̄ si quæstio incidere coram laico de instrumento, q̄ sit vsurarium, stante vero, etiam corā ecclesiastico tractabitur. doct. in c. 1. de vsur. lib. 6. Alber. latissime de agnos. assert. cath. q. 25. n. 52. licet puniatur ad pēnam post declarationē factam. Alci. de offi. ord. c. perniciosam. nu. 8. & 77. & positum est hoc verbum, q̄ hoc crimen dicitur peccatum quasi contra naturam. eod. sing. 56. Albert. in rub. de vsur. lib. 6. nō tamen ab inquisitoribus puniendū, nisi asserēdo non esse peccatū, Siman. de vsur. tit. 66. iu. cath. instit. & Nauar. in 5. not. nu.

nu. 7. eod. c. fol. 3. (licet possint compellere ad restitutionem vsurarum. iuxta rescriptum Urbani iv. incip. cōsultus sæl. positum per Eym in Di-
 26 rect. 2. p. fol. 85.) † xviii. Detestando puniendo, & excommunicando super concubinato ex nouissima constitut. Conc. Trid. sess. 24. de refor. mat. c. 8. in solutis, & fortius in vxoratis. Est. n. crimen ecclesiasticū. Phil. Port conf. 21. n. 17. lib. 1. denegando
 28 43.) † xx. de sacrilegio ponunt Doct. in sæpius citato, c. 1. de offic. ord. licet Clarus ead. q. vers. 6. ponat dubitatie, sed determinat Abb. in c. cæterum de iudic. etiam quod possit per laicum, cum sit mixti fori. idem Abb. de spons. duor. cap. accepisti, & excommunicatio imponitur contra sacrilegos, per Clem. 3. in sua decretali, c. conquæsti. de sent. excom. vbi gl. quando sit excommunicatio ipso iure, vel venit imponenda, de quo tractat plenissime Nauar. in Man. c. 17. nu. 95. & c. 27. post nu. 94. & quod sit ecclesiasticæ, etiam est gl. in c. Ad Apostolicæ, in verb. sacrilegium de re iudi. lib. 6. ponit Affl. in l. multe leges de cri. sacril. in const. regn. cuius dicta sunt plane, quamuis a sequa
 29 cibus calumnientur. † xxj. de sortilegiis, inquirendo, quod admittitur in gl. citata, & Clar. in §. hæresis. vers. si. Paul. Grill. de sortileg. contra quos sortilegos insurgere debet episcopus visitans Pau. de visit. 2. p. q. 2. nu. 27. & aduerte, ne sint tales sortilegi q̄ mereantur contra ipsos procedi de hæresi. Siman. in cath. Instit. tit. 62. n. 2. & in suo Enchirid. tit. 8. & talia sortilegia sequentes ab ecclesia debent haberi extranei c. aliquanti. 26. q. 5. ex pæni. Theod. per quadraginta dies pæniteant, c. 1. de sortil. & de mo
 dis

cos sanxit Pius V. Pont. Max. in sua const. incip. horrendum, de qua multa ponit Nauar. in Man. c. 27. n. 249. vbi vide, Et ex ipso crimine infamia ipso iure, & irregularitas ex communi omnium Doct. sententia contrahitur. Couar. in clem. si furiosus. 1. p. §. 1. nu. 4. de homic. Arch. in c. infames. 3. quæst. 7. (vnum verbum episcopus Vultu. de irre. & cano. impe. lib. 5. c. 43.) † xx. de sacrilegio ponunt Doct. in sæpius citato, c. 1. de offic. ord. licet Clarus ead. q. vers. 6. ponat dubitatie, sed determinat Abb. in c. cæterum de iudic. etiam quod possit per laicum, cum sit mixti fori. idem Abb. de spons. duor. cap. accepisti, & excommunicatio imponitur contra sacrilegos, per Clem. 3. in sua decretali, c. conquæsti. de sent. excom. vbi gl. quando sit excommunicatio ipso iure, vel venit imponenda, de quo tractat plenissime Nauar. in Man. c. 17. nu. 95. & c. 27. post nu. 94. & quod sit ecclesiasticæ, etiam est gl. in c. Ad Apostolicæ, in verb. sacrilegium de re iudi. lib. 6. ponit Affl. in l. multe leges de cri. sacril. in const. regn. cuius dicta sunt plane, quamuis a sequa
 29 cibus calumnientur. † xxj. de sortilegiis, inquirendo, quod admittitur in gl. citata, & Clar. in §. hæresis. vers. si. Paul. Grill. de sortileg. contra quos sortilegos insurgere debet episcopus visitans Pau. de visit. 2. p. q. 2. nu. 27. & aduerte, ne sint tales sortilegi q̄ mereantur contra ipsos procedi de hæresi. Siman. in cath. Instit. tit. 62. n. 2. & in suo Enchirid. tit. 8. & talia sortilegia sequentes ab ecclesia debent haberi extranei c. aliquanti. 26. q. 5. ex pæni. Theod. per quadraginta dies pæniteant, c. 1. de sortil. & de mo
 dis

disponit multa Nauar. in Man. c. 1. r. 30 nu. 29. cum plur. seq. + xxij. Visiten-
tur super crimine blasphemiae, si for-
te sint procliuēs, corrigantur, & pu-
niantur, cum etiam possint inquiri,
Clarus in §. blasphemia, vers. 5. Ma-
rant. 4. p. dist. 11. nu. 10. & episcopus
debet publicare indulgentiam decem
annorum deferenti puniendos bla-
sphemantes. In Conc. gen. Lateran.
sub Leon. X. detestando hoc pecca-
tum, cum sit sacrilegium contra ho-
norem debitum Deo, & sanctis, nec
excusat aliqua consuetudo. Alber. de
agnosc. affect. cath. q. 6. num. 26. licet
aliud, & non bene Franc. Marc. qu.
509. nu. 2. par. 1. dixerit: plura adducit
ex varijs legibus, & quid ex consue-
tudine, Couar. in repet. c. quamuis, §.
7. nu. 8. vsq. ad fi. de pact. lib. 6. & Na-
uar. in Man. c. 12. nu. 81. cum plur. seq.
(quando vero sit in eis suspitio de
hæresi, per Eymer. in Direc. par. 2. q.
41. & an contra ipsos procedant in-
quisitores, & quando. Affl. in l. 1. de
hæret. nu. 53. in constit. regni) Sed Iu-
dæus blasphemus remanet in termi-
nis iuris communis, vt a solo iudice
laico puniatur. Franc. Marc. ead. q. n.
3. Clar. in ipso, §. vers. sed pone, cum
generaliter iudæi non ligentur con-
stitutionibus, & censuris ecclesiasti-
cis. not. in c. 1. per omnes doctores. de
const. in c. postulasti. de Iudæ. Quia
de his, quæ foris sunt, nihil ad nos. 1.
ad Cor. c. 5. Marquard. de Sus. in trac.
de Iud. & infid. 2. p. c. 8 quia ius com-
mune in eis regnat dixi in fam. sing.
31 in l. 1. nu. 55. + Sed tamen ad remo-
uendum difficultatē, & propter con-
tinuos excessus ipsorum iudæorum
in nostram Religionem christianam,
ex nouissima lege S. D. N. D. Greg.

xij. Pont. Max. incip. Antiqua iudæo-
rum. Cal. Iunij 1581. ann. 10 Inquisi-
tores procedunt contra ipsos in in-
frascriptis casibus, ibi contentis per
hæc verba. *Siquis Iudæus, aut infi-
delis, in ijs, quæ circa fidem, cum il-
lis nobis sunt communia, veluti Deū
vnum, aeternum, omnipotentem,
Creatorem omnium visibilium, &
inuisibilium, & similia, non esse asser-
uerit, predicauerit, vel priuatim
alicui insinuauerit. Si Dæmones in-
uocauerit, consulueritve, aut eorum
ressponsa acceperit, ad illosve sacrifi-
cia, aut preces, ob diuinationem, aliā-
ve causam direxerit, aut quid eis im-
molauerit, vel thuris, alteriusve rei
fumigationes obtulerit, aut alia quæ-
uis impietatis obsequia prestiterit. Si
Christianos verbo, factō, vel exemplo,
aut alio quouis modo, nefaria huius-
modi docuerit, vel ad ea perpetranda
perduxerit, aut perducere tentauerit.
Si Saluatorem, & Dominum no-
strum Iesum Christum purum ho-
minem, vel etiam peccatorem fuisse,
Matremve Dei non esse Virginem,
& alias huiusmodi blasphemias, quæ
per se hæretica dici solent, in Christia-
næ fidei ignominiam, contemptum,
aut corruptionem impie protulerit.
Si cuiusuis eorum opera, auxilio consi-
lio, vel fauore aliquis christianus a fi-
de desciderit, quamq. semel susceperat,
abnegauerit, vel ad Iudæorum, seu
aliorum infidelium ritus, ceremonias,
superstitiones, vel impias sceleras tran-
sierit: vel redierit, seu in hæresim ali-
quam incidit, aut qui, vt Christi
fidem abneget, seu in hæresim incidat,
opem, consilium, auxilium, vel fauo-
rem, quomodocūq. prestiterit. Si quis
Cathecumenum, vel quæcumq. ex Iu-
dæis,*

daus, aut infidelibus Deo inspirato ad
 fidem Christianā venire volentē, post
 declaratā nutu, verbo, facto, aut quo-
 cumq. alio modo eius voluntatē a fide,
 vel fidei, instructione, aut a sacri Ba-
 ptismi susceptione retrahere, auertere,
 vel debortari, aut ne ad fidē veniat,
 neve regenerationis lauacro abluat-
 ur, quouis modo impediuerit. Siquis
 apostatas, hereticosve sciēter domi sue
 acceptauerit, aluerit, cōmeatu iuuerit,
 seu quouis modo eis cibaria vbiq. q.
 prabuerit, aut dona, vel munera dede-
 rit, vel miserit, aut de loco ad locū de-
 duxerit seu associauerit, vel deducen-
 dos, seu associandos curauerit, aut sū-
 ptus ministrauerit, duces comitesve il-
 lis adiūxerit, vel ne ab eis perpetrata
 deprahendi, aut inuestigari queant,
 fecerit. Quiq. dictos apostatas, aut he-
 reticos sciēter aliquo modo receptaue-
 rit, occultauerit, defēderit, aut eis opē,
 consiliū, auxiliū, vel fauorē quolibet
 prestiterit. Si libros hereticos, vel Thal-
 muldicos, aut alios iudaicos quolibet
 dānatos, aut alias prohibitos tenuerit,
 custodierit, vel diuulgauerit, vel in-
 quacumq. loca detulerit, aut ad eandē
 rē operā suā accomodauerit. Si Chri-
 stianos deriserit, redēptionisq. nostrae
 Hostiā salutarē in ara Crucis immo-
 latam, Christū Dñm ludibrio, & de-
 spectui habens, quandocumq. maxime
 vero in sacro Parasceues Die agnū, si-
 ue ouē, aut quid aliud cruci affixerit,
 aut appenderit, in eamue conspuerit,
 seu quodcumq. contra ipsam fecerit:
 si nutrices Christianas contra sacro-
 rum canonum statuta, diuersorumq.
 Rom. Pont. predecessorum nostrorum
 sanctiones adhuc retinuerit, aut eas
 retinens, die, qua sanctissimū Eucha-
 ristiae Sacramētū sūperint, lac uno,

vel pluribus diebus in latrinas, clo-
 cas, vel alia loca effundere coegerit. In
 his oibus proceditur cōtra eos, & a-
 lios infideles ex ppetua delegatione
 per Inquisitores, put in aliis causis si
 dei, iuxta sacrorū canonū formā, nec
 non officii inquisitionis humōi cōsti-
 tutiones, §. in quibus casibus, ipsiq. lit-
 teris publicādis per oēs ecclesiasticos
 superiores in oibus ciuitatibus, & lo-
 cis suis. §. Nos. n. cui⁹ legis emanato
 vtilis, & necessaria fuit, ideo attēte ob-
 seruāda in oibus p̄dictis vndecim ca-
 32 sibus enarratis. † xxiiij. super crimine
 incēstus per ipsū iudicē ecclesiasticū
 cōcludit Bart. de Capua doc. Regni. l.
 l. maiestati nr̄e. de adul. coer. p̄ponē-
 do grauē p̄nitentiā iniunctā ex Cōc.
 Aurel. inter fideles christianos nō ha-
 beatur: nec cibū, potū, salutationēve
 accipiant, c. incēstuosus, 35. q. 9. & q̄
 possit excōicatio inferri, habēt in c.
 parochiano tuo. de sepul. vnde dicit
 Abb. in c. litteris de p̄sfer. de iure in-
 cestuosum priuari spe cōtrahēdi ma-
 trimoniū, & in c. trāmissā de eo, qui
 cogn. cōsang. ponit aliqua Nauar. c.
 21. Man. nu. 75. ob detestationem hu-
 ius criminis. Io. Baptista Christi p̄a-
 cursor occisus fuit ab Herode, dice-
 bat. n. non licet tibi habere vxorē fra-
 33 tris tui, dixi sup. lib. 1. c. 17 n. 20. † xxiv.
 Item visitantur laici, & puniuntur
 per episcopum, si in curia ipsius fal-
 sum deposuerint, tanquā offendentes
 aures ep̄i. pro notab. ponit Affl. dec.
 219. & continuo practicamus, adiu-
 uātibz ad hoc ēt regis ministris; imo
 fere oēs regias exequutoriales litte-
 ras habent. Sed e contra, si clericus in
 curia laici falsum deposuerit, non pu-
 niatur per laicū, qui p̄nitus incapax
 iurisdictionis in ipsum est, nec ipse
 potest

potest consentire, ex generali priuilegio ecclesiæ, vt latius dico in c. si diligenti. de for. comp. pulchre Couarr. in pract. qq. cap. 18. nu. 8. vbi an idem ius in alijs delegatis. Laici enim facilius possunt se episcopali iudicio submittere, & quod fuerit iudicatum debet exequi per Iudices laicos tex. est notab. in iure, in l. episcopale iudiciũ.

34 C. de episc. audien. § 25. Item grauius procedet episcopus contra laicos torquentes sententias, & verba sacræ scripturæ ad scurrilia, & fabulosa, ad adulationes, detractiones; ex nouis. decis. sacr. Conc. Tri. ses. 4. in fi. Qui tex. est singularis pro episcopis, vt contra similes inuehant, & ex arbitrio eos ex facti qualitate punire debeant: Nam heretici sunt, qui per verba legis, legem impugnant, propriũ sensũ infruunt verbis, vt prauitatẽ mentis suæ, legis autoritate commendent gl. ad tit. c. 4. quam refert Alber. in tract. q. 11. n. 12. & tex. Concil. refert Nauar. c. 19. Man. n. 4. in princ. & facit casus decisus in S. Officio, vt refert Vmb. Loc. in suo iudic. inq. fol. 417. cas. 1. Inde factum est, & optime, vt in professione fidei facienda a Prælati, Theologis, & alijs, inseratur illa clausula inter alias sponsones de admittenda sacra scriptura, & quod eam nunquam quisquã accipiet, & interpretabitur, nisi iuxta vnanimen consensum Patrum. In constit. Pij. iv. Pont. Max. incip. iniunctum nobis, §. item sacram.

35 sup. lib. 1. c. 17. n. 18. §. Item 26. contra rapientes res ecclesiarum; Abb. in c. cum sit generale. de for. comp. vel si ecclesias violauerint: iuxta casum positũ in all. c. parochiano. de sepult. q. & menti tenendum est: notando, tex. in c. 1. de raptor. quod raptores eccle-

siarum excommunicentur ab illo episcopo, in cuius diocesi delinquerunt (& possunt detineri ne exeant ex parochia illa donec cauerint) significando excoicationẽ proprio episcopo, qui aliter eos non recipiat, nisi ad locum rapinæ redeant, & omnia plene emendent, & c. 2. eod. tit. quod nisi satisfecerint careant ecclesiastica sepultura, & presbyteri contrauenientes, etiam beneficijs priuantur, & damnũ sui ordinis irrecuperabiliter patiuntur, & supra n. 17. & hic est alius casus, quo quis ratione rapinæ sortitur forum, vel simile quia ratione delicti

36 supra c. 20. §. Sic 27. dicimus esse inquirendum contra falsantes litteras Apostolicas. per c. ad falsariorum n. 4. vbi Abb. de crim. fals. grauissima pena imponitur, & anathematis, & contra defensores, & fautores, & sciendũ compræhendi quascumque litteras, siue in bulla, siue in carta, siue in breuius, etiam addendo, aut diminuendo vnam litteram tantum, aut vnum punctum. Gomez. de breuib. n. 5. de quo Hispanus, pract. crim. cap. 08. Et cum est suspitio contra aliquem de falsitate rescripti, potest capi, & detineri, donec reperiatur verum ex doct. Abb. in cap. super eod. de crim. fals. & vide glos. in cap. cum olim de offic. deleg. & hoc etiam de falsante sigillum iudicis, eod. cap. cum olim, & ibi Abb. ampliat eandem penam ad aperientes litteras aliorum, & in cap. super venerabilis de excep. & dixi in famil. singul. in littera L. num. 32. licet Bar. in l. qui testamentum, ff. de fals. dicat puniri extraordinarie, (ipsaque, & maior poena adhibenda est contra falsantes libros catholicorum, nam sanam doctrinam

nam corrumpunt, hæreticos errores addentes, & recenset D. Franc. Pagna ad Director. 2. par. 2. lib. Schola 4 in fine, esse subiiciendos anathemati, & cum hæreticis anathematizari ex decreto. 6. syno. Constantinop. † Et vigesimo octavo cum sint inferentes iniurias clericis, ab ipsis episcopis punientur. Guid. Pap. quæst. 562. quod non obtinetur, nisi excommunicando eos. stante maxime violenta manu iniectione, cap. si quis suadente. 17. q. 4. & in citato tex. c. parochiano, in vno ex casibus ibidem positus, extimando iniuriam ex qualitate personæ, cui infertur, vel vt priuato, aut vt ministro ecclesiæ, & ex persona inferentis, & loco, & sic condemnando, argu. not. per Abb. in cap. olim de iniur. ponit multa Contr. de duell. 1. par. conclus. 17. Licet non debeamus meminisse iniuriæ factæ a proximis, & clerico, omnis christianus est proximus, vt ibidem dicit præfatus doctor, quamuis grauer peccent, tamquam agentes contra legem naturæ, arg. ff. de pæn. l. capitalium, §. omnia admissa, vel si facta est iniuria ipsis episcopis, vel eorum familiaribus, et si non respectu impedimenti iurisdictionis, ex generali dispositione Inno. iv. in c. 1. de pæn. lib. 6. & est not. decisio, & practicatur, & citantur laici ad se subiiciendum examini episcopi, & responsuri super violentia, & multi duram dicunt practicam. † Excommunicando etiam. 29. & excommunicatos denuntiando omnes incendiarios, eod. cap. parochiano. & clarius in c. tua nos, de sent. excom. vbi ad sedem Apostolicam pro beneficio absolutionis mittendi sunt, & quando sunt ecclesiarum, publicet ip

so facto, aliter excommunicet, quam differentiam ponit gl. ibid. cum & lege civili poena mortis sit imposta, ff. de incend. ruin. nauif. l. qui edes, latius Alphon. Aluar. in Spec. c. 80. fol. 407. cum duob. seq. Clar. lib. 5. §. fin. q. 77. vers. incendiarii, & q. 68. quando diuersimode poena imponatur. Nauar. c. 17. Man. nu. 100. cum iudicetur maximum delictum, propter periculum mortis, & bonorum, dicit Atfi. in l. super incisionibus n. 8. de malef. clandest. & in constit. qui dolose de incend. Hispanus in pract. crii. c. 98. Monteleon. 4. p. n. 794. cum plur. seq. notando illud. Quod in domo semper incendium præsumitur ex parte inferiori. Alex. conf. 216. lib. 2. (in quo cognoscitur quam merito duris puniatur poenis crudelis ille Nero Imperator, qui vt cognosceret quantus erat ignis Troia ardente, urbem Romam septem diebus, & septem noctibus incendit, de quo dicit Boet. de cons. lib. 2. Metr. 6.

*Novimus, quantas dederit ruinas,
Urbe flammata, patribusq. cæsis.*

De Hierusalem succesa igne, tam in domo Dei, quã Regis, & in aliis a Nabuzardan Principe exercitus Nabuchodonosor Regis Babylonis, 4. Reg. c. 25. † Arguendo, 30. ad opprimetes libertates ecclesiasticas, quas Ieruari mādāt canones, & Cōc. Tri. scilicet. 25. de refor. gen. c. 20. declarādo excoicatos maiori excoicatione absolutione eius reteruata S. D. N. in sua bull. Nauar. in Man. c. 27. n. 61. Aluar. in Spec. cap. 35. Abb. in cap. nouerint, de sent. exco. vbi de statutis cōtra libertatē ecclesiasticā. Cōsistētibus his libertatibus in psonis, rebus, & iuribus ecclesiasticis. ex antiquissima l. Genes. c. 47. vbi Pharo-

Pharaonis tempore homines subditi terræ sacerdotali, & ipsa terra non subijciebantur conditionibus, & muneribus secularibus, & 23. q. 8. c. conuenior 1. 2. 1. placet. C. de sac. sanct. eccl. & extra de immu. eccl. Aegid. to. in suo tract. de muner. & collect. Sed in multis abstinendum ab ipso, cum sit durus, & rigidus in opinionibus pro libertate ecclesiastica, vti abstinendū dicebat Coua a Carolo Molineo in edicto ad Henr. Regē. 2. in pract. qq. c. 31. n. 2. a quo hodie in totū in omnibus scriptis merito abstinemus, in indic. lib. prohib. c. 1. class. & vide supra lib. 1. c. 10. nu. 14. fol. 7. per quot passus sit immunitas circum circa, & qui confinia distorum passuum coningere tētauerit, aut personā hominis, vel bona eius inde subtraxerit, p. sacrilego habetur, c. sicut & c. quisquis. 17. q. 4. ponit Contr. Brun. de hæ 46 ret. lib. 5. cap. 20. fol. 313. cum seq. † In sistendo 31. circa integram solutionem decimarum (in quo est labor, & 41 dolor laicorum) quæ debetur ecclesie de iure diuino, Num. c. 18. Deuter. 14. Exod. 22. 16. q. 1. cap. decimæ, Couar. lib. 1. variar. resol. cap. 17. Nauar. c. 17. Manual. n. 59. & si denegantes persistunt, excommunicandi sunt, nec aliter absoluendi, nisi facta restitutione, in Conc. Tri. ses. 25. de reformatione. c. 12. & cum difficile sit negociū in multis partibus, propter malā consuetudinem, sub pretextu quod legitima præscriptio interuenerit, quo verbo utitur Couar. in pract. qq. c. 35. n. 2. vers. 4. remittendum est negocium ad Dominum nostrum, ex mente Diui Tho. 2. 2. q. 7. Fel. in c. nihil prodest. nu. 33. de præscrip. admonendo omnes fideles, quod ex solutione de-

decimarum consequuntur fructuum libertatem, corporis sanitatem, remissionem peccatorum, & acquisitionem regni cœlorum. Io. And. in c. 1. de dec. lib. 6. vbi contra non soluentes, & tulit fiscus, quod non datur Christo, c. maiores 16. q. 7. dabitur impio militi, quod non vult dari sacerdoti, ead. caus. q. 1. c. decime, vers. cum enim, & subdit Io. Andr. quod Itali, ex quo non soluunt decimas ecclesie, experiuntur multa mala, vide not. per Rebuff. in tract. de deci. & est repetitum supra hoc libro, c. 2. nu. 26. & non possunt amouere fructus a terra sine interuentu parochi, sic iudicatum in facto. vide D. Vincentium de Fran. chis Illustrem Doctorem Regium consiliariū in suis nouis Decis. Conc. Neapolit. Decis. 117. & in multis locis est consuetudo asportandi vsq. ad Domum, quæ consuetudo seruanda, idem Do. Decis. 124. de quo plura D. Rebuff. in suo amplo tract. de Decis. † Monendo, 32. vt omnes colant dies festos, in quo per ipsos episcopos visitantur, & puniuntur laici non obseruantes, ne fiant mercato, & nudi næ. c. 1. de fer. de consec. dist. 3. c. 1. Couar. lib. 4. var. resolut. c. 19. Anton. Honcol. de pia festor. obser. Naua. in Man. c. 13. maxime dies dominicos, talis enim dies celebrari admodum, & venerari debet, mūdus sumpsit exordium, per resurrectionem Christi, mors interitum, vita principium. 75. dist. c. quotidie, in fine. D. Card. Hosi. in lib. confes. 3. præcepto c. 79. Dom. Sot. lib. 2. de iustit. & iur. q. 4. ar. 4. Do. Card. de Turr. Crem. 76. dist. cap. igitur, & ea die Christum dominum natum dicit D. Flor. 2. p. tit. 9. c. 7. §. 4. & sic obseruamus vbiq. arguendo lai-

cos, quia obseruatio dierum festorum ad Dei cultum maxime pertinet, propterea ordinariorum arbitrio censuris, & etiam poenis aliis in obseruantes puniuntur. vide in Constit. Pii V. Pont. Max. cū primū. §. cū vero. 1566
 42 anno primo. † Exinde (33.) hortari debent, & pie induci, q̄o attenti sint talibus diebus festiuis Missas audire, suasq. parochias frequentare, i Con. Trid. ses. 22. tit. de obser. & euit. in celebr. Miss. ex cap. Missas de consecr. dist. 1. Naua. in Man. c. 21. n. 1. cap. 25. nu. 82. Ferdi. Pauz. in rep. eiusd. cap. Missas: Audiendo cū attentione, quia si voluntarie distrahantur nō satisfaciunt, & peccant mortaliter. Nauar. ibid. n. 6. & 8 dicitq. Sotus & bene, sufficere, q̄o sit actus humanus, vt infra suo loco dicemus, illud tamē de propria parochia hortādo; nō tamē precipiendo sub poena excommunicationis seis. 24. de ref. gen. c. 4. §. moneat episcopus. Cōcilium nō procedit vltra. Nau. eo. c. 21. n. 5. sup. hoc lib. c. 2. n. 30. nisi in aliis sacramentis accipiē
 43 dis. † Nec omittere debet (34) ep̄s visitans omnibus detestari, & prohibere ludos noxios, & inhonestos, nā trāsgressio totius decalogi i ludo accedere potest. Gul. Perald. episcopus Lugdu. in Sum. 6. tom. 2. de auarit. c. 15. Nau. in Man. c. 19. n. 6. cū seq. vnde Bern. in persona Christi, *Ego te acquisiui manibus crucifixis, tu te consumis manibus ludo dicatis*, Ideo in talibus prohibeat episcopus sub poena excommunicationis. Rolan. a Valle conf. 33. vol. 2. conf. 93. nu. 22. eod. vol. quod præcipue in aleis, & taxillis versatur, de ludo mala producente, dicit satyricus Poeta.
Ludus. n. genuit trepidū certamē, & irā

Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

Et ex hoc dubitatur, si acquisita in ludo, bona conscientia retineantur, dixi latius in famil. singul. in l. A. num. 7. & an clericus repetat, quod perdidit in ludo. glo. disputat in ca. clerici. de vit. & hon. cle. Quia in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis. l. 1. ff. de condit. ob turp. caus. sed si perditā esset de rebus ecclesie, repetet ecclesia. l. 2. q. 2. c. Apostolicos: Sicut de patre vendicante, quod amissus sit filius. ff. de aleator. l. 1. §. si seruus, si scus tamen videtur, q̄o possit repetere, quæ ex turpi lucro acquiruntur. Lutus. ff. de iur. sis. notat lo. de Deo in d. c. clerici. vide per doct. in c. inter dilectos de excess. præl. A ff. in constit. mores dis. de aleat. num. vndecimo, lib. tertio. rubr. quinquagesima tertia. Monteleo. prima par. pract. suæ, quinto dubio. Hispan. pract. crim. cap. 34.
 44 † Puniuntur etiā (35) ab episcopo visitante; & in aliis actibus, si ipsi laici in spectaculis, & in ludis maxime inhonestis vtantur vestibus religiosis ad cultū diuinum deputatis, vel eas lacerantes, dum a clericis deferuntur per excommunicationem, & penā extraordinariam, secundū facti qualitatem. Franc. Marc. quest. 123. part. 2. Monteleo. 4. part. num. 961. cū seq. & est tex. in cap. cum ad decorem de vit. & hone. clerico. nec curamus de glo. in capit. mulieres. 27. q. 1. Quod cum qs laicus aliqua veste religiosa vtitur, fraudē, vel dolo, vel p̄ exactio ne elemosynarum, quod ingredi religionem cogatur ad penitentia agendam, per cap. interrogati. 28. distinct. quia pena debita punitur, & non aliter. gl. in c. tuarum. de priuil. cum sim.

45 mil. † Corriguntur item (36) grauis-
sima pœna spiritali exercētes duell-
la, torneamenta, artem sagittariorū
Pau. 2. part. quæst. 2. nu. 5 3. cap. 1. de
tornenamen. & ex iure nouissimo
Coc. Trident sunt excommunicati om-
nes, locum ad duellum concedētes,
pugnantes, patrini, consultores, sua-
dentesq., & spectatores, & si quis in
ipso duelli conflictu moriatur, perpe-
tuo careat ecclesiastica sepultura.
sess. 25. de ref. gen. c. 19. Nau. in Man.
c. 11. n. 39. ver. 34. vltra legem ciuilē
huius regni, puniendo pœna mortis
naturalis, addendo prædicta ad Pa-
rid. de Puteo. de duell. lib. 9. ver. an
qui. quod etiam antequā pugnent, ex
quo peccāt mortaliter, nō debet dari
sacramentū Eucharistiæ. gl. in c. mo-
nomachiam 2. q. 4. Et hoc ius cano-
nicum vbiq. seruandum est, propter
periculum animarum. c. fin. de præ-
scr. doct. in c. 1. & 2. de nou. oper. nūt.
& in materia, vidē Constit. Leo. X. in-
cip. quam Deo. cum insertionē Con-
stit. Iulij II. & Clem. VII. consuevit
Rom. Pont. Pij IV. ea, quæ a præde-
cessoribus, Pij Quinti, de salute gre-
46gis. † Ampliando (37.) per eandem
legem Pij Quinti, de ludis agitatio-
nis taurorum. de quo ad plenum me-
minit. Martin. Nauar. eod. lib. c. 15.
num. 18. vsque ad finem, vbi in con-
stit. mandatur ipsas litteras publicari,
& obseruari, sed Nauar. mitigat di-
ctum ipsius legi, quando moderate
sūt, nec de periculis, & ruinis timet,
Sicut superiorib⁹ proximis annis fuit
factum Neapoli a Magno illo Ioan-
ne Austriaco, qui post obtentā glo-
riofam illam victoriā contra Turcas
in nauali prælio, tāquā princeps clas-
sis christianæ. an. 1571. die 7. Octob.

Belgicā prouinciā nomine inuictis.
Regis Philippi petijt cōtra rebelles
ipsum Regis, imo Dei, suęq. ecclesiæ;
vbi acerbissima morte præuentus
admodum iuuenis etiam gloriosus
(vt pie credendum est) ad cœlestia re-
gna migravit, quod de feris tractari
prohibuerat tex. in l. si. C. de fer. ibi,
47 *Aut ferarū lacrymosa spectacula* † In
exequutionibus testamentorū (38.)
eps ex cōmuni lege, elapso anno est
exequutor, & cognoscit, not. per oēs
in c. nos quidem. de testam. C. de epi-
sc. & cle. l. nulli. & l. si quis ad decli-
nanda. in auc. de eccl. tit. §. si quis edi-
ficationē, & præstat, vt in visitatione
moneatur oēs, et particulares, quia
alias sine monitione non posset exe-
qui. Couar. de testam. c. 3. n. 6. & ipso
epo negligēte, vnicuiq. permittitur
studere, vt causæ piæ cōpleantur, re-
censet Illustrissimus Card. Albanus
in tract. de pot. Pap. 2. p. nu. 232. Cū
nefas sit perire voluntates piorū de-
functorum. In Conc. Trid. sess. 25. de
refor. gen. c. 11. de quo latius infra di-
cemus. imò est curandū, ne commit-
tatur fraus per testamētarios execu-
tores, Bal. & doc. in l. altius. ff. si ser-
vend. Bertr. de epis. 6. p. num. 24. 4.
lib. (sed hodie commissarii Fabricæ
S. Petri de Vrbe se intromittunt ex
multis constit. sum. Rom. Pontif. Pij
4. & Pij 5. & continuo sunt in cir-
cuitu cum litteris exequutorialibus
49 Regiis.) † Item etiam (39) in mate-
ria iuramenti, q̄ obseruetur, subdu-
tur laici episcopo, imò, & iudices se-
culares possunt cōpelli per censuras
ecclesiasticas, vt faciant obseruari iu-
ramenta prælata, text. est clarus, in
cap. licet de iureiuran. lib. 6. periura-
re enim nomen Dei, videtur. quæ dā
diuini

diuini nominis denegatio, & post idolatriæ peccatum, est peccatum periurij. Archid. in c. ille 22. q. 5. & ex periurio infamia incurritur. I si quis maior. C. de transact. & not. 6. q. 1. c. infames. Affl. in const. clementiæ, post n. 17. vt ban. liceat lib. 2. rubr. 4. Et cum sit periculum animæ, ita seruandum est, etiam in foro seculari, etiam inter ipsos laicos. doct. in d. c. licet, in c. discernimus, de sent. excom. & sit hæc cohercio ad iudices seculares, non solum per episcopum, sed per quemlibet ordinarium, etiam episcopo inferiore. Ioan. And. eo. c. licet. & Mod. 49 sup. n. 44. † Sed dicit Clarus lib. 5. recept. sent. §. fi. q. 37. quod in his, quæ non sunt mere ecclesiastica, sed mixta, episcopus non procedat contra laicos per capturam personarum, sed per censuras ecclesiasticas, nisi quid expressius in aliquo ipsorum obseruetur, quod est verum, vbi quæstio est inter vtrumq. iudicem, quod laicus contadicat, & prohibeat, alias secus de iure, quia præueniendo iudicat, imo si in aliqua parte iudicij secularis opponeretur exceptio de excommunicatione, vel simonia, recurretur ad determinationem faciendam per iudicem ecclesiasticum, per Abb. in c. tuam. de ordin. cogni. Ceterum, qñ iudex ecclesiasticus capiat propria auctoritate, & carceret, & quid deniq. iuris, aut quomodo procedendum, optime Couar. in pract. qq. c. 10. vbi peculiariter hoc discurret. † Verū in materia illa insurgit maior quæstio, an in istis non mere ecclesiasticis, in quibus potest etiam in multis procedere iudex laicus, sicut, & ecclesiasticus, si vnus fuit punitus in curia ecclesiastica, pro vno delicto, poterit

in vno

ne iterum puniri, & inquiri pro eodē delicto, per iudicem laicum. Affl. in ead. decis. 219. dicit per vnus pœnam appositam, non impediri quin laicus procedat, & sequitur Aym. Crau. cōs. 232. & ipse Affl. in const. multæ leges, & est glo. notab. in extrauag. 1. de pœn. in verbo ediderunt. Alciat. in c. 1. n. 128. de offic. ordin. Clar. §. fi. q. 57. concludendo quod iudicium factum ab ecclesiastico, non impedit iudicem laicum, vt non procedat; maxime augendo pœnam per se impositam, idq. particulariter in crimine blasphemæ, vbi si quis remissius punitus fuit ab vno, iterum puniatur ab alio. Siman. in cath. instit. tit. 8. n. 5. ampliando, n. 18. et quod fuerit absolutus in foro conscientiæ, quod est verū, & melioribus probatur argumentis, de qua materia tractatur, in c. de his, de accus. quia pœna spiritualis nō tollit temporalē, & e contra, Bal. in l. placet. C. de sac. sanct. eccl. Fel. in d. c. de his nu. 13. Couar. per distinctionē. var. resol. c. 10. sic per pœnam canonicam non tollitur pœna legalis, & in quæstione ecclesiasticus punit sū canones, & secularis sū leges. Affl. in ead. const. multæ leges. n. 8. † Et cum dixerimus supra lib. 4. c. 4. n. 6. diem visitationis debere esse solemnem, vt omnes conuenire possent, si laici recusant venire, potest episcopus eos excoicare, arg. c. si quis uenerit, de maior. & obed. c. Romanā, in fi. de pœn. lib. 6. quia debent respondere ad examen super vita, & fama, & virtute Sacerdotis, sacramenta eis præstatis. Florent. in sum. 3. part. tit. 28. cap. 5. vnde Christus. *Qui vos recipit, me recipit, qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit, & spernit eum, qui*

qui me misit. Luc. c. 10. c. accusatio. 2. q. 7. quod verū ubi visitatio fit. principaliter propter salutem animarum, ad quod inducta est. In Conc. Trid. sess. 24. de refor. gen. c. 3. §. visitatio-
 52 num. sup. lib. 1. c. 4. nu. 22. † Et in hac laicorum visitatione attendere debet episcopus qualitatem regionum, & locorum, prout differit Dom. Pavi. de visit. 2. p. q. 8. in princ. nam plerumq. ex variatione locorum, datur variatio hominum, etiam in moribus. Ex quo dicimus vnamquamq. provinciam suo abundare sensu. 12. dist. c. illa. de sepul. c. certificari. in famil. singul. in l. V. num. 37. & secundum personas, se gerat episcopus, non contemnendo virtuosos pauperes, & stantes in fide, honorando diuites superbos bene vestitos. Quia honor dari debet in testimoniū veritatis. Phil. in 4. Ethic. aliis verbis monendo Principes, & dominos temporales, super concussionibus, rapinis, taliis, spoliis, bellis iniustis. D. Pavi. 2. p. q. 7. nu. 87. 54 in gestis, & visu arguendo, de quibus dicit Boet. de consol. lib. 4. metr. 2.

*Quos vides sedere celfo,
 Solij culmine Reges,
 Purpura claros nitente,
 Septas tristibus armis,
 Ore toruo comminantes,
 Rabie cordis anbelos.*

Et quæ sequuntur, artificiose tamen ipsos arguendo, ne irati se erigant contra corripientem, & prælatum monentem. † Exemplum præbet sacra scriptura in Nathan Propheta,

qua arte arguerit David Regem, super homicidio, & adulterio, 1. Reg. c. 12. & de alia muliere Thecuite loquente ad ipsum Regem. eod. lib. c. 14. accipiendo multa ex relatis ab Archie. Brachar. de morib. præl. 2. p. c. 9. & facit tex. Conc. Trid. sess. 13. de refor. c. 6. in princ. & bonum est habere notam conscientiam dominorum, vt sciatur in quibus excedant, & sic arguere. Nau. in Man. c. 25. n. 1. cum seq. vt quam maxime conentur defendere ecclesiam, et si non fecerint, redditori sunt rationem. sess. 25. eius. Conc. de reform. c. 2. Alph. Aluar. in Spec. c. 5. Iustitiam faciendo, per quā Deo multum placent. Pavi. ead. q. 7. n. 74. iuxta psal. 105. *Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt Iustitiā, in omni tempore.* Quia proprium Regum est facere iudicium, & iustitiam. 3. Reg. c. 10. 23. q. 5. c. Regum, & secundum Apost. ad Titum, c. 2. *Sobrie, iuste, & pie viuatur in hoc seculo.* sess. 6. Conc. Trid. de iustif. c. 11. † Sobrie quantum ad carnem, iuste, quantum ad sensualitatem, pie quantum ad hospitalitatem. Sobrie, ne caro inebrietur, & iuste, ne sensualitas spiritui dominetur. Pie, ne in contemplatione aliud, quam Deus, queratur. Vnde in Leuitico, mactabantur boues pro sacrificio carnis, turtures in sacrificiū sensualitatis, columbæ in sacrificiū spiritus, sectando veritatem, & æquitatem, duos lapides angulares Iustitiæ. Bal. in c. quoniam contra fallam, de probat. &c.

DE

DE PEREGRINIS, ET VAGABUNDIS a quo possint visitari.

C A P. VIGESIMVMSECVNDVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **P**eregrinatio potest esse in bonum, & in malum.
- 2 Peregrini per quae signa cognoscantur.
- 3 Peregrini sunt sub protectione ecclesiae.
- 4 Peregrini in qua ecclesia debent accipere sacramenta. Et an possint sepe liri in ecclesia interdicta, nu. 5.
- 6 Peregrini sunt immunes ab impensis bellorum.
- 7 Peregrini tenentur statutis locorum, ubi inveniuntur.
- 8 Peregrini habent priuilegium reuocandi domum.
- 9 Bona peregrinorum ad quem vadat.
- 10 Peregrini non debent de facili admitti ad sacramenta administranda.
- 11 Vagatio est periculosa anime, & contra salutem.
- 12 Vagatio inducit sinistra suspensionem.
- 13 Vagatio prebet causam Apostatandi.
- 14 Vagabundus quis dicatur.
- 15 Religiosus si vagat, dicitur non posse viuere.
- 16 Clericus vagabundus, quando perdat beneficium.
- 17 Clericus quando dicatur vagabundus.
- 18 Clerici vagabundi non admittuntur ad ordines, sine litteris proprii episcopi.
- 19 Conscientiae propriae, quando quis relinquitur.
- 20 Immemor salutis aeternae nemo presumitur.
- 21 Vagabundi delinquentes, an remittendi sint.
- 22 Peregrini, & vagabundi quomodo citentur.
- 23 Vagabundus ubiq. conuenitur.
- 24 Vagantes in curijs sunt odibiles.
- 25 Clerici Ciuitatenses preferuntur extraneis.

Ipsam vero visitationem laicorum in praedictis (vt dictum est) non impedit multorum obiectio; dum de aliena dioecesi se esse afferunt, vt exinde nullius Episcopi correctioni reddantur: namque contra omnes in dioecesi existentes, ciues, peregrinos, aduenas, exteros, & vagabundos episcopus dicitur super in-

tendens, & ad salutem ipsorum inuigilare tenetur. † Potest esse autem peregrinatio in bonum, & in malum; de prima loquitur Apostol. in sua poster. ad Corin. c. 5. *Dum sumus in corpore peregrinamur a Domino: & iterum, Magis peregrinari a corpore, & praesentes esse ad dominum.* & Petr. Apostol. in pri. 2. *Obsecro eos tam-*

tamquam aduenas, & peregrinos ab-
stinere vos a carnalibus desiderijs. Di-
 liget enim Deus tales peregrinos, tri-
 buens eis victum, & vestitum. Deute-
 ron. 10. c. & loquens Moyfi. c. 23. *Pe-*
regrino molestus non eris, & Iesus do-
 minus noster, vt peregrinus sanauit
 incredulitatem discipulorum. Luc. c.
 24. In malum vero frequentius ob in-
 fœlicitatem nostrorum temporum,
 quibus malitia abundauit. arg. l. I. C.
 2 de hæ. instit. † Nec est admittenda
 conclusio dicentium ex carentia do-
 micilij cognosci peregrinos, quod in
 materia est frequentius, sed esset ex
 eorum actionibus, & gestis, & vita
 otiosa, & libera, quam ducunt, licet
 Marc. Ant. Bau. de hæred. inst. §. his,
 quos. Instit. dicat peregrinos cogno-
 sci ad bordonum, & eum refert Ne-
 uiz, in sua Sylu. lib. 2. aducēs illud vul-
 gare. *Al signale si cognoscano le ballie.*
 Ponitur. C. vt nem. lic. fin. Iud. autho.
 l. 1. cum seq. aut item per varia loca
 transeuntes, vt multos decipiant, se-
 cius demonstrantes, de quibus non
 modo circa vitam, & gesta, sed alio
 loco dicimus. † Cum tamen vere pe-
 regrini vadunt ad Urbem, seu ad aliã
 ecclesiam, vt S. Iacobi, cauendum est,
 & procurandum ab episcopis, vt a ne-
 mine offendantur, cum sint sub pro-
 tectione ecclesiæ, & Sedis Apostoli-
 cæ insimul cū suis rebus. c. 1. de cler.
 pereg. & eos offendentes excommu-
 nicati sunt maiori excommunicatione,
 eius absolutione reseruata in lit-
 teris S. D. N. §. 9. & c. si quis romipe-
 tas. 24. quæst. 3. vbi quod sunt immu-
 nes a talibus, & impositionibus. c. in-
 nouamus. de treug. & pac. immo sub
 protectione Regis. dicit Affl. in
 const. in pēnas de fid. mercat. vbi pu-
 niuntur ad duplum peregrinos frau-
 dantes, quod nullibi obseruatur: sed
 4 fraudē fraudi addunt. † Et animabus
 ipsorum prouidendum est ne cœlesti
 fraudentur cibo: sacramenta admini-
 strari debent in ea ecclesia parochia-
 li, ad quã declinauerint, seu in qua re-
 periuntur: & si ad mortem venerint,
 non facta electione sepulturæ ad eã
 ducuntur, vt sepellantur, c. presby-
 ter per Abb. de celebr. Miss. n. 1. cum
 seq. vbi de quæstione continuo oc-
 currente cum ecclesia cathedrali, &
 parochiali, de qua se remittit ad di-
 cta in c. 1. de sepul. & est notandum,
 quia euenit in facto, & fuit magna
 contentio, in multis tamen ecclesijs
 solet esse varia obseruatio, & per pa-
 cta, & conuentiones ad inuicem, quæ
 omnia ad euitandum scandalum to-
 lerari possunt, id tamen præualet (vt
 in hac nostra Sarnensi ecclesia est) vt
 cathedralis, & ipsis omnibus, & in alijs
 præferatur. † Quod iridem fauore ip-
 sorum ampliatur, vt si ad locum ali-
 quem interdictum peruenerint, & ibi
 decesserint, quod sepellantur in ec-
 clesia, & habeant beneficium eccle-
 siasticæ sepulturæ, dando eis sacra-
 mentum penitentia, & extremæ vn-
 ctionis: seruata forma decretalis In-
 noc. iij. sum. Pont. in c. quod in te. de
 poenit. & remis. qua recitata subdit
 tex. in fin. *Et alijs peregrinis potest mi-*
sericorditer indulgeri: cōsideratur. n.
 ipsorum deuotio, & fides in eorū pe-
 regrinatione. Vnde si antequam ad
 locum Iubilei, & ecclesiæ destinatæ
 peruenerint, sint morte præuenti, vel
 post inceptam indulgentiam, sed nō
 completam, ad hunc gaudent, ac si
 opere cōpleuissent, quod de æquita-
 te (& optima rōne) dicit concessū, &
 declara-

declaratū a Papa, gl. in extrau. com.
 Bonif. viij. antiquorum habet. in gl.
 magna, prope fin. de pæn. & remis.
 Nau. de indul. in c. si quis, §. in Leuiti
 co de pæn. dist. 1. not. 19. vbi materiā
 6 tract. † Alio item fulciuntur peregrini
 priuilegio, in quo episcopus eis fa
 uere debet, quod tempore belli excu
 sentur ab operibus seruilibus, & per
 sonalibus, vt nec ad expensas, & alia
 occurrētia astringi possint, sicut mul
 tæ aliæ personæ, de treg. & pac. eo. c.
 innouamus. Alph. Aluar. in Spec. c.
 47. car. 2. in eundo, & redeundo, cum
 sic intelligatur securitas data per eun
 dem tex. c. innouamus vbi late Fel.
 post Abb. arg. eorū, quæ contra vio
 latores securitatis, & salui conductus
 concessi, not. in Conc. Trid. sess. 15. in
 7 fin. & sess. 18. §. quod si. † Id tamen
 obseruandum est ab ipsis peregrinis,
 vt se conformet consuetudinibus,
 & statutis eiusdem loci, vbi reperiu
 tur, ne aliorum sint scandalum. Vn
 de dicit Abb. in c. consiliū, de obseru.
 ieiun. quod licet Cathelani, id est, Ma
 ioricenses in partibus suis ex permis
 sione, possint in die sabbati vesci car
 nibus, non tamen in nostris, & pos
 sunt compelli per episcopum, iuxta
 illud. *Dum fueris Romæ Romano vi
 uito more.* c. illa cum gl. 12. dist. & alia
 gl. cum tex. in c. quæ contra 8. dist.
 Nauar. in Man. c. 13. nu. 5. c. 23. n. 120
 nam ea, quæ longa consuetudine ob
 seruata sunt, non minus, quam ea,
 quæ iure scripta sunt, habentur, l. sed
 ea. ff. de legib. & de ieiunijs ponit
 Sanctus Doctor. 2. 2. quæst. 147. ar. 4.
 & Boer. decis. 260 præsuppono. 1 n.
 3. adducit tex. Leuit. 24. in illis ver
 bis, *Sive illa ciuis, sive peregrinus fue
 rit.* † Possunt etiam ipsi peregrini vti

priuilegio domum reuocandi, cum
 in iudicium deducuntur, quia causa
 peregrinationis iuste transeunt, vel
 Romam, vel aliunde, ob deuotio
 nem arg. decisionis tex. l. consensisse,
 §. legaus, ff. de iudic. per Doct. nisi
 subdit text. ibi contrauerint, seu
 contraxerint. eo. vers. omnes autem;
 Nam sunt, dum peregrinantur in nu
 mero miserabilium personarum Re
 buff. de sent. prouis. ar. 3. gl. fin. lib. 1.
 constit. Franc. expediendo eos omni
 celeritate, vt possint ad proprios redi
 re lares, interim vero debent libera
 hospitari in auct. omnes peregrini. C.
 de com. de success. Sylu. in hoc verb.
 nu. 2. (qui etiam dū sunt per iter con
 solantur inuicem, vel alios conciuēs
 videndo, & facta patrię audientes, de
 quo pulchre inquit Cælius ad Cicer.
 lib. 8. fam. epist. 1. Omnibus peregrina
 tibus gratum est minimariū quoq.
 rerum, quæ domi gerantur, fieri cer
 tuores, quo dicto vtuntur omnes cō
 muniter hodie, qui extra Patriam de
 9 gunt.) † Et signandus est ille tex. ip
 sius auct. omnes peregrini, ab episco
 pis, vt bona peregrinorum decentiū
 per transitum peregrinationis, reser
 uent suis consanguineis, vel in pias
 causas erogent, vt ea bona rapiens,
 aut detinens mortaliter peccet, sub
 dit Sylu. eod. §. & exinde non proce
 dit dictum Cassan. super contuetud.
 Burgun. in rubr. de conf. §. 1. volentis
 Regem succedere in bonis peregrini
 norum decedentium, idem Rebuff. in
 ipsis constit. lib. 2. de litt. nat. glo. 1.
 n. 8. de consuetudine autem sumpta
 ex ipsa auct. in multis locis, non hic
 est tractandum, propter contraria,
 quamuis iurisdictio tribuatur a con
 suetudine l. l. C. de emācip. lib. de ar
 bitr.

bitr. c. dilecti. de for. comp. c. si laicus
 C de diuers. off. l. viros. lib. 1. vel, vt
 10 multi dicunt, voluntariam. † Sed ta-
 mē circa ipsos peregrinos attendere
 debet episcopus, vt si sunt clericis, nō
 facile eos admitat ad sacramēta ad-
 ministranda. c. tuæ fraternitatis de
 cler. peregr. quod in Conc. Tri. con-
 firmatum est, sēs. 23. de refor. c. 16.
 nec institutum est passim admitti ad
 Missas, nisi oculte causā deuotionis.
 Sylu eo §. n. 4. c. presbyteri. 7. q. 1.
 c. nullum. 71. dist. Quod de laicis pe-
 regrinis similiter dicimus, vt ad ma-
 trimonia. contrahenda non facile ad-
 mittantur sēs. 24. eiusd. Conc. de re-
 for. matr. cap. 7. vbi causas assignat
 tex. & modum ponit in futurū tenen-
 11 dum a parochis. † De vagabundis
 autem in malum sonare nomen,
 verbum ipsum se præsert. Vagatio
 enim per se principaliter nocet ani-
 mē, & corpori, & etiam bursæ, di-
 cit glos. not. in extrauagan. execra-
 bilis de præben. in commun. §. 1. po-
 nens versum.

*Petra mutabilis numquā accipiet
 muscum.*

Nisi causā iusta adesset, quia licet
 quando variare. 81. dist. c. valet, quæ
 est personæ, dum alia sit mentis, ha-
 bens quis eam in oratione, vel in Mis-
 sa, si ex proposito, peccatum incurrit
 Sum. in verb. vagatio mentis quæ tā-
 to peior, cū, & cōcurrat vagatio per-
 sonæ: sed procurāda est quies animi
 per sedationem passionū, quæ proce-
 dit ex ordinatione rationis cum deli-
 beratione, nisi enim hoc fiat, dicit sa-
 12 piens Eccl. c. 1. quod *Stultorum infi-*
nitus est numerus, & peruersi difficile
corriguntur, & risū reputauerint erro-
rem, cap. 2. & Fatuus fatua loquitur

c. legisimus. q. 93. dist. † Inde sem-
 per hæc vagatio personæ, repræhēsi-
 bilis est iudicata, & sinistram induci
 suspicionem c. quia in tantu de præb.
 quam leuitati animi adscripsit Archi-
 di. per illum tex. in cap. si. de rescr. lib.
 6 cum ex hoc bannitos vagabundos
 iudicemus, quia nō semper habent cer-
 tam habitationem, & vadunt per mū-
 dum peregrinantes Iul. Clar. libro
 quinto, recept. sent. §. fin. quæstio-
 ne 39. versiculo octauo, & iuxta
 illud de terra in terram, de loco in
 locum, de domo in domum, vt pēna
 sit adita pēnæ, a iudice vna, a se ipso
 alia, propter maiore corporis affli-
 ctionē, & *Dominus malos male perdet*
& vineam suam locabit alijs agricolis.

14 Matth. cap. 21. † Quare dicimus va-
 gationem de ordine in ordinem apo-
 statandi occasionem præbere: sēs. 14.
 Conc. Tri. de refor. c. 11. & is tam-
 quam apostata puniendus, nisi redeat.
 sēs. 25. eiusd. Conc. de refor. regul.
 c. 19. super quo notandā est decisio
 Innoc. III. Sum. Pont. in c. ex parte de
 tempore. ordin. quando per transitū
 ad aliud nomen, seu ad alium ordinē
 quis fuerit promotus, quod nō suspē-
 ditur, considerando, si publice, vel oc-
 culte, & melius tamquam ad duriorā
 obseruantia, nec clericis peregrinari
 ab ecclesia licet. vide de cler. per &
 tex. c. sacerdos de pœn. dist. 1. nō pro-
 cedit hodie in illa ignominosa pere-
 grinatione. dicit ibi Mart. Nauar. nu.
 171. Cū esset, & sibi, & toti clero de-
 decori. 93. distinct. c. diaconi per Cal.
 14 de vit. & hon. cler. cons. 1. † Ad pro-
 positum ergo, is dicitur vagabundus,
 qui in loco, vbi assiduus esse debet,
 nō inuenitur l. si quis domesticorū.
 C. de dom. & pro gl. in extrau. execra-
 bilis.

bilis Ioan. 22. in verbo vagandi. Bar. in l. l. C. de tyron. in l. quisquis C. de agri. & censit. lib. 11. similis gl. in l. 4. §. ait prætor. ff. de damn. infect. Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 39. Fel. in c. quoniam, §. porro, vt lit. non contest. Marfil. conf. 83. n. 13. & dicit ipse Na uar. in c. placuit nu. 79. de pœnit. dist. 6. Quod vagabundus proprie est, qui nullibi certum habet domicilium per bonam gl. in l. hæres absens. §. prouide, vers. at si quo. ff. de iudic. & cum malum sit vagare, quisq. absq. causa vagans, non est sine peccato, cum sciens id faciat, & pereat in periculo qui amat periculum. Eccl. c. 4. & qui periculo se supponit vitæ renuntiat, L. princeps C. de princ. agent. in reb. 15 lib. 11. † Quæ si in laico repræhensibilis iudicatur, fortius in religioso, quæ vagabundum dicimus non posse viuere extra claustra, sicuti piscem extra aquam, c. vt periculosa, ne cler. vel mon. supra, c. 15. nu. 15. exinde cū experientia id verum esset comper tum, ne etiam a prælatis religiosi extra sua claustra haberentur, præter iuris communis dispositionem, graui lege decreuit Pius V. in suis literis incip. quæcumq. sacrarum 1569. anno 4. Sic de episcopis sine licentia Papæ, & de clericis sine licentia episcoporum peregrinari non valentibus arg. tex. in c. magnæ, vers. cum enim, de voto. Doct. in tit. & c. 1. de cler. pe. 16 regr. Ideo de clerico vagabundo dicimus, quod si post monitiones factas non resipiscit, perdit beneficium 16 q. 1. c. generaliter ex simili lege generaliter, C. de episc. & cler. l. si quis, C. de don & prot. lib. 12. & glo. in citata extrauag. execrabilis, cum nec possit sine licentia episcopi, vt modo

est dictum de conse. dist. 5. c. nō oportet, lo 2. & quod licentia sit petita & obtenta gl. in eo. c. nō oportet, quod forte non procedit in generali indulgentia, eundo ad urbē quolibet 15. an no. in ipsa extrauag. Antiquorum habet Bonif. viij. de pœnit. & remiss. & gl. ibidē, quod petat, & si denegatur, maxime non ex causā, quod sufficit. 17 † Et tunc dicitur clericus vagabundus, cum per absentiam ignoratur, vel viuus, vel mortuus sit, aut si sponte consideratur diu abesse, vt nō solum perdat administrationem ipsius beneficii per prædicta, sed priuetur. 7. q. 1. c. non oportet. & c. seq. Abb. in c. extirpandæ, §. qui vero de præb. & digni. Ad aliud si clericus locum suum, cui in ordinatione ascriptus fuit, derelinquat, interdicit ei episcopus exercitium sacrorum sess. 23. Conc. Trid. de refor. c. 16. §. quod si locum, quod, & obseruandum est a Prælati ne ecclesia reddatur vacua clericis. (Sic de vassallo transeunte ad alium locum, quod possit a domino reuocari in const. regni quisquis, vbi Aff. 18 de trans. ad alien. habit.) † Ex qua tandem ratione institutum est nullum clericum ordinari, nisi a suo episcopo. c. cum nullus de tempor. ordin. nisi proprii episcopi, vbi natus est, literas habeat, quas dimissorias, & approbatorias vocamus, ex multis quos videmus impeditos transmeare ad aliena loca, idq. ex Conc. Tri. confirmatum est ead. sess. & tit. c. 16. §. nullus, vt nec prima tonsura ei confertur possit, ex alio decreto eius. Conc. sess. 14. de refor. c. 2. sed si dicat se ordinatum, cum cautela est procedendum, aut publice, aut secrete. Sy lu. in verb. peregrini. Nam multoties ex qua litatibus

litatibus conuicimus de fide vnus, in
de decretum fuit antiquum Sancto-
rum Patrum, vt dicens se ordinatum
in remotis aliquanto tēpore suspen-
datur; & diligenter probare debet de
actibus, c. 1. de cler. peregr. & nisi cō-
flet per idonea argumenta, in susce-
ptis ordinibus ministrare nō pōt, nec
ad alios ascendere, quousque conuer-
satio eius fuerit probata, c. inter qua-
tuor eod. tit. non semper stando in
credulitate cū facto opus sit, & in eo
probatione, non præsumptione, l. in
bello. §. factæ. ff. de capti. & postlim.
19 † Quippe vbi aliquid oportet scire
pro salute animarum ipsorum, nec
constat relinquimus proprię cōscien-
tiæ, & eorum iuramentis stamus, arg.
c. statuta, in fin. de hæret. lib. 6. per
quod not. dixit Archid. In tribus ali-
quem relinqui proprię conscientię.
Primo quando non debet prohi-
beri, quia potest illud, de quo agitur
facere, aut dimittere, sine peccato, vn
de statur propriæ volūtatī. Secūdo si
timentur scandala propter multitu-
dinem in causa. 4. dist. cap. denique.
Tertio deficiēte iudicio, & ex hoc ex
duplici causa, & per personam, quæ
nequit iudicari. cap. nunc autem. 2. 1.
distin. & propter crimē, quod est
occultum, & inditia nō apparent, c.
consulti, 2. q. 5. & est glo. in cap.
significasti, lo primo, in verb. si ita est,
de homicid. quā insignem dicit Co-
nar. lib. 2. var. resolut. c. 10. in princ.
vers. 3. (& faciunt similia dicta in alia
eadem materia, quando dicitur. Sit
commissum proprię volūtatī, idem
iudicari. quia denotat propriam,
voluntatem absolutam, & liberam,
non regulatam ratione, ex qua
nō petitur redūctio ad arbitriū boni

viri, est bonum dictum Abb. in c. cū
in cūctis. nu. 4. de his, quæ si a maio-
part. c. & quando dicitur, vt procedas
secūdam sensum tuum, libitum tuū,
mentem tuam, secundum cor tuum,
secus de verbis illis, iudicium tuum,
vt visum fuerit, arbitrium tuum, &
in aliis ordinate positis per Felin in
cap. canonum statuta. nu. 51. vsque
ad finem, de constitut.) Sic etiam
stamus dicto alicuius penitentis, & sa-
cramentū Eucharistiæ petentis, si di-
cat se confessum; & absolutum licet
aliter non probet, text est inextrau.
inter cunctas. Bened. XI. §. super cō-
fessione autem, de priuil. excipiendo
duos casus, quando sacerdos dicat
eum esse excommunicatum, vel noto-
riē peccatorem S. Doctor, quod lib. 1.
ar. 2. optime Naua. in cap. penul. nu.
85. de penit. dist. 6. quod etiam am-
pliat in c. placuit ead. dist. n. 173. cū
seq. quādo diceret monacho se habe-
re licentiam a suo paracho, & eidē
se esse confessum, quæ dicta in hac
materia, & practicabili sunt consi-
deranda, & est glo. discurrens in clē.
1. in verb. nō habita, de priuil. & ex-
20 ces. priuil. † Et q̄ standū sit in prædi-
ctis propriæ cōscientiæ, adducitur illa
ratio, pro salute animæ, vt quis non
præsumatur immemor salutis suæ. 1.
q. 7. c. sancimus. & glo. in d. clem. fa-
ciunt dicta per Innoc. in c. auditis de
in integ. resti. dixi in fam. sing. in 1. C.
nu. 214. licet Alciat. noster limitet, in
suo casu, de præsumpt. 4. nu. 8. sed in
præsenti, vt memor suæ animæ Deū
diligendo dicit. n. canon. Conc. Trid.
sess. 6. de iustific. c. 11. *Qui sunt filii
Dei, Christum diligunt:* Quāuis ēt
plerumq. non omnis, qui moritur
præsumatur sanctus Io. Bap. ex dicto
C c Bald.

Bal. de pac. const. in vers. vassalli; & de ingressis ad nuptias domini, vnus fuit eiectus Matth. cap. 22. *Amice, quomodo hic intraisti, non habens vestem nuptialem?* Neq. omnia gesta imitanda, sed quæ sacra scriptura permittit. August. de vener. sanct. c. 23, neq. omnes, qui dicunt *Domine, Domine aperi nobis, intrabunt in regnum cælorum*. Quia etiam dicitur. *Amen dico vobis, Nescio vos*. Matt. c. 25. vnde Hierony. vè tibi Aristoteli, qui commendaris in mundo, vbi non es, & cruciaris in inferno, vbi semper eris. Sed in facto proposito, quod probandum d. l. in bello, §. facta verum admittitur ad probandum tenores, & qualitates litterarum, si fuit ordinatus, & dicat perdidisse, cap. tuæ fraternitatis, de cler. peregr. c. cum olim de priuil. & rationem differentia a primo, assignat glo. in ead. cle. 1. Quia sacramentum ordinis non solum datur propter se, sed & propter alios, ideo maiori opus est probatione, se-
 21 pter se solum, &c. † Sed vbi vagabundi delinquerint, ex distantia regionū, & varietate regnorum, puniri possunt in loco delicti. C. vbi de crim. ager. oport. enumerando tres casus, lege l. ex communi dicto per gl. ibidem, *Vbi te inuenero, ibi te iudicabo*: ponens quartum casum in vagabundis 3. q. 6. c. 1. tamen etiam remittuntur ad locum delicti ex magis com-
 23 muni opinione, de qua doct. in c. fin. de foro compet. supra, eod. lib. c. 8. c. 17. cap. 20. in quibus locis multa diximus, & quod vagabundi, etiam remittantur ad locum delicti, si remissio petita fuit, firmat optime Couarr. in pract. qq. c. 11. n. 7. remouendo gl.

alleg. in d. leg. I. C. vbi de cri. ag. oport. † Sed dubium stat, quomodo erunt citandi peregrini, & vagabundi. Si loquimur de clerico habente beneficium, sufficit in ecclesia edictum citationis affigi, competenti termino apposito: sin secus, vel sit laicus. dicit Inno. in c. fi. de eo, qui mitt. in poss. esse citandum in domicilio, quod magis frequentabat, vel citandos cognatos, & amicos per proclama, ex quibus non datur postea excusatio ignorantia, cum difficile sit aliter prouidere: posuit Andr. Tiraqu. de vtr. retract. lib. 1. §. 9. gloss. 2. nu. 34. iuxta terminos legis, tunc citandum reum ad domum, cum eius persona reperiri non potest: per Affl. in l. citationis litteræ. 1. not. de lit. citat. & si debet poni hæc citatio per edictum, affigitur, vbi frequentius citandi conuersari solebant. nu. 7. & num. 9. de vagab. Bal. in l. vt perfectus. C. de an. excep. & nota plures casus, quibus citatio per edictum fieri possit, per Fel. in cap. quoniam frequenter, §. porro. vt lit. non contest. & 13. reassumit Rober. Mar. in suo Specu. 6. part. de citat. nu. 84. vsq. ad n. 96. & alios quando per proclama nu. 97. vsq. ad nu. 110. inclusive, & demum, quando per campanam, de hac citatione per edictum, dixi multa supra hoc libro. cap. 5. nu. 1. vide Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. q. 31. vers. 39. incip. sed quid si reus.
 † Nec proderit talibus vagabundis non habentibus proprium larem, & petentibus, se ad aliquem certum remitti: nam ex mutatione ipsorum, vbi inueniuntur, conueniri possunt, prædictis modificatis ex eorum instabilitate, ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor, §. si debitorem: ideo vbiq. respondere,

dere, & satisficere debent. ff. de iudic. l. 2. Nam quotiescumq. aliquid fit, aut apponitur ad dilatandū, aut ad iudicium subterfugiendum, iudex debet ex officio providere. Paul. de Cast. in l. properandum. C. de iudic. colum. 2. Cum enim dolose quis se occultat, ne possit citari, potest sine alia citatione iudicari, vel si certum esset, nullam competere defensionem. de primo. Abb. in cap. ex tua, de cler. non resid. de quo Mathesil. sing. 130. nu. 4. de secundo. Card. Alex. in c. cum sit Romana. colum. 2. circa fin. de appellat. notat ipse Marant. ea. part. de 24 citat. nu. 36. cum seq. † Similiter episcopus non incipiat in clericos, vagabundos, & in diuersis curijs versatiles, qui odibiles sunt. In Conc. Rom. celebrato sub Syluestro Papa, cano. 16. & dist. 51. cap. 1. quo vtitur text. Conc. Trid. sess. 6. de reform. ca. 8. ac nihilominus, eo magis de ipsis curialibus, qui Dominis adulantur, de quibus dicit S. Hieron. quod captant alienas hereditates, in c. nonne vobis videtur. 47. dist. causa autem ponitur per Gregor. lib. 8. in Registro. literaliter per Gra. 54. dist. c. legem. quod de curia seculari intendimus, non au-

tem de curialibus apud praelatos commorantibus. Namq. habet, & ecclesia curiam suam, probatur, de sent. excom. cap. si quis iudex, lib. 6. & episcopus fiscum habet suum. Doct. in capit. excommunicamus, de hæret. gloss. in cap. quia, de concess. præb. Petr. Foller. in pract. crim. cano. par. 2. cap. 5. tit. de denunt. fact. num. 13. cum seq. † Simile iudicamus respectu ipsorum vagabundorum in collationibus beneficiorum, ut non facile peregrini in ipsis instituatur. c. te nobis, de cler. peregrini magis enim conferat suis clericis Ciuitatensibus, quam exteris, & alienigenis. c. hortamur. 71. dist. de quo multa congerit. Dom. Cei. Lamber. de iur. patron. lib. 1. par. 1. 7. quæst. ar. 24. & supra hoc lib. c. 5. nu. 14. sed procedit quando idoneos habet clericos, nam si de suæ ecclesiæ gremio, beneficium sufficientem clericum assignare non potest, alium approbatum, etiam a suo ordinario ascribat. arg. ea. dist. cap. primatus, & sic fuit conclusum per DD. in quodam publico examine, quod tamen est bene considerandum, &c.

DE LITTERIS CONSERVATORIIS.

CAP. VIGESIMVM TERTIVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**ittere conseruatoria, qua sint.
- 2 Conseruatorū officium quod est.
- 3 Conseruator est ad instar delegati.
- 4 Conseruatorios, qui dari possint.
- 5 Actor non trahit reum apud suum conseruato rem.

- 6 Familiares qui, & quot gaudeant respectu litterarum conseruatoria-
rum.
- 7 Conseruatores non possunt habere tribunal erectum, aut ordine Iudiciario procedere. Nec ultra dietam aliquem trahere. nu. 8.
- 9 Conseruatores quando possint dari suspecti. nu. 10.
- 11 Littere conseruatorie non durant ultra quinquennium.
- 12 Littere conseruatorie, non impediunt ordinarium procedere in criminalibus, & mixtis.
- 13 Conseruatores quomodo puniantur excedendo potestatem.
- 14 Episcopi de iure sunt conseruatores pauperum.
- 15 Conseruatores nundinarum, in quibus procedant.
- 16 Rex dicitur conseruator suorum vassallorum in regno. Et ibi de practica conseruatorij.
- 17 Ius ciuile quod remedium inuenit pro conseruatorio, ne quis molestetur.
- A**dhuc tamen ultra prædicta potestas ordinarij voluntium excessus corrigere, quaritur a multis declinari, alia tamen ratione, quia delinquentes, vel alij litteras conseruatorias a Sede Apostolica obtinent, quarum vigore denegatur potestas ordinarij eos cognoscere, ideo necessario videndum est, quid in prædictis iure statutum sit, & nouissime promissum fuerit ex Conc. Trid. ¶ Dicuntur autem littere conseruatorie, que certis iudicijs diriguntur, vt aliquæ a molestijs, & iniurijs tueantur, pariterque defendant, manutenendo eum in possessione bonorum, rerum, & iurium suorum: sic colligitur ex proce. Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 5. quas solus Papa concedit. not. doct. in c. 1. & in c. fin. (vbi de conseruatorijs, & conseruatoribus tractatur) de off. del. lib. 6. & ipsarum forma intuentia est, vt videri possit in quantum potestas data extendatur, D. Floren. etiam notauit singula dicta ipsorum iurium, in sum. 3. par. tit. 9. c. 4. & tit. 34. c. 37.
- 2 ¶ Est igitur officium ipsorum conseruatorum a manifestis iniurijs, & vio-

lentijs defendere, eo. c. 1. de factis, & faciendis, vt de satisfaciendo l. 10. & prohibendo, ne deinceps inferantur, gl. ibidem, interdum solent dari conseruatores ad defendendum aliquem contra latrones, vt quia mittitur nuntius, aut alius familiaris habet transire per loca suspecta, in quibus frequentant latrones, (& quibus vbiq. iter abundat) dantur littere conseruatorie seu alijs destinantur, vt prouideant de tuto transitu, vel et plerumq. vt priuilegia concessa conseruentur. Timet in priuilegiatus vim, aut inobseruationem sui priuilegij ab ordinario, obtinet à superiore conseruatorem, qui suum priuilegium defendere habeat, ut dicit gl. in eod. cap. 1. qui namque conseruatores dati, si non defenderint tenent de suo. Quia irreveriosum, & execrabile iudicatur non defendere in protectione susceptos, argumen. cap. irreveriosum. 87. distin. (An autem hæc defensio sit iudicialis tantum, vel etiam extra iudicium, de materia, quod iudicialis, sed in promissione secus, vbi de facto proceditur, diximus in famil. singulari.

3 in littera P, num. 113. († Appellatur autem conseruator ipse, Delegatus Papę, quia specialiter de eo tractatur sub tit. & mare. de offi. dele. & in ipsis cōmissis, est maior quocumq. ordinario, etiam legato de latere, cap. 2. de offic. leg. & alij in rubr. & lege. 1. de offi. eius, sed in multis differt a legato. prout differentias recolligit glo. in eo. cap. fi. & litterę quę dantur, dicuntur litterę Delegatorię arg. tex. not. de iur. ciuili, in l. missi opinatores. C. de exac. tribut. lib. 10. ipsas litteras ostendendo, alias nō creditur nisi de delegatione, & cōseruatione. conflet. c. cū in iure peritus de offi. deleg. vbi doct. (Alię ēt similes litterę dicuntur a doc. Asscuratitę, quę obtinentur pro asscuratione habēda, vt secure, & comparere, & cōuersari valeat eas obtinens glo. in c. ex parte lo. 1. de appell. refert. Fabius Montel. in sua prac. par. 1. in princ. n. 12.) † sed ipsi conseruatores deputādi ex cōstit. utioe Bonif. VIII. eo. tit. in 6. cap. fi. nō omnes creari possunt, nisi sint episcopi, vel eorū superiores Abbates, aut obtinentes dignitates, personatus in ecclesijs cathedralibus, & collegiatis, & quōd non sint de iurisdictione ipsius, cui dantur, tām in spiritali, quam in temporalis, vel conseruator Conseruatoris (exceptis Regibus, & Reginis, ex causa assignata in tex.) ex quo dicunt ibi doct. Metropolitanum non posse habere cōseruatorem subditum sui suffraganei: est enim in eo suspitionis causa, vt pro superiore teneat, & iudicet, cap. fi. per totum. 3. quęst. 5. Sic iudex non debet esse vassallus impetrantis. 22. quęst. 5. c. de forma. glo. in c. causamq. de offi. deleg. † Nec vigore

ipfarū litterarum poterit ipse, et, qui eas litteras obtinuerit aliquem trahere apud conseruatorem datū in sui fauorem in ciuilibus causis, vt declarat tex. Conc. eiusd. c. §. in ciuilibus non deuiando a regula iuris, actorē debere sequi forum rei, cap. cum sit generale, de foro comp. (Sicut nec de pluribus personalibus quęstionibus apud diuersos iudices. cap. dispensatio litiū de rescri. in 6.) Si enim actor apud conseruatorem suum trahere posset in dictis causis reū, peruerteretur iuris ordo, vt actoris forum reus sequatur l. iurisdictionem. C. de iurisd. dict. om. iud. Quod etiam in criminali causa extendit alijs tex. eiusd. tit. 1. in criminali negocio, & vtiq. etiam procedit hodie per tex. alleg. Conc. regula autem tex. cap. cum sit generale supra aducta limitatur in aliquibus casibus positis per Soci. in tract. fallen. Regul. 10. & Mar. item Soci. conf. 18. prosequendo lib. 1. † Et vt minus pręiudiciū ordinarię iurisdictioni inferatur, non possunt obtinētes dictas litteras conseruatorias pro omnibus suis familiaribus vti eis, nisi pro omnibus tātum, hoc tamen addito, qd vere illi quo suis propriis sumptibus viuunt, eo. c. 5. Conc. Tri. §. familiaribus vero: (Enāsi abesse aliquando pro propriis negocijs gerendis cōtigat tex. not. ad idem de duobus familiaribus in c. si cui. de verb. signi. lib. 6. doct. in regula de impetr. ben. ob famil. quęst. 13. p. D. Sarn.) restringitur. n. quantum pōt ipsa familiaritas, vt in alio non diuerso casu, dicit tex. eiusd. Cōc. sess. 24. de re for. ge. c. 11. §. q. vero, Ab ipsis nāq. familiaribus excessus cōmittentibus, solet alijs audacia crescere, in famil.

fing. in litt. F. nu. 1. cum quilibet fuo-
 rum domesticorum curam habere
 debeat, alias fidem negat, & est infi-
 deli deterior. 2. Tim. 3. c. sicut hi. §.
 necesse, vers. hi. §. necesse. vers. hinc est
 47. dist. qui si non excefferint, maior
 erit dominorum autoritas, vnde Da-
 uid Rex in psal. 18. *Si mei non fuerit
 dominati, tunc immaculatus ero, &
 emundabor a delicto maximo.* (Et di-
 cūtur familiares, serui domestici, cō-
 meniales per not. in c. causamq. de
 off. deleg. cum gl. ad multa signandū
 7 hoc dictum.) † Nec conseruatores
 dati per ipsas litteras aliquod tribu-
 nal erigere possunt, aut erectum te-
 nere. eod. c. Conc. §. non liceat, aut
 exercere, quæ requirunt iudicalem
 indaginem c. 1. in fi. de offic. del. in 6.
 ex ea ratione, Quia in notorijs, & ma-
 nifestis ordo iudiciarius non est ser-
 uandus, gl. in c. quoniam de fil. pres-
 byt. possunt tamen citare, contuma-
 ces facere, cogere testes, & sic obser-
 uare aliquem ordinem, eo. c. 1. & c. ad
 nostram. de iu. iur. non tamen plene,
 vel si negetur esse offensam notoriā,
 possunt recipi probationes ad viden-
 dū, si sua sit iurisdictio: arg. c. super lit-
 teris, de rescrip. de cuius notorii ma-
 9 teria, est videre tex. cum gl. in c. mani-
 festa cum c. seq. 2. q. 1. Innoc. Abb. in
 c. vestra de cohab. cler. & mul. Quan-
 do autem dicatur notoria offensa, re-
 currendum est ad gloss. & doct. in c.
 solet de sent. excom. lib. 6. & optime
 declarat Innoc. iij. in c. cum olim, de
 verb. signif. & in dicto c. solet, tracta-
 tur materia de absolutione, quæ peti-
 tur ab excommunicatione ad caute-
 lam. † In procedendo autem contra
 aliquem, vltra dietam a fine suarum
 dioecesum eum trahere non possunt

alleg. cap. 5. §. conseruatores, nec vi-
 ces suas alteri committere præter ci-
 tationes sententiarum, & denuncia-
 tiones, §. vices quoq. & tunc infra die-
 ceses tantum, vbi deputati fuerint.
 eo. §. sed delegatus aliter, qui potest
 per duas dietas trahere ad suum iudi-
 cium, c. nonnulli, de rescrip. & plus si
 fuerit dictum, §. nisi de assensu, & c. l. 13.
 Conc. Tri. de refor. c. 2. ibi vltra
 duas legales dietas. (Ex quo nota du-
 plicem esse dietam, vnam legalem,
 quæ continet 20. miliaria, aliam ve-
 ro vulgarem, quæ est determinata
 per vsum vulgi, & hominum loci, no-
 tatur in c. statutum, §. cum autem de
 rescrip. lib. 6. & vbi in iure fit mentio de
 dieta, intelligimus de vulgari, non de
 legali, vide in c. præsentis vers. loca,
 per doct. de præb. lib. 6. Fel. in c. dile-
 ctus, & c. nonnulli. de rescrip. Boer. et
 decis. 230.) Item delegatus potest to-
 tam causam delegare alteri, & si re-
 nuerit accipere, etiam contra ipsum
 procedere cap. pastoralis, §. 1. de off.
 deleg. nisi industria, & fides personæ
 esset electa, quo casu, non potest, nisi
 partes consentiant: exceptis tamen
 quibusdam casibus positis in c. fi. §. is
 autem, & §. fi. eod. tit. † Et vbi quis ob-
 tinuit conseruatorem, & existat reus,
 declinans forum ad suum conserua-
 torē, allegatum tamen a parte sus-
 pectum, supersedendum est in causa,
 & arbitri sunt eligendi, vt de suspi-
 cione cognoscant, vel si inter ipsum
 conseruatorem, & ordinarium loci
 differentia iurisdictionis oriatur, per
 eundem tex. c. 5. §. quod si, Qui arbi-
 tri eligendi sunt secundum formam
 iuris traditam in cap. suspicionis de
 off. deleg. in c. cum specialis de appel.
 lib. 6. & iuristæ in l. apertissimi, C. de
 iudic.

iudic. vbi notatur quæstio, an liceat dare suspectos omnes iudices ciuitatis, quod in dubijs pōt esse, vide plenius per Mar. 6. part. de appell. nu. 26. vsq. ad num. 74. vbi ponit 40. casus alleg. suspectum Iudicem. † Sed quando conseruator cognoscit de notorijs, nō potest recusari suspectus cū procedat in eo, quo datur glo. eo. c. 1. etiā q̄ notorium esset tale, quod non haberet pœnam certam, sed arbitrariā, Anton. de Butr. in cap. cum specialis vers. oppono, quod nō possit de appell. lib. 6. Quia nec in ipsis notorijs datur appellatio cap. cū sit. §. præterea cap. cū spetiali. §. porro. de appellat. & arg. tex. Conc. Trid. sels. 24. de refor. gen. cap. 10. in fine. Immo inuocare potest auxiliū brachii secularis ad exequendum suum officium, & præstandum est, iuxta notata in c. 1. de offic. ord. † Ultra tamen quinquenniū hæ litteræ cōseruatoriæ nō durant, & amplius quis eis uti nō potest. sic decretū citato. c. 5. §. nemo. & per. c. fi. de offic. deleg. lib. 6. ipso iure expirant. quoad negocia nō cepta per obitū concedentis. §. officium autem. (In multis enim operatur hoc tēpus quinquennii statutū l. 2. C. de coll. deteg. leg. quoties C. de præc. Imper. offer. de qua lege Affl. decis. 5. & decis. 378. l. quinquenniū ff. de adult. septē casus effectus, item ipsius quinquennij not. in tit. rubri. & nigr. per septē leges. C. ne de stat. def. supra hoc libro, cap. 3. post n. 28. † Itē nec durante ipso quinquennio ex rescripto eiusd. Conc. §. idcirco non operantur; vt eas obtinentes non possint conueniri corā ordinario in causis criminalibus, & mixtis: Dicū-

tur autem causę criminales ex not. per doct. in rubr. de iud. quando agitur ad commodum publicū, siue ad pœnā corporalem, siue ad publicam vindictam, aut ad pœnā pecuniariā applicandam filco. Iulius Clarus lib. 5. recept. sent. §. si. quæst. 1. Affl. in const. varietate n. 7. 8. de iur. iur. quæ autem mixtæ, in cap. tuæ. de procur. & confirmatur hoc dictum per aliud decretū præfat. Conc. quōd causæ criminales episcopis tantū reseruantur sels. 24. Conc. Trid. de reform. gen. cap. 20. §. ad hæc. † Ad remouēdum tamen grauamina, quę forsan poterunt per conseruatores fieri, & inferri, abutendo potestate concessa, statūtū est, q̄ si præter violentias manifestas, & iniurias præter ordinariū iudiciorū ordinem processerint, sint ab officio suspēsi per vnum annū, nec pars sine pœna remanebit, nam procurādo, excommunicationem incurrit, a qua nō absoluitur, nisi parti læsæ integre de expensis satisfecerit. §. vt autē, & §. pars vero, eod. cap. fi. Et cū sit pœna determinata a iure, ipsa venit imponēda, & non potest minui, nisi per ipsum superiorem, cap. de causis, de offic. deleg. l. si quis reum. ff. de custod. reor. dixi in famil. sing. in littera I. nu. 62. † De iure vero conseruatores dicuntur episcopi, qui tenentur defendere viduas, pupillos, & miserabiles personas ab oppressionibus, & violentijs; de foro compet. cap. ex parte de offic. deleg. cap. significantibus: *Ipsorumq. paternam curam gerere.* Dicit tex. eiusd. Conc. sels. 23. de reform. c. 1. in princ. quia ipsi sunt generales ordinarij suarū dicecesum. Abb. in cap. si quis contra col. 2. nu. 5. de for. compet. vnde, &

conseruatores dati, modeste, & reuerenter se debent ferre cum ipsis, seruata forma tradita per Alexandrum Quartum in cap. 2. de offic. delegat. lib. 6. & notandum est in materia alia.

15. † Quod conseruatores dicuntur etiã illi, qui sunt præfecti nundinis, defendentes omnes mercatores venientes, & iustitiã exercentes inter ipsos, vt quia est factum pro facto nundinarum, & inter mercatores frequentantes nundinas, & quia solutio fuit destinata ad nundinas. Petr. Rebuff. de merc. min. vend. §. 15. item contra occultantes merces, earumque receptatores, & independentibus, & connexis, scribit plura Petr. Folle. in pract. ad Maran. per quattuor partes (licet ordine confuso, prima est in 4. part. 9. distinct. post num. 49. vsque ad nume. 165. vbi, & secunda est inserta. Tertia est in sexta parte in 9. membr. num. 20. vsque ad finem. Quarta vero pars est in 6. actu iudicij eiusdem 6. part. a num. 23. vsque ad finem. vbi multa vtilia cumulat, quæ quotidie occurrunt.)

16. † Ad propositum ergo Rex solet dici conseruator suorum vassallorũ, vt nemini iniuria fiat, & quisque suũ libere possideat, quia Rex, in vassallis viuit, & vassalli in Rege, qui pacẽ, & augmentum suorum fidelium omnibus viribus procurare debet, vt sic duret quiete, & gaudio populorum, vt nomẽ eius amabile fiat, & nihil nisi propriũ, nisi, quod legibus permittitur, usurpet, sic populi gaudet, & Res publica firmatur. Vnde Vergil. 1. Aenead. de Ioue.

Diuum Pater, atque hominũ Rex.

Subditorum trãquillitatem procurando, ne alijs violentia inferatur, in c. Reg. Ad Reg. fastig. & Practica obseruat. ibid. Mod. Campan. Gram. decis. 78. vniuersitas, & homines, Sic de summo Pontifice omnium conseruatore, & Patre, cap. ad Apostolicæ de re iud. lib. 6. vbi de sententia contra Federicum Imperatorem. Nam cum Imperatores, & Reges in damnum, & ruinã Reipublicæ Christianæ Imperiali, & Regali vtatur potestate, iuste contra eos ad priuationẽ, & depositionem procedit Papa. Vnde Zaccharias primus eius nomine, Carolomanum Regem Francorum, quia in administrando Regno inutilis erat, priuauit. Pipino eius fratre, qui fuit pater Caroli Magni, in eius locum successit, & de ipso Federico, d. c. ad Apostolicę, & Innoc. iij. Regi Portugalliæ coadiutorẽ dedit, c. 2. de supplen. negli. præl. lib. 6. de quo infra, eod. lib. c. 27. num. 7. † Nec nouum est hoc iuris remedium, cum & Vlpianus antiquus Iurisconsultus in l. fin. ff. quod met. caus. respondeat, per idem ius ciuile posse prouideri timentis violentiam sibi inferri, quod adeat aliquem potestate præditum: qui prohibeat eum vim pati: sic vbi quis timet, ne aliquis suam potestatem inuadat, imploret officium iudicis, petẽdo se defendi in sua possessione: probando de possessione, sine libello & ordine iudiciario, sunt dicta Imol. recitata per Felin. in cap. in præsentia. num. 57. ver. postremo, de probat. & c.

DE PAROCHIANIS DIVERSARVM

Ecclesiarum, an possint in vna Ecclesia conueniri, vt ibi visitentur.

CAP. VIGESIMVMQVARTVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **I**udicium prestat potius ex facto, quam ex relatione.
- 2 Episcopus visitans, proprijs oculis debet videre ecclesiam.
- 3 Oculus est certior arbitrer aure.
- 4 Redditus ecclesiastici quare sint deputati.
- 5 Difficultas, & incommoditas, multa
- 6 Varietas locorum inducit varietatem personarum.
- 7 Marcellinus Papa impeditus visitabat ecclesias per litteras.
- 8 Nuntij missi ab episcopo ad conuocandum visitandos, non debent impediri.

CVM ex visitatione facti multa melius percipiuntur, quam ex locutione, expressione, seu relatione aliorum, cap. Apostolicæ, vers. fin. de donat. l. 3. C. fi. reg. Inde Vlpianus in l. quo enim §. 1. ex sententia Iuliani. ff. rem rat. hab. quia *Magis intellectu percipitur, quam locutione possit exprimi.* Quod est referatur. in l. ratum. ff. de solut. gl. in alleg. c. Apostolicæ, reali visione, non intellectuali. Bar. in l. apud Labeonem, §. si quis fecit. ff. de iniur. ex quo non debet prælatus visitans, & clerum, & populum plurimum ecclesiarum ad vnâ reducere, & ibi visitare, iux. quæstionem motam per D. Petr. lib. 1. c. 17. nec dicitur visitatio esse ecclesiæ, nisi ad ipsam accedatur. Nulla est fides visitantis, si ad alios se remittit, vel aliorum stet dictis. † Quia proprijs oculis videre debet situm cuiuslibet ecclesiæ visitandæ, & considerare, vt si est destructa restaretur. Pau. de vi

fit. l. p. q. 7. n. 15. & melius ipse iudicabit, quod Dei seruitio incûbit, quam alios mittere, eorumq. relationi stare, qui plerumq. minora referunt: *Mala audita nullum moueant,* (dicit Euaristus Papa, in capitul. Deus omnipotens, 2. quæst. 1.) *Sed ante audita diligenter inquirat, nec precipitanter quidquid agat aliquis, cum nec precipiti festinatione, nec moratoria cunctatione, quid sit agendum,* l. tutor, qui repertorium, §. 1. ff. de adm. tut. vnde dixit Spec. in tit. de iud. del. §. 8. quod repellitur a iudicando, qui suas sententias, vel consilia nimis præcipitat. † Ideo primum res est oculis subiicienda. Quia oculus est certior arbitrer aure, & præsentia multum operatur, c. fin. de off. del. Pau. ead. p. q. 6. in prin. Inde dicebat Magnus ille Plato, quod per oculos habemus veram rerum cognitionem, de quo posuit versus Spec. de conf. & affi. ex Oratio is ar. poet.

Segnius

*Segnius irritant animum dimissa
per aures,*

*Quam quæ sunt oculis subiecta fi-
delibus.*

Refert gl. inst. de grad. §. fi. vbi dicit
Imperator, quod *Magis veritas ocu-
lata fide, quam per aures animis ho-
minum infigitur.* Io. Andr. multa re-
censet, quæ oculis subijciuntur deter-
minanda in declaratione arboris con-
fanguinitatis. 35. q. 5. Gal. de V. f. par.
pretiosissima humani corporis pars
oculi sunt, in quatuor distinguens
Archid. in c. nec sola. 25. q. 5. in oculo
corporis, sensualitatis, rationis, &
diuinæ contemplationis, & D. Flor.
super adens quinque, in sum. 1. p. tit.
3. cap. 2. (in malis autem præstat au-
dire, quam videre, iuxta sententiam
Cicer. ad Cur. libr. 7. fam. epistol. 31.
quamuis mala auditu acerba sint, ta-
men tolerabilius est, quam videre.)
4 † Vnde ad materiam placet opinio
ipsius Archid. in c. Romana, de cens.
lib. 6. quem refert idē Io. Andr. quod
episcopus non debet cessare visitare
oculatum ipsas ecclesias, respectu pau-
pertatis ipsarum, & clericorum, per
hoc enim Prælati sunt deputati red-
ditus ecclesiastici, vt impartiantur of-
ficium. c. cum ab omni. de vit. & hon.
cler. & hæc est communior opinio,
quam amplectitur ipse Paul. ead. q. n.
6. cum seq. contra dictum Bern. &
Inno. in c. cum Apostolus, de censib.
& confirmatur ex dictis in Conc. Tri-
den. sess. 7. de reform. c. 8. ibi, *Singulis
annis visitare, & de opportunis reme-
dijs providere.* Quod nisi accedatur
personaliter, facile conijci non po-
test. c. placuit. 10. q. 1. ibi, *Ire oportet,
vt exquirat quomodo vnaquæq. ba-
5 siliæ sui reparatione indigeat.* † Nisi

vbi essent difficultas itinerum, penu-
ria, niues, glacies, aquarum inunda-
tiones, per d. c. romana, §. 1. quia non
videtur posse fieri, quod commode,
vel sine difficultate fieri non potest.
Paul. ead. q. n. 2. & difficile iudicatur,
quod vix fieri potest. c. quantumli-
bet. 47. dist. non tamen quod vix im-
possibile, & scribunt Doct. in l. quod
te, ff. si cer. pet. vbi adnectunt mate-
riam, a quibus excuset difficultas, sed
in facto, ea euidenter remota, non est
a communi recedendum, quia con-
traria procedunt in impossibili, cui
æquiparatur difficile, l. cum heres, §.
1. ff. de stat. lib. Cassan. in consue.
Burg. rub. 4 in verb. le may, & la fem-
me. in vers. des prouchains. num. 9.
cum sua aditione. † Et Ratio conclu-
sionis est, quia non possunt similibus
rationibus omnes consolari, cum vi-
derimus varios casus ex varijs locis
oriri, ex quo dicitur, per l. nunquam
plura delicta, ff. de priu. del. quod,
*Quæ origine sunt diuersa, eadem pro-
sequutione, & effectu.* Nec restrictio
vnius partis de facili potest adaptari
alteri parti diuersæ, ex natura, & mo-
ribus: quia, *Natio serui, plerumque
prouocat, vel deterret emptorem.* dicit
tex. not. in l. quod si. §. qui mancipia.
ff. de edil. edict. & experientia docet,
nam ex qualitate personarum argui-
mus bonam, & malam fidem, quod
diuersis attribui non facit ad mate-
riam præsentis dicti. arg. text. & ibi
not. in l. cum li. §. eam transactione,
& de transact. sed attendendum est,
quid conueniat locis, temporibus,
& personis, cap. qui quis, 41. dist. cum
varia loca, varia etiam obseruent,
& similia seruari instent. *Magni-
tudo faciunt prouinciales seruare sibi*
con-

consuetudinem, & prerogatiuas. l. Obferuare, §. hoc etiam. ff. de offic. proconf. & l. si in aliquam, eod. tit. *Cum honori suo prouinciales id vendicent.* & demum subdit tex. *Aedes sacras, & opera publica circuire, inspiciendi gratia, an facta, tecta q. sint, vel in aliqua refectione indigeant, & si qua cœpta sunt, vt consumentur, prout vires eius Reipublicæ permittunt, curare debet.* Et est not. text. Vlpiani iuris consulti in hac materia Visitationis.

- 7 † Quod sit verum patet ex gestis Marcellini Primi Papæ, a B. Petro xxix. (qui fuit anno domini 304.) parochias per se distinctas non valentis personaliter visitare, legitur, quod per litteras visitabat, detinebatur. n. sanctus ille Pontifex instante crudelitatem Maxentij Imperatoris ad cathabulum, vt bestiarum curam substerneret: & Dominus noster Iesus Christus de sinu patris descendit visitare humanam naturam, vt saluam faceret. Ioan. 1. venit visitare Hierusalem, super quam fleuit ipse Iesus, eo, quod non cognouerit tempus visitationis suæ. Luc. c. 19. & iterum, Marc. c. 6. *Et percurrentes vniuersam regionem. & sicut. Idem Dominus Noster capit primum facere, & postea docere.* In Actib. Apost. c. 1. ad Heb. c. 9. sic omnes prælati sequi debent, c. Dominus in fine. 56. dist. supra, lib. 1. c. 3. nu. 3. † In casu prædictæ difficultatis, aut alterius imminentis necessitatis,

cum episcopus mittit aliquos nuntios ad conuocandum clerum, & populum ad vnam ecclesiam, non debent, nec possunt tales missi impediri, aliter eos impediens possunt ab episcopo excommunicari. Gemin. in Romana, §. 1. post. n. 8. de cens. quod clarius probatur ex illa notab. decis. Inno. iv. sum. Pont. in c. 1. de pœn. lib. 6. vbi casus proprius, quando diriguntur aliqui per prouinciam, pro causa visitationis, seu iurisdictionis exercendæ. Qui tex. est hodie admodum practicabilis. Inquisitiones vero faciendæ sunt secundum qualitatem ecclesiarum, si sunt curatæ, vel simplices: ex dispositione clericorum, & populorum, iuxta informationes, & apparentiam locorum, ex multis quæ supra dicta sunt: prædicando omnibus, secundum mores particularium, alios commendando, cæterosve corrigendo, ne tamen ex vnione, dissentio aliqua inter visitandos oriretur: Quandoq. abundans in dura increpatione, plerumq. in blanda, frequentius in vtraq. iux. doctrinam B. Gregor. per Grat. 45. distin. c. disciplina. Quia discretio dicitur distinctio vnus ab altero, & is dicitur Prælatas discretus, qui personarum qualitates, & rerum momenta optime discernit. loquendo de discretione in actiua significatione, non in passiuâ, & de discretione vide supra hoc libro in proœmio.

DE RECONCILIATIONE
Ecclesiarum.

CAP. VIGESIMVMQVINTVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **E**cclēsia quando reconsecratur.
 2 Ecclēsia an presumatur consecrata ex diuturnitate temporis.
 3 Ecclēsia quōd sit consecrata ex quibus signis cognoscitur.
 4 Sacrificia in quibus locis sunt celebranda.
 5 Ecclēsia ex quibus causis reconcilietur, & oporteat reconciliari, num. 6. 7. & 8.
 9 Ecclēsia an polluat per furtum in ea commissum.
 10 Cœmeterium polluitur per Ecclēsiam pollutam, sed non ē contra.
 11 Violatio est duplex. Sacerdos sciens ecclēsiam pollutam in confessione, quid faciet, num. eod. & mittere eos ad episcopum pro absolutione. ibid.
 12 Sacerdos simplex an possit reconciliare ecclēsiam. Et quando Vicarius episcopi. nu. 13.
 14 Reconciliatio ecclēsiæ quomodo fiat.
 15 Sacerdos celebrans in ecclēsia polluta ante reconciliationem, an sit irregularis.
 16 Episcopus pro reconciliatione ecclēsiæ, an possit petere procurationes.
 17 Vitium propagatur, nisi sequatur correctio.
 18 Diuina non polluuntur.
 19 Iudas Machabeus. maximus zelator domus Dei.
 20 Nabuchodonosor Rex impius.
 21 Antiochus fuit Rex superbissimus.
 22 Romani ob mortem Christi destruxerunt Hierusalem.
 Pompeius magnus post prophanatum templum semper fuit deuictus. nu. eod.

IN ipsis ecclēsiis visitandis, quam primum accessum fuerit, fit discussio, an ecclēsia sit violata, vel polluta, quod ubi fuerit inuentum, procurandum est in primis de reconciliatione ab episcopo. ideo congruenti ordine, videndum est, de reconciliatione ecclēsiarum. Postquam de altaribus dictum est supra lib. 1. cap. 22. & sic de causis quibus ecclēsia violatur, vt constito de morbo, anti-

dotum inferatur, c. ceterum. de iur. cal. cap. pia. in prin. de excep. lib. 6. c. legitima cum glōide appell. eod. lib. Quia sicut, & nos mundari debemus ab omni inquinamento carnis, ac spiritus. 2. ad Cor. c. 6. sic, & templum Dei ab omni sorde purgare. † Vnde dicimus, quod si loquimur de consecranda iterum ecclēsia, hoc euenit ex tribus, & quia ignoramus ecclēsiā consecratā, nec obstaret reiteratio

teratio, cum ignoretur factum gl. in c. proposuisti. eo. tit. vel si ecclesia est combusta, & parietes sunt combusti, aut sit destructa, vel eius maior pars, & tunc ecclesia sic restituta, retinet omnia priuilegia, & indulgentias, vt primum habebat: nisi ex autoritate superioris fieret, sicuti de ciuitatibus iuxta terminos, quibus loquitur. Inno. in c. cum ex iniuncto. nu. 2. de oper. nou. nunt. sic iterum reconsecrandæ ecclesiæ Arrianorum de consecr. dist. 1. cap. ecclesias: ita placuit Ioanni Papæ, & martyri scribere ad episcopos Italiae. in eius vita legimus die. 27. Maij. (sub quo Pontifice floruit S. Benedict.) An aut ex diuturnitate temporis presumatur ecclesia consecrata, vel consecratum altare non apparentibus signis, vel scripturis, solet distingui, quod in cathedralibus, & maioribus præsumatur consecrationem interuenisse, ex maiori diligentia, quæ solet adhiberi in alijs, secus dicit D. Cesar Lambert. episcopus in sul. de iur. patr. lib. 1. par. 2. q. princ. art. 7. quamvis tex. in c. solemnitates, & in cap. ecclesiæ de consecr. dist. 1. induat contrarium, tamen solemus obseruare non in altaribus, sed in ecclesia, supra lib. 1. cap. 22. n. 8. ubi fuit quæstio in facto, & bonum est argumentum ex antiquitate temporis, quod sic præsumatur, multa. Aym. Crau. de antiqu. temp. 3. p. per totum ubi de multis quæstionibus notat. Cognoscitur aut ecclesiam esse consecratam, ex crucibus in parietibus depictis, ex scripturis etiam appositis in marmoribus, quæ fidem faciunt ex antiquitate temporis Inno. in rubr. eo. tit. & not. Abb. in alleg. c. proposuisti. post n. 6. Cardin. in c. ad

audientiam 3. not. de spons. Aff. in prælud. const. regn. q. 19. nu. 6. quem aduxi in famil. sing. in l. S. nu. 10. & in l. A. n. 14. post med. super auct. si quis in aliquo, C. de eden. & optime ipse Crau. eo. trac. 1. p. n. 297. & in vers. & sine dubio fol. 140. ponit de ecclesia, quod fuerit consecrata, ex talibus litteris in marmoribus ex Inno. in rubr. eo. tit. ponitur in c. cum causam de prob. 24. q. 2. c. sane ubi gl. Quonia non in omnibus locis, quæ videntur, celebrari possunt. Missarum. solemnitas, & alia sacrificia, sed in quibus ipse Deus elegerit per seruos suos cap. 12. Deuteron. Inde Felix Papa ad uersos episcopos. Orthodoxos, dicit: *Nō nisi in Deo sacris locis Massæ cantari (præter magnam instantem necessitatem.)* c. sicut non alij de consecr. dist. 1. & episcopus vocatur, ad quem solum ecclesiarum consecratio spectat, & qui in alijs locis celebrare præsumperit, non sit particeps sui sacerdotij ex edicto Syluestri Papæ in c. nullus ead. dist. Mysteria autem huius consecrationis ponuntur per Gul. in suo ration. & recitantur in Conc. Colon. 1. par. tit. de const. eccl. c. 14. quæ episcopus populum docere debet, & quando aliquid prophanum fuerit commissum, quod contaminare videatur, ad ipsius reconciliationem est recurrendum ead. dist. c. ecclesijs cum plur. seq. (omittendo pro nunc translationem ecclesiarum pauperum de qua loquitur tex. Conc. Trid. sess. 21. de refor. c. 7.) † Nāq. polluitur ecclesia ex pluribus, ex homicidio ibi commisso, & graui sanguinis effusione, ex rescr. Inno. III. Sum. Pont. de consecr. eccl. vel alt. c. proposuisti ex malitia proueniente, & mala intentione quæ

quæ iudicat factum bonum, aut malum: 22. quæst. 5. c. humana res. Ex intentione iudicantur verba, non e contra, & 38. dist. cap. sedulo, cap. petitione vestra, cum glo. de procurat. c. si. de præb. glo. in c. licet de offic. ordi. Nam dicit August. quod præter intentionem accidit, non imputatur, 23. quæstion. 5. vnde est versus communis. *Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes.* Et per martyrem occisum in ecclesia, licet iustus sit sanguis eius ante Deum, tamen ex mala intentione occidentis, polluta est ecclesia, ex illis in eam non licet ead. caus. & quæst. & per Sylv. & alios in hoc verbo, S. Doctor. in 3. q. 18. art. 8. aliud de intentione principali, aliud de secundaria. 6. Nauar. in Man. cap. 17. nu. 209. Item polluitur ecclesia per adulterium ibidem commissum, & quemlibet alium actum carnalem, aut seminis effusionem voluntarie procuratam, & per se solum, & cum alijs, in cap. significasti, de adult. etiam quod sit actus coniugal. non obstante, quod timeatur de incontinentia vnius, ex veriori opinione Gaieran. in opus. 16. q. 14. dubio 4. sicut dictum est supra lib. 1. c. 28. nu. 9. Adam enim & Eva, non intra Paradisum delectati sunt, sed extra post se cognouerunt. Genes. 2. 4. Non autem per effusionem menstrui mulieris, ex infectione naturæ provenientis, ex dicto Augusti supra adducto, contra multos alios sentientes: Nam profusum menstruum de crescente Luna contingit, & paucis singulis mensibus mouetur. Aristot. lib. histor. animal. c. 2. quo tempore prohibitum est viro ad uxorem acci-

sup

dere. Leuit. cap. 17. c. ad eius vero, 3. dist. & in vers. quæ ramen. *Si natura superflua imputari non debet.* 7. Item cum aliquis publicus excommunicatus in ea sepeliretur, c. consilium eod. tit. vbi glo. subdit eicienda corpora excommunicatorum, si defeceri poterint cap. sacris de sepult. quod ampliat, & id. similiter esse propter corpora infidelium, sepulta. 8. Nauar. facit diuersum casum de persequi suo Man. c. 17. nu. 251. Sunt autem infideles, primum hæretici, quorum maior est infidelitas, ad quod factum dicitur Urbani Papæ in c. scimus 12. quæst. 1. *Gravitas enim puniuntur qui uerbum fiteri uolunt, aut fidem perdeserunt, & uerbum non profecerunt, aut in malis uitam fecerunt, quam illi, qui sine uerbo, aut fide mortui sunt, & tamen bona egerunt operi.* Secundo dicuntur Iudæi, S. Tho. 2. 2. q. 6. artic. 3. Pagani dicuntur infideles secundum expositionem Ioan. Chrysost. per Gra. in cap. ad mensam quippe paganorum q. 1. q. 3. per Marquar. Sus. in suo tract. de iud. & alijs infidel. (His enim qui catholicam non participant communionem clauduntur priuilegia christianorum leg. 1. & auct. seq. C. de Hæret. & Sarac.) 8. Vel quando ecclesia fuerit consecrata ab aliquo episcopo publice excommunicato, c. Agapitus, de consecrat. 1. quia si per sepulturam corporis excommunicati, fortius, quando per ipsum excommunicatum est consecrata, polluitur. Abb. eod. c. consilium nu. 31. Nauar. vbi supra. Magis. n. permittitur communicatio cum pagano, quam cum excommunicato, citato ead. mensam: Carent quippe excommunicati omnibus liminibus ecclesiasticis

ecclesiasticis de consec. dist. 8. c. per-
 acta: *In odium excogitata malitia*
ipsorum excommunicatorum. Ut in
 alio dicitur in cap. suscitata. § ne ve-
 9 ro de integ. restit. † Sed queri po-
 test, an ex furto commissio in ecclesia
 vel violentia illata, dicatur ipsius pol-
 lutio euenisse, vt exinde reconciliari de-
 beat. Gul. § sic in suo ration. lib. 1. c.
 6. num. 4. adducendo tex. in cap. per-
 nitiosus de celebr. Miss. & sequitur
 Astensilib. 6. tit. 29. a. 13. q. 5. D. Caro-
 lus Montilius Archiepiscopo Amal-
 ph. & episcopus Viterb. negat, quia
 hoc iure nō expressum, quod est ve-
 rius, & sequuntur omnes, & quod de
 cap. pernitiosus, adducitur, extra hanc
 materiam longe est diuersum, & nō
 ampliandum, committens vero gra-
 uiter puniatur, etiam de sacrilegio,
 quod dicitur sacræ rei violatio, vel
 vsurpatio, Abb. in c. cōquesti, de sent.
 excom. penas de omni iure per Mō-
 10 teleo. 4. part. n. 516. † Ecclesia ergo
 polluta, dicimus cæmeteriū pollutū
 vt reconciliari debeat, sed non è con-
 tra c. 1. eo. tit. lib. 6. vbi glo. & doct.
 Nauar. in loco citato in fine. Quia vi-
 tium accessoriū non inficit principale
 nec accessoriū trahit ad se principale
 sed potius sequitur naturam ipsius
 principalis. de reg. iur. in 6. c. accesso-
 rium. ff. de vulg. & pupill. l. ex pupilla-
 ri, supra lib. 1. cap. 12. nu. 8. cap. 22. n.
 7. secus si excretur ecclesia, quia nō
 altare, aut altare, quia neq. ecclesia.
 Abb. in c. ad hanc de consec. eccl. vel
 alt. rationem diuersitatis ponunt ibi
 Sum. & quando cæmeteriū solum
 consecrari, siue reconciliari debet,
 absq. ecclesia sunt, & suæ assignatæ
 11 in Pont. orationes. † Hæc autē pollu-
 tio ecclesiæ est duplex, publica, & oc-

ulta, in prima nō licet aliquo modo
 celebrare ante reconciliationem per
 prædicta, in occultis secus, Doc. om-
 nes: eo. cap. 1. in 6. argum. cap. signifi-
 casti. de adul. quia ratio reconcilia-
 tionis in occultis nō habet locū, in Cōc.
 Colo. eo. tit. c. 18. *Occulta enim in hoc*
seculo vindictam non habent. c. chris-
 tiana. 32. quæst. 5. tractatur. in cap.
 vestra de cohabit. cler. & mul. Sed
 Deo punienda restat: *Qui est cognitor,*
& iudex secretorum. cap. erubescant
 32. dist. cap. consulisti. vers. occulta.
 2. q. 4. *Si omnia in hoc seculo vindica-*
ta essent, locum diuina iudicia non
haberent. 6. quæst. 1. c. si omnia. Vbi
 autem quis occulte in confessi on-
 scit, tutius est dicere episcopo in ge-
 nerali, talis ecclesia indiget reconci-
 liatione. Sylu. in verbo consecratio.
 in 2. verb. ad ipsumq. etiam tales pec-
 catores pro absolutione mittantur,
 vt confusi magis pœniteant, & pœ-
 nitentiam suscipiant, est enim grauif-
 simum crimen ecclesiā Dei pollue-
 re, ideo atrociora, & grauiora crimi-
 na nō ab omnibus, sed ad summos Sa-
 cerdotes absoluenda mittantur. sel. 14.
 12 Cōc. Tri. de cas. reuer. c. 7. † Et sit diffe-
 rentia, an ecclesiā fuerit cōsecrata, vel
 non, nā in primo solus epus, c. aqua
 eod. tit. in secūdo lauatur aqua exor-
 tizata. cap. si. & potest simplex sacer-
 dos hoc facere, & sic cōcordat tex. in
 sui ratione d. cap. aqua, cum cap. fin.
 eod. tit. benedicendo per se aquam
 ipsam, & est communis opinio, per
 Nauar. eod. loco. n. 251. ex delegatio-
 ne tamen Sedis Apostolicæ credi-
 mus posse, et in primo casu propter
 magnam potestatem Vicarij Christi:
 sicuti in alio loco dicimus, simplicem
 sacerdotem conferre posse sacramen-
 tum

tum confirmationis Papa mandante
 licet ad solos episcopos spectare. Co-
 nar. var. resolut. lib. ii. cap. 10. nu. 7. eū
 seq. Domi. Sot. in 4. dist. 7. quæst. vni-
 carar. i. Mar. Nauar. in Man. cap. 22
 nu. 8. & latius infra in lib. de sacram.
 13 † Sic & Vicarius episcopi, nec ipse
 poterit reconciliare ecclesiam, que
 primo fuerat cōsecrata, nisi fue-
 rit pariter episcopus. & ei specialiter
 commissū ab ordinario loci Petr. Re-
 buff. in pract. benef. tit. de vicar. episc.
 in 170. ex ea ratione, vt quæ sunt ordi-
 nis episcopalis, specialiter episcopis
 ratione ordinis committantur per Co-
 ua. var. resolut. lib. 3. c. 20. n. 3. ex tex. ex-
 presso per decisionem Grego. c. a-
 qua est, quod aqua fuerit ab episcopo be-
 nedicta. §. quod autem eiusd. c. Con-
 traria procedūt in his, quæ sūt iuris-
 dictionis, quæ itē simplicibus sacer-
 dotibus, & clericis committuntur. nā di-
 cit Host. in c. dilecto de offic. Archi-
 & episcoporum alia dicuntur ordinis,
 alia auctoritatis, alia iurisdictionis,
 de quibus dicimus ad plenū in tract.
 14 de dignit. eccles. 2. part. c. 6. † Fit au-
 tem hæc ecclesie violatæ reconcili-
 tiatio iuxta ordinem. pōnificalis libri
 (cuius ritus obseruādi sunt, cum sit
 liber authenticus, vt dictum est supra
 lib. 1. c. 4. nu. 9. Ioan. de Silu. de
 benef. 1. part. quæst. 5. num. 254. cum
 seq. vbi in 2. parte fol. 152. pater mo-
 dus, & forma reconciliandi.) & ipsa
 reconciliatio acceleranda est, ne diu-
 tius ob talem pollutionē, diuinum sū-
 spēdatur officiū, aut ecclesiastica in-
 termittatur sepultura, eo. c. 18. &
 19 in Cone. Colo. *Aqua enim sa-
 le aspersa, diuinisq. precibus sacra-
 ta, coinquinatos sanctificat, & purgat.* ex
 rescripto Alexandri Papæ V. de cō-
 15 secr. dist. 3. c. aquam. † Cauendumq.
 est, ne quis sacerdos ante ecclesie vio-
 latæ reconciliacionem, in ea celebret,
 si tamen celebrauerit, tunc nullam
 incurrit irregularitatem, cum iure nō
 sit expressum c. is, qui, de sent. exco-
 lib. 6. est tamen proximus irregulari-
 tati, quia suspensus, argum. de priuile-
 cap. episcoporum, qua suspēsiōe du-
 rante, si celebrauerit fit irregularis per
 di. c. is, qui, vbi notant Ioan. Andr. &
 ceteri. Doct. Couar. in clem. si furio-
 sus. §. 1. de homic. Brunell. in repet.
 decret. 1. par. 4. co. tit. de homic. licet
 multi dubitauerint ad id extendere,
 quia penæ proprium casum non ex-
 cedunt, & legum interpretatione
 molitendū sunt potius, quam nimium
 exasperandæ. c. penæ de penit. dist.
 1. in cubio interpretado de minor pe-
 na gl. bi. ex l. si præses. ff. de pen. (&
 adde illud, qd *Stultus in culpa erit
 sapiens in pœna.* cap. quia ea. 38. dist.
 cap. si cultos. in fine. 27. quæst. 1. quan-
 tū sit execrabile, quod præsumit,
 postquam consideratione propria
 nō aduertit, emendationis qualitate
 cognoscat: multos dimittendo sine
 flagellorum animaduersione, sed vin-
 dicta eorum diuino examini referuā-
 16 do. cap. cū in lege. 23. q. 4. † Pro re-
 conciliacione tamen ecclesie, dici-
 mus episcopum procuraciones, & ex-
 pensas petere non posse Archid. in
 cap. Romanæ de censib. lib. 6. D. Pa-
 ui. 1. part. quæst. 5. n. 129. vbi nulla ec-
 clesia est pretio reconcilianda per gl.
 in cap. nullus. 1. quæst. 1. licet Boer-
 scribat ad vtramq. partem decis. 303.
 post. nu. 3. 2. part. quem refert Phil.
 Port. cons. 153. cum inter. nu. 12. vol.
 3. solet tamen obseruari, quod Epi-
 scopo maxime alieno fiant expen-
 se.

sz, plerumq. per illos, qui fuerunt cau-
se, pollutionis. Doct. in alleg. c. pro-
posuisti, & in clem. 1. de celebr. Miss.
quod item ordinatum in Conc. Col.
17 ipso. cap. 19. tit. de eccl. const. † Ex ea
ratione, ne ex culpa malorum, præla-
ti ecclesiarum, habeant iacturam, &
damnū, & est species correctionis in
illis arg. c. vt clericorū de vit. & hon.
cler. Namque propagatur vitium, nisi
per medium disciplinæ subsequatur
correctio. 21. quæst. 2. cap. placuit
in fine, notat Archid. 17. quæst. 1. cap.
qui bona. 23. quæst. 8. c. qui legi. Fel.
in c. cum contingat de for. compe. Et
malos punire non officiū crudelita-
tis est, sed pietatis d. cap. legi, scribit in
pulchra q. Cagnol. in l. fi. num. 53.
ad fin. ff. de iurisd. omni. iud. & culpa
est in culpa relaxare vindictam. 28.
dist. c. quia sunt. Nam subditi, vbi de-
linquerint debitis pœnis sunt coher-
cendi, in Conc. Trid. sess. 13. de re-
form. c. 1. & si iterum ad delicta pro-
cesserint, pœna eis augeatur l. Facul-
tas. C. de iur. fisc. equidem prælatus
multum offendit culpas impunitas
dimittens. 23. quæst. 4. capit. si is qui
quia. *Non debet admitti ad supplican-
dum, qui admittere sacrilegium non
dubitauit.* c. frater. circa med. 17. q. 4.
Et si venia danda est, non nisi mino-
ribus delictis, & semel commissis, ex
18 l. 3. in fine. C. de episc. aud. † Sed ad
illud est aduertendum per episco-
pum, vt in hac reconciliacione doceat
populum, quod diuina per se num-
quam polluntur, & quo ad se nō in-
digere reconciliacione: sed dicimus
esse reconciliandam ecclesiā, quo ad
opinionem hominum, & ad exēplū,
& ad terrorem: Nam ea, quæ sancta
sunt pollui nequeunt gloss. in dicto

cap. Abb. in cap. tuarum, nume. 2. de
priuile. cui ad stipulatur tex. in capit.
quod quidam. 1. quæst. 1. Vbi mali
polluunt sacramenta, quantum in
eis est, quia dominus bonus est, licet
oculus serui nequam sit. Matth. cap.
20. Ideo tales ex scandalo, quod piis
fidelibus inferunt, grauius sunt cor-
ripiendi, & puniendi, ac pro absolu-
tione ad epō remitti debent sicut
in Ecclesia Mediolanensi decreuit
Maximus ille Cardinalis Do. Caro-
lus Borromeus omnis sanctitatis il-
lustrator, in sua synod. prou. 2. part.
constit. dum tractat de pertinentibus
ad administrationem sacramenti pe-
nitentiæ: † Nec nouum hoc quid est,
cum etiam in veteri lege inuenia-
mus templa reconciliata: Exemplum
memorable est de inuito illo duce
Iuda Machabeo, qui Zelans domum
Dei (iuxta psalm. 68. *Zelus domus
tua comedit me.* gloss. in c. qui peccat
24. quæst. 4.) reconciliauit templum
Domini in Hierusalem prophana-
tum. de quo Scribitur. 1. Machab. c.
3. *Similis factus est leoni in operibus
suis, & sicut catulus leonis rugiens in
venatione.* & c. 4. *Et cogitauit de al-
tari holocaustorum, quod prophana-
tū erat, quid de eo faceret, & statuit
Iudas, & fratres eius, & vniuersa ec-
clesia Israel, vt agatur dies dedicati-
onis altaris in temporibus suis, ab anno
in annum per dies octo.* Et cū sequē.
eiusque somniū superinde recitat gl.
de pœnitent. distinct. prima cap. si sa-
cerdos. §. 1. in verb. rogasse. † Nāq.
pluries templū illud fuerat a gētibus
prophanatū: Nabuchodonosor enim
Rex Babylonie impius, illud incen-
derat igni. 4. Reg. c. fi. dū. 2. Naburza-
dā princeps eius exercitus succēde-
rat do-

D d

rat domū Domini, & oīa, quę erant in tempore trāsportauit ad Regē in Babylonē, & hic fuit ille Nabuchodonosor dictus magnus. Hier. ult. Dan 1. & 2. & videtur esse alius ab eo qui pænitentiam egit. cap. Nabuchodonosor. 2. 3. q. 4. vbi Nabuchodonosor saluus, sed Pharaō damnatus, (sic Petrus saluus, sed Iudas damnatus, quę nō pænitētia reuocauit ad Deū, sed desperatio traxit ad laqueum, de pænit. dist. 3. c. sceleratior omnibus.) verbum Hier. est cap. 51. *Fugite de medio Babylonis, fugite, & salute animas vestras.* & Bern. in serm. de
 21 conuers. ad. cler. c. 30. in princ. † Sic & Anthiocus superbissimus, magis deuastauit, & prophanauit. Mach. 1. c. 1. c. remittuntur. 9. per Antioch. 23. quęst. 5. qui dicitur penultimus Antiochus, nā primus fuit dictus Sother filius Seleuci, & fuerunt septem Antiochi. Ioan. Dried. de eccl. script. lib. 3. cap. 1. & de uno loquitur August. recitatus per Grat. in cap. sicut. 1. quęst. 1. de alio filio Demetrii. 1. Mach. c. 15. vbi recitantur verba sua ad Simonē sacerdotē de federe inito, de alio percusso a Domino. 2. Mach. c. 9. vbi quęna punitus, & quomodo clamās ad Deum misericordiam non est consequutus, quia superuenerat in eum iustū Dei iudicium, & tales peccatores Deus nō exaudit. Ioan. c. 9. quia Et si mortuos suscitasse legimus Christū, in errore mortuos absoluisse nō legimus. cap. legatur. 24. quęst. 2. & falsa dicitur eorum pænitentia, c. falsas de
 22 pænit. dist. 5. † Ultima desolatio tēpli facta ē ob vindictā mortis Christi,

a Tito, & Vespesiano Romanis. eo. cap. remittuntur. vers. similiter, anno 42. post Christi mortem. Ioseph. de Bell. Iudaic. Ioan. Dried. lib. 3. 4. part. de qua desolatione loquutus fuerat Iesus, Luc. c. 19. *Fleuit Iesus super Ciuitatem Hierusalē dicens, quia veniēs dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coagustabūt te vndiq; & ad terrā p̄sternēt te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo q̄ non cognoueris tempus visitationis tue.* Quamuis autem alia vice ab ipsis Romanis fuerat prophatum tēplū, existente Principe exercitus Pōpeio Magno, de quo legimus apud Appian. Alex. de bello ciuili. li. 3. prope finem, quod Pompeius Magnus semper victoriam reportauit in viribus, & virtutibus. debellans hostes: sed post, nūquā ei in bello amplius bonum fuit, quia equos in templum Hierusalem posuit, vt demū a Cęsare fugatus fugiens in Aegyptū, ab Achilla, & Lucio Septimio in paruula nauicula sit interfectus, & expertus fuit, quā verum sit illū dictū frequentius. Quod in calamitatibus amici, fiunt inimici, iuxta versus.

Tempore felici multi numerantur amici, non sic obitu temporis.
Tempora dum fuerint nubila, solus heris.

Quomodo autem, homines reconcilientur Deo per timorem, pietatē, scientiam, & pœnitentiam, infra li. 8. dicemus ex B. Bernard. de Annunt. Beat. Mar. serm. 2. & c.

DE VNIONIBVS EC-

clesiarum.

CAP. VIGESIMVMSEXTVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **V**NIO ecclesiarum est duplex. 16 Rex in suo Regno, vt vult, potest vnire, & diuidere prouincias.
- 2 **V**NIO quid sit. Ex quibus causis fit. 17 Vnio facta ex falsa causa, an sint ipso iure nulla.
- 3 **E**t quot modis. 18 Vnio facta a Papa, an sit valida, non expeditis bullis.
- 4 **E**piscopus an possit vnire ecclesias sine capitulo. 19 Episcopus quando teneatur consentire vnioni petita.
- 5 **C**apituli consensus an presumat interuenisse in vnione ecclesiarum propter diuturnitatem temporis. 20 Archiepiscopus non potest vnire ecclesias suorum suffraganeorum.
- 6 **I**us vniendi an possit prescribi. 21 Concilium Trid. quid disponat de vnionibus ecclesiarum. De quibus ecclesiis, & sub qua forma. nume. 21. 22.
- 7 **V**nita quomodo censeantur. 22 Episcopus quas ecclesias vnitas examinare potest.
- 8 **E**cclēsia vnita an assumat statum eius, cui vnitur. 23 Ecclesia vnius diocesis non vnitur ecclesie alterius diocesis.
- 9 **B**eneficium nō vacans potest vniri. 24 Beneficia regularia non possunt vniri per episcopum.
- 10 **P**ossessor beneficij an sit citandus in vnione faciēda. 25 Ecclesia patronata qñ debet vniri.
- 11 **V**alor beneficij an sit exprimendus in vnione petita fieri. 26 Ecclesia vnita propter paupertatem an redeat ad primum esse, si pinguior fiat.
- 12 **V**nire qui potest, & dismembrare potest. 27 Vnio non derogat iuribus episcopali- bus.
- 13 **E**cclēsia quomodo possit vniri mensa episcopali. Et quid disponat ad hoc Concil. Tri. & quomodo vnitur mensa capitulari, & qua sit differentia inter utrumq. nume. eod.
- 14 **V**nio ecclesiarum cathedralium solum spectat ad Papam. 28 Visitatio nō impeditur respectu vnionis facte, quia est magis priuilegiata.
- 15 **P**apa de duobus episcopatibus facit vnum & e contra. nume. eod. 29 Episcopus in vnione an possit dare priuilegiū, q̄ ecclesia nō visitetur.

Experientia visum est propter iniuriā temporum ex bellis, mortalitatibus, ciuilibusq. diffensionibus, homines variasse loca habitationis, & vbi primum in illis solliciti erant ad ecclesias ædificandas, alio translati, prioribus relictis, etiam nulla adhibita custodia, dirutæ, & collapsæ inuenirentur. Vnde ad remouenda scandala, factum est, vt episcopus visitando suam dioccesim per diligentem informationem videat, & consideret, & causis existentibus ecclesias dirutas pauperes vniat, ex nouissimis constitutionibus, ideo de vnione ipsarum ecclesiarum aliqua dicere operæ pretium esse duximus (non loquendo modo de vnione, quæ debet esse inter christianos, vt inter se sint vnum, sicut Christus & Deus, Pater, & Filius vnum sunt: Ioā. c. 17. *Qui enim adheret Deo, vnus spiritus est cū ipso.* 1. ad Corint. c. 6. nec de illa vnione, cum fiet vnus pastor, & vnum ouile Ioan. c. 10. aut quæ de felici anima ad cōtēplationē diuinæ essentia abstracta ab omnibus humanis curis dicitur, de quibus opportunius. 12. lib. totius operibus dicemus, pro cōplemento actionis humanæ, cum finis noster ipsa Beatitudo dicatur. doct. in. 4. dist. 49. S. Tho. 1. 2. quæst. 8. art. 3. in corp. quæst. nec etiam de alia vnione, de qua tradunt ciuilibus facta per alluionē ex flumine in §. præterea in fl. de rer. diui.) sed de ecclesijs ad materiā præsentis capituli. † Principaliter vnio ecclesiarū dicitur duplex, perpetua, & tēporalis vt prima perpetuo duret, nec reuocationi sit locus, quia sic actū est, vt numquā separetur c. exposuisti. §. 1. de præb. Inno. & Abb. in cap. 1. ne

sed. vac. temporalis eidem perpetuæ contraria, vel ad vitam illius, ob quē fit vnio, vel ad aliud determinatum tempus, quo tempore finito expirat, & sic sequuta morte illius, vt optime declarat in materia Petr. Rebuff. in sua practi. benef. tit. de vnion. benef. Ex quo dicimus, quod vnio perpetua extinguit ius vnite, & temporalis suspendit titulum, Doct. in clem. fin. de rescr. vt exinde, ille respectu temporalis vnionis, non dicatur prælatus, aut Rector ecclesiæ vnite, sed administrator. Cassa. eod. tit. de vnion. decis. 2. num. 6. sed hæc temporalis dicitur odiosa, & exorbitans ab omni iure. Mandos. in regul. Cancell. 22. de vnion. vbi de hac materia tractatur quæst. 12. nu. 5. & in pra. fig. §. vniones fol. 48. Ioa. Bapti. Caccial. in eod. tract. de vnion. & post eum Gig. quæ de cetero non vtimur, & qui præsumpserit retinere priuetur, ex noua decis. Conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 4. quod dicimus respectu ordinarij, nā secus in Papa, qui perpetuo, & ad tēp. cōcedere potest, pro libito suę voluntatis, quia in ipso semper lex præsumit hoc concedere & per euidentē necessitatem, & utilitatem eod. c. exposuisti, quæ duo dicit ibi glo. frequenter inducere dispensationē. supra c. 9. nu. 11. † Dicitur autem vnio duarum, vel plurium ecclesiarum in simul factarum coniunctio, vel per æqualitatem, aut subiectionē, vnus ad alterā, ex causis infra dicendis, per æqualitatem, vt vnaquæque remaneat, sicut erat & fit cōfusio ad hoc, vt vnus sit rector vtriusque, per subiectionē, vel quod prius extinguat, aut quod ab illa, cui vnitur, denominetur, sicut inferior a superiore, & prædicta iudicatur, tamen in ordinarijs,

dinaris, quàm in vnione facta a Papa cuius verba sunt attendenda. Immo vnio facta ab episcopo petitur frequentius confirmari per Summū Pōtificem, ad maiorem firmitatē iuxta dicta in cap. ea quæ, de re iud. & vt dicit Rebuff. vbi sup. in prin. comprehendit; & ecclesias, & beneficia, quia
 3 de omnibus in casibus suis fit vnio. † Cū quatuor principales causæ assignentur ad vnionem ecclesiarum faciendam, vel paupertas. 10. quæ. 3. c. vnio, de qua proprie loquitur tex. Conc. Trid. sess. 24. de reform. gen. c. 13. (vt infra dicemus) quæ causa iudicatur necessitas respectu vtilitatis prouenientis, eod. cap. exposuisti de præb. Item vicinitas ecclesiarum, ne perturbetur ipsi seruitutes, confundentur, aut ex paucis introitibus mendicent. vt in prima c. & temporis. 16. quæ. 1. vel ex perturbatione, & mala qualitate nostrorum, temporum, vt necesse sit ecclesias vnire, vt ordo ecclesiasticus reducatur ad debitā disciplinam ecclesiasticam, propter desolationem clericorum, aut monachorū vt etiam per defectum habitantium, qui celsarunt vt in multis nostris, vel quarto, ad remouendam deformitatem ortam in religiosis, ne ex uoluntate hominum antiqua religio remoueatur, vel remouendo nouiter inuentum, aut uniendo capiti principali ipsius Religionis, sicuti Pius V. Pont. Max. vniuit fratres tertij ordinis sancti Francisci, ministro generali ipsius de obseruentia, supra cap. 15. in fine hoc libro. † Et dicunt Doct. communiter quinque modis fieri vnionem, vel communicando spiritualia tantum, sicut de multis monasteriis est visum, vut subijciendo vnā

ecclesiam alteri in spiritualibus, & temporalibus. aut tertio, per æqualitatē, vt vnus prelatus, sed vtraque ecclesia remaneat integra in suo statu, quia sic Papa disponit, vel quarto communicando omnia in simul, cum iisdem dignitatibus, non derogando locis, nec personis, sed eadem potestas vni, quo ad cætera: sic & quinto, cū ecclesia inferior erigitur in cathedralē, & idem episcopus, qui alterius, pro ut plures videmus eo modo erectas, & dispositas, vt semper tractemus de vnione faciendā digniori, non autē
 5 e contra Rebuff. ibidem. nu. 17. † Et si de episcopo loquimur non dubiū, quin attenta dispositione iuris, nō aliter faciet vnionem ecclesiarum, nisi cum tractatu, et consensu sui capituli. clem. 2. de reb. ecclesi. nō alien. c. tua, c. seq. c. cū nos de his, quæ sūt a prel. inquit enim Innocentius III. in decretali pastoralis, de donat. *Vt episcopi donatio sit legitima cōser. sus capituli est requirendus.* Vnde debet requirere, vbi tamen extat consuetudo poterit, & absq. capitulo doctor. ead. clem. præstat tamen semper cum capitulo ad fugiendam suspensionem, & quia integrum est iudiciū, quod plurimorum sententiis cōprobatum fertur, cap. prudentiam de offi. deleg. & q̄ consensus sit expræsus, dicit in simili Rebuff. de alie. rer. eccl. n. 21. vbi
 6 plura subnectit. † An autem ex diuturnitate temporis consensus capituli, vbi requiritur, præsumatur interuenisse. discurret Boeri. decisio. 345. num. 5. & 6. & concludit quod sic etiam, si per quadraginta annos solum. Doct. in c. cum de beneficio de præb. li. 6. Anch. cōf. 162. (sicuti dicimus de cōtractu emphyteotico

q̄ omnia sollempnia præsumantur in-
 teruenisse, & in inuestitura. las. in l.
 sciendum. ff. de verb. signi. Aym. Cra-
 uett. de anti q. temp. 3. par. nu. 33 fol.
 195. Alciat. de præsumpt. Regula. 3.
 præf. 10.) eo fortius cum in alijs in-
 uenitur interfuisse. arguendo de soli-
 tis fieri in præteritum ad futura, per
 prædicta. in l. si cui. vers. si tamen ff.
 de accus. & est glo. in c. scribam de
 præsumpt. & ideo præsumitur, quod
 in ternenerit, quando tunc potuit in-
 teruenisse Fel. in c. sicut. de re iud. col.
 12. Rebuff. de alienat. rer. eccles. n. 10
 7 † Poterit tamen etiam per inferio-
 rem episcopo hoc ius vnendi eccle-
 sias fieri ex præscriptione temporis
 cum ius non resistat. Rom. conf. 275.
 quoad primum Dom. de Rot. decis.
 7. de offic. deleg. in nouis Cald. in cle.
 1. quæst. 5. de suppl. neglig. præf. Ra-
 tio fortissima est, quia vnire potius
 pertinet ad iurisdictionem, quam ad
 ordinem cap. accedentibus de excess.
 prælat. Doct. in clemen. 2. de reb. ec-
 cl. non alien. sequitur per multa Ma-
 rian. Socc. Iunior. in c. sicut vnire nu.
 46. de excess. præf. nam per vnionem
 exprimitur titulus ecclesie vnite, ad
 vnitam, ex quo Petr. Rebuff. n. 33. per
 eamdem rationem, quia iura episcopa-
 lia non prohibentur præscribi: per aliū
 tex. in cap. auditis de præscript. in illis
 verbis, vt videantur in eis episcopale
 ius legitime præscripsisse, incorporā-
 do eorum potestati, vt a se depēdēti
 dicunt Doct. ibidem. † Licet quo ad
 aliam materiam dicebat Ioan. Fab. in
 §. si cui. in st. de legat. q̄ vnita non cen-
 setur eo iure acquisita, & titulo, sicut
 ea, quibus sunt vnita. Vnde in iudicio
 diuersimode est iudicandum, & ponit
 exemplū Bal. in l. 1. 6. quæst. ff. de rer.

diuis. de re feudali, cui forte vniretur
 res allodialis, & de vnitis per alluio
 nē fundo, de quo modo ponit Gul.
 Bened. in c. Raynutius in verbo &
 hortum, circa finem 1. par. de testa.
 sicut etiam de proprio, & appellati-
 uo iudicamus, maiorem firmitatem,
 & potestatem proprio assignantes
 ex naturalitate ipsius. secundum Phil.
 & quia durabilius, nec reuocationi
 9 subiectum. † Vnde frequentius cessat
 nomen vnite ecclesie, vt in priuile-
 gij, præcedentijs, & honoribus assu-
 mat naturam eiusdem ecclesie, cui fa-
 cta est vnio, quando tamen sit ipsa
 vnio perpetua per extinctionem, non
 per accessionē, remanente suo inte-
 gro statu primo, vt ambæ pariter v-
 niatur, non vna accessoria ad aliā, vt
 bene scribit Fel. in c. in nostra corol.
 33. n. 3. de rescript. & ponit Bar. in l. si
 cōuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. act.
 quando vnum regimen vnitur alteri
 quomodo regendū. Sed dicit Fel. vbi
 supr. in fine. quod hoc non est de no-
 stra materia; sed tamen ratione vnio-
 nis vna ecclesia potest cōsequi, quod
 ex se nequisset. idem in c. 1. col. 3. de
 præscript. cū simi. licet de facili pos-
 sit redire ad naturā suā arg. l. si vnus
 §. pactus ne peteret. ff. de pact. quod
 10 fauorabile dicit glo. in c. statutum in
 verb. numerandum de præb. lib. 6. †
 Nec dubium, quod non solum de ec-
 clesia vacante, sed vacatura potest tra-
 ctari, & fieri vnio ad practicam. Vni-
 m^o de tali beneficio vacante, seu vaca-
 turo: per cessum, vel decessum. Oldr.
 conf. 2. 3. factum tale Gomez. episco-
 pus Sarn. in tract. de mād. de prouid.
 nu. 9. Cassan. de vnion. decis. 2. num.
 10. doct. in alleg. c. sicut vnire & Th.
 Fastol. causa 2. dubio. 7. quod etiam
 iure

iure Conc. Trid. vt paulo inferius dicetur, attendendo ad causam, ex qua fit vnio, ad hoc ne dicat subreptitia. Rebuff. num. 45. per disposita in eo, Conc. post Concil. Const. vno contextu exprimendo, licet per ordinem scripturę primo de vacante, demum de vacaturo decernendo. (Qui ordo scripturę seruandus est c. mandato nostro de præb. in 6. vbi glo. notat.)

11 † Nec similiter oportet in vnione facienda de ecclesia vacatura, aut quocumq. beneficio citare possessorem ipsius, postquam non fit præiudicium quo ad se Doct. in ead. clem. fin. de reb. eccl. non alien. etiam loquendo de beneficio, cuius expectatiua est cōcessa, quia per vnionem est facta suppressio dicit gl. not. in clem. fin. de rescr. Rebuff. n. 31. quāuis certo modo possit præiudiciū prætēdi, quia posset alicui in fauorē renuntiare: sed tamē ius resistit. ead. clem. fin. Quod tamē fallit in casibus positis per Conc. Trid. de quibus infra. vt vocatis his, quorū interest. Et melior videtur hæc ratio, ne episcopus grauamē inferat per eam d. clem. secundū aliquos, Rebuff. n. 43. quod intelligitur de alijs, nō de ipso rectore, sed modo

12 standum dicitis Conc. † Exprimēdo tamē, cum petitur ecclesiā uniri, seu aliud beneficium, valorem ipsius per regulā Cancell. 22. de vnion. vbi glo. Rebuff. Mand. quæst. 6. cum seq. Fel. in cap. ad aures nu. 16. de rescr. sicuti dicimus de impetrante beneficium a Pāpa, quod exprimat omnes qualitates, & alia beneficia si habet c. si motu proprio, de præb. li. 6. Gomes. ead. reg. 1. quæst. & in prima ponit prædicam super valore beneficiorū exprimendo, & de qualitatibus declaran-

dis in beneficijs petitur vniri, etiam quod beneficium sit Manuale Rebuff. idem in tract. de pacif. poss. nu. 339. exprimendo valorem vtriusq. beneficij Rebuff. in glo. 8. secundum communem estimationem cuiuslibet anni, non diei, aut mensis. † Illud autem est notandum, quod qui potest ecclesias vnire, potest, & dismembrare. Mandos. in ead. reg. quæst. 13. quod in Papa clarius, sed in alijs maior cognitio, quia cum sit ius quæsitum, non licet tollere sine causa: cap. erit autem 4. dist. & cum iisdem sollempnitatibus fiat dismembratio. D. Pavi. de offic. & potest. capit. sed. vac. 2. part. 3. quæst. n. 19. immo fere maior discussio Mandos. n. 12. vocando omnes, quorum etiam interesse potuerit. Rebuff. latius de vnion. reuoc. per n. 46. Vt sicut prætor reuocat cōtrario imperio: Vt qui potest absoluere, possit, & ligare & qui non potest vnū, nec & alterū l. 3. ff. de re iud. quia iurisdictio in vtroq. versatur, nec sine vno explicari potest. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. † Et si ecclesiā vniri petitur mēse episcopali, vel mēse capitulari, accipiuntur fructus per ipsos superiores, assignata portione vicario deseruienti ipsi ecclesiæ vnite ex traditis per Reb. in tract. cōgr. port. n. 34. fol. 97. Fit autem unio mensæ episcopali de iure nouissimo Concil. Trid. sess. 24. de reform. gener. c. 13. vt existēte ipsa ecclesia cathedrali tenui, & angusta, vt nullo modo respondeat dignitati episcopali, fit examen in Cōc. Prouinc. vocatis his, quorum interest, de quibus ecclesijs, beneficijs, nouisq. prouentibus prouideri possit & superinde confectum instrumentum ad summum Pont. mittere, qui

de opportuno remedio, vt ei videretur cogitabit, aut interim de beneficiis nō curatis prouidebit. §. interim: ex se autem episcopus vnire suę ecclesię non potest, quia debet esse differentia inter dantem, & accipientem, institutum, & instituentem, c. fin. de Instit. cum esset autorizare in facto proprio. tex. expressus in cle. si. §. quod si. de reb. eccl. non alien. ex qua ratione idem ampliatur esse in capitulo, si ei vniri aliquam ecclesiam petitur. cum ex Iuris dispositione, & capituli ipsiusmet consensus requiratur. eo. §. quod si. & hoc quando generaliter vellet vnire capitulo, secus si alicui prębendę particulari ipsius capituli, propter necessitatem, quia posset episcopus aliquam ecclesiam vnire, cum cesset ratio prohibitionis. glo. in ipso. §. in verb. cap. & sequuntur communiter Doc. aut si vellet dare aliquod beneficium de mensa eidem prębendę. Dicitur autem beneficium de mensa, quod nō habet aliam administrationē pręter ipsum superiorē pręlatum, quamuis in eo ponatur simplex minister ad fructuū recollectionē, nec dicitur alienare, cum in dominio ecclesię, retineatur. gl. in §. citato quod si. in verbo ecclesiam, de quo doct. in d. cle. fin. & in cap. vt super, de reb. eccl. nō alien. vbi quę sint res mensales. illud autem de episcopo sibi ipsi, aut capitulo alienare non posse est verius licet Abb in c. possessiones, eod. tit. d. ubi loquatur, per l. pupillus. §. pen. ff. de author. tut. vbi tutor potest palam emere a pupillo, in quo dicitur, pc de iure expressum, secus in episcopo, vide in cap. nouit. de his quę fi. a
15. præl. † Ipsas autē episcopales eccle-

fias vnire, non ad alium spectat, nisi ad Romanum Pontificem, cap. sicut vnire de excess. pręlat. namq. is, de duobus episcopatibus facit vnum, & de vno duos, eod. c. per gl. & in Rot. de offic. leg. decis. 1. num. 3. in nouis, in ant. sicuti pluries videmus, similes maiores ecclesias vnitas, ex earum paupertate, & ciuitatum ruinis. cap. & temporis qualitas, cum cap. seq. & c. pręcipimus. §. sicut. 16. q. 1. (vbi episcopo tribuitur eadem potestas in ecclesiis suę diocesis) etiam in Archiepiscopalibus, vt de Acherontino, & Matherano, Sipontino, seu montis Gargani, Sancti Marci, & milit. & extinguendo episcopatum aliquem, Archiepiscopali ecclesię vniedo, vt in ecclesia Sanctę Seuerinę factum est superioris annis per Pium Quintum Pont. Max. de episcopatu sancti Leonis vnito ipsi Archiepiscopali ecclesię, instante Illustrissimo, & amplissimo Domino, Dom. Iulio Sanctorio Cardin. Sactę Seuer. cum dictę ecclesię prę
16 esset. † Sic dicimus de Rege in suo regno, qui de vna prouincia potest facere duas, & de duabus vnā. ff. de offic. proconsul. l. si aliquam. Alber. in l. quoties C. de pręcib. imper. offert. vt de feudis ad sui libitum. Andr. in consuet. honorem. dom. Marinus Freccia patruus meus honorandus optimus Iurecōsultus, & maximus feudista, de subf. lib. 1. de orig. Bar. fol. 4. & Imperator vnit duas dignitates. Rebuff. in nostra reg. gl. 3. illud autē de Sum. Pontifice etiā ad tēporalia ampliat And. in proq. feud. q. 3. nu. 36. Vt cū imperium depēdeat ab ecclesia, potest: nā illud de Grecis trāstulit ī Germanos ex causa pōt eximere ab imperio vnā
pro-

provinciam, ex ea ratione, ut si potest totum, potest & partem. arg. l. si duo. ff. de admin. tut. patent prædicta, ex cap. duo sunt 96. dist. cap. venerabilem, de elect. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verb. totius. ut inde dicat Dantem in sua monarchia post mortem fuisse damnatum de heresi, dum aliter dicebat. Lanc. Contr. de Imper. §. 2. q. 2. n. 7. Quia de necessitate salutis ita tenendum est. c. nouit. de iudic. Amplissimus Do. meus Dom. Card. Albanus, de potest. Pap. 2. part. in princ. & n. 16. cum ad ipsum pertineat confirmare, & coronare Imperatorem. c. ad Apostolicę, de re iud. lib. 6. (sic, & nouas dignitates etiam in temporalibus creare, & cum præminentibus, & prerogatiuis, ut Pius Quintus Pont. Maximus. an. 1569. 4. sui Pontif. Cosmum Medicę Ducem Reipublicę Florentinę in Magnum Ducem Ethrurię creauit, cum suis posteris, & descendentibus, cum infinitis priuilegijs, ac Regali, Corona designata, & vide in d. const. incip. Romanus Pont. in excelso militantis, causas inductiuas ad dictam nouam creationem, de qua in præcedentia fuit aliquando controuersia inter alios principes, ut in allegationibus, quę circumferuntur videri potest) † Sed illud occurrit dubitari an si vnio alicuius ecclesię sit facta ex falsa causa, sit ipso iure nulla, ut alia declaratione, seu cõfirmatione nõ sit opus, scribit Boer. decis. 345. & Do. de Rot. decis. 1. de excess. prel. in nouis, dicunt vnionem validam, quia est seruata forma iuris, sed venit reuocanda, probata causa falsitatis, per quam fuit facta, arg. l. si pretor. ff. de iudic. Aegid. decis. 618. nu. 3. affirmat verũ

in facta ab ordinario, secus in Apostolica. Cassad. decis. 1. eo. tit sequitur Rebuff. in ead. regul. gl. 9 procedendo contra falsum exponentem, ut commissa defleat, & flenda ulterius non committant, c. nouimus. §. pro illo. de verb. signifi. quę dicitur vera pænitentia, quę duo si non interueniant non dicitur pænitentia subdit 18 ibi gl. † Et si Papa facit vnionem de ecclesia, & per eius superuenientem mortem non sunt expeditę litterę in forma solita. Boer. deci. 346. dubitat, si valeat vnio, quod pendet ab illa. q. Si gratia concessa a Sum. Pont. uti possimus non confectis litteris. Doct. ponunt, in proæ. sexti; nõ licet impetrans habeat intentũ luũ, q̄ habuerit gratiã, nõ tñ potest ea uti sine litteris, nec creditur, cum non sit, qui concessit, & faciat fidem, secundum mod. ibidem, quibus in foro consciętię sit tutus ea vtẽdo, in practica vero dicitur gratia informis. supr. lib. 1. c. 33. n. 9. Doct. in rub. de const. Gomez. in regul. de nõ iud. q. 1. Litterę. n. requiruntur ad probandũ gratiã Principis, ead. regul. q. 11. in fine. † Verum quñ ab aliquod petiit ecclesiã vniri, ex iusta, & rationabili causa ep̄s debet cõsenti re, eo. c. sicut vnire. Doc. i. c. pastoralis de dona. & si fiat donatio extra dięcesim, in qua dicit Reb. n. 33. & in gl. 11. nu. 3. cautius agi interueniẽte assensu vtriusq. ep̄i, & ecclesię donatę, & donatis. Doc. in cle. 1. col. 3. de reb. eccl. arg. l. Imperato. de excus. tut. & not. est tex. d. c. sicut vnire. §. i. q̄ metropolitani cõsentiẽs nihil operatur, quia ad ep̄m spectat, (de quo latius dicem⁹ Deo dãte in tra. de potest. Arch. i suos suffraganeos, & eius iurisdictione & quantũ extēdat, cũ in multis p̄ officiales

ciales excedatur in detrimentum ordinarię episcoporum iurisdictionis.)
 20 Sed ex mutatione temporum, etiã in hac materia multa sunt innouata ad ius antiquum, sicuti in alio testatur Imperator in authen. de his, quę ingr. ad. appel. quod ea. *Quę subtilium obseruatione cauta sunt plerũ que turbauit emergentium varietas causarum.* (Vt potius ex varietate hominum, q̄ temporum, quę dicere meliora fuisse, quam nunc, & quę sit causa, stulta est huiusmodi interrogatio Eccles. cap. 7.) Vnde ex dispositione nouissimi Concil. Triden. hodie ipse episcopus potest vnire ecclesias inferiores propter earum paupertatem, etiam quod ambę sint curatę, seu baptismales, vel non curatę s curatis, aut meliori modo, quo visum fuerit less. 21. de reform. cap. 7. less. 24. eod. tit. cap. 13. immo potest peti, & stantibus causis prædictis, vel alijs similibus iustis, episcopus tenentur cõsentire vnioni, & nõ debet denegare. Archi. 16. q. 1. c. & temporis. Mandos. q. 12. num. 4. *Exaudiri nõq̄ meretur petitio iusta.* Dicit sum. Põc. in extrau. exhibita, de priuil. in com. sicuti importuna deicienda. Doct. in cap. si quando per illum text. de rescrip. *Et mendax præcator careat etiam impetratis, & si nimia mentientis inuenitur improbitas, seueritati subiaceat iudicantis. l. & si legibus.*
 21 C. si contra ius. † Sed vigore ipsius facultatis non poterit episcopus unire beneficia monasteriis quibuscumque, seu Abbatis, alijs ve dignitatibus, eo. c. 13. quia cessat causa, & materia prouidendi suis ecclesijs parochialibus, & curatis. c. cũ cessare, de appel. quod est pro facto. c. pastoralis

de donã. & pro alienatione facta per prædecessores. Sed lex prospicit futura, non ad præterita, cap. si. de constit. vbi glo. & doc. Cum leges, & cõstitutiones futuris certũ sit dare formã negotiis, non ad præterita facta trahi. Mod. in cap. licet canon de elect. lib. 6. glo. in extrauag. *Suscepti regiminis.* Ioan. 22. ne Sed. vac. in verb. uacantiũ, in comm. & dictũ est supra lib. 1. c. 31. n. 1. per tex. aliũ in l. leges, & constitutiones. C. de leg. In facto autem vnionis, Dominus noster Dom. Greg. xiii Pont. Max. confirmauit vnionẽ alias per nos factam in episcopatu Rauellẽsi de paruulo beneficio s. Petri ad Piaczola, monasterio monialium sanctę Clare conuent. propter clausulã reformandã & in suo priuilegio superinde concessõ. 1578. meminit de Concil. Trid. & quod per nos factum fuerat, singula confirmando. † Cum verõ auctoritate eiusdẽ Conc. sit vnio in casibus prædictis, seruetur forma, vt fiat discussio de ecclesia paupere, cui vnio est faciendã, de qualitatibus vnionis, aut si propter ruinã, & nimiam paupertatem sunt ecclesię collapsę, & inde fiat authentica scriptura, quę plerumq̄ fieri solet in uisitatione. Hoc tamen adito, q̄ tã parochiales, quã alię dirutę, quę propterea vnuntur, & transferuntur non conuertantur in vsus sordidos, sed in quolibet ipsarũ erigatur crux. less. 21. de reform. cap. 7. q̄ quod si nimia egestate. Paupertas enim permittit hoc fieri, & ne clerici mēdicent, & ne ecclesię dirutę fiant scandalum aliorum cũ displicentia bonorum, quę fuit intentio Concil. prouidentis, quia. *Ne cessitas religionis infringit robur conuersi.*

- uersionis.* Et sic pietatis consideratione aliquid conceditur. 12. q. 2. ca. 23 religioſam vitam † Nec ſolū procedit in vnionibus faciendis, ſed in antiquis iam factis ab annis quadraginta, vt episcopus examinet ipſas diligenter, etiam tamquam Apoſt. ſed. delegatus, cognoſcēdo de ſubreptione, & obreptione. eod. Cōc. ſeſſ. 7. de reforma. cap. 6. & vbi inuenerit non legitimas, declaret irritas, beneficia ſeparet & alijs cōferat. ex alio decreto eiufdem Conc. ſeſſ. 25. de refor. gen. c. 9. §. quæ vero. Idq. optimo iure ſtatutum videtur, cum fere per importunitatem aliquando concedantur. ſuſtinet. n. patienter Papa, ſi episcopus non fecerit, quod praua ei fuerat inſinuatione ſuggeſtum, text. in capitulo ſi quando, de reſcript. ſupra hoc libro. cap. 4. nu. 10. cap. 20.
- 24 nume. 2. † Eccleſiam vero vnus diœceſis per episcopum vniri eccleſiæ alterius diœceſis, quamuis doc. velint poſſe fieri per eandemmet clem. ſin. prout refert Maria. Socci. in d. c. ſicut vnire. nu. 80. tamen de iure nouo eiuf. Conc. Trident. ne ordo eccleſiaſticus cōfundatur, beneficia vnus diœceſis, cuiuſcumq. qualitatis fuerint ex quacūq. prætenſa cauſa, ſiue augēdi cultum diuinum, ſiue beneficiatorum numerum, vt alia ſimili, nō poſſūt vniri beneficio alterius loci, ſiue diœceſis, nec monaſterio, collegio alterive pio loco, ſeſſ. 14. de reforma. cap. 9. (ſicut Præſes duarum diuerſarum prouintiarum, in vna nō cognoſcet alios, ſed omnes in ſua doct. in. l. ſin. ff. de iuriſdic. omn. iud. vbi mod. nu. 42. quia cum quiſque ſubiaceat ſuo loco, ibi debet cognoſci. dicūt ibi Doct. niſi in hijs, quæ ſupra diximus
- 25 cap. 21.) † Item eſt aduertendum, vt nec vigore ipſius facultatis vniedi, poſſit episcopus vnire beneficia regularia. id enim expreſſe prohibetur ex alio decreto d. Conc. ſeſſ. 24. de reforma. gen. cap. 13. §. in parochialibus, dum dicitur. *In parochialibus etiam eccleſiis, quarum fructus æque adeo exigui ſunt, vt debitis nequeant oneribus ſatisfacere, curabit episcopus, ſi per beneficiorum vnionem, non tamen regularium, ſi id fieri non poſſit* : & quæ ſequuntur. Ea namq. regularibus profeſſis, & religioſis illius ordinis conferri debent ſeſſ. 14. de reform. cap. 10. eod. Conc. & ſupra hoc lib. c. 15. nu. 75. ſic dicimus, quādo mandatur prouideri clerico ſeculari de aliquo prioratu, non poteſt niſi de beneficio ſolito gubernari per ſolitos clericos ſeculares regi, & prouideri ex decif. per text. in cap. cum de beneficio. §. quando,
- 26 de præb. li. 6. † Et hæc potiffima cauſa paupertatis vniedi eccleſias habere locū ampliatur ad oēs eccleſias etiam patronatas, vt exiſtentes pauperes, & collapſas episcopus poſſit vnire vocatis patronis, & recuātibus prouidere ſtatui ipſarum eccleſiarū patronatarum, per eundem text. Concil. ſeſſ. 21. de reforma. c. 7. §. parochiales, & §. ſi. quod de vocatione patronorum etiam doct. concludunt in ſe pius adducta, clem. ſin. qui ſatis recipiunt fructus, cum ius præſentandi habeant, & etiam emolumentum plerumque cum honoribus ad mentem text. eiufd. c. 7. eod. §. vbi not. & arg.
- 27 tex. in c. 1. de eccl. edific. † Sed a multis ſolet moueri quæſtio ad c. præd. Conc. Tri. q̄ per paupertatem tribuitur ep̄o poteſtas vniedi eccleſias etiam

etiam baptismales (nam tunc dicitur ecclesia pauper, quæ iacet sine spe recuperationis, deficientibus fructibus, & eleemosynis, vel quæ non potest aliquem honeste, & sufficienter alere, & hospites pauperes superuenientes recipere, iuxta glo. in cap. clericus. 21. quæst. 1. Rebuff. de vnion. num. 39.) An si aliqua ecclesiarum vnitatum perueniat ad habendum redditus, & sufficientes, reuocetur ipsa vnio facta tamquam cessante causa, & redeat ad primum statum suum arg. cap. cum cessante de appellat. Doct. in ead. cle. si. de reb. eccl. non alien. negant posse reuocari, quia iam inuenitur suppræssa, nisi ambæ essent effectæ diuites, quia posset peti a superiore dissolui vnionem tamquam
 28 ex iuxta causa. † Per ipsam tamen vnionem de ecclesia factam per episcopum, aut simpliciter per Papam, non videtur derogatum iuribus episcopalibus, quæ excepta sūt, nisi quid latius fuerit expræssum gl. in cap. pastoralis de don. vbi Doct. & diximus latius in tract. de iur. epis. 2. parte ca. 1. (namque non aufertur ius debitum episcopo, licet contrarium fuerit in antiquitus factis vnionibus, per annos ceterum, & inducta fuerit sollēnis præscriptio. Neq. comprehenduntur sub regula cap. 9. sess. 7. de reform. quod reuideantur, & examinētur, cum obstet lapsus tēporis, & de nouo obstaret prædictus tex. c. 13. sess. 24. de reform. gen. §. in vnionibus, quod non vniatur monasterijs, abbatijs, &c. quæ faciebant pro ecclesia nostra Rauellē
 29. si cui tūc præeramur.) † Id enim cla

rum est, vt per quacumq. vnionem factam de vna ecclesia ad aliam, visitationem ipsius respectu non impedi ead. sess. 7. c. 1. Beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, seu alijs ecclesijs, vel monasterijs, beneficijs, aut pijs locis quibuscunque perpetuo vnita, & annexa reperiuntur, ab ordinarijs locorum annis singulis visitentur, &c. Quod ad correctionem, & obedientiam ampliamus. Mil. in verbo vnio vers. 4. facit glo. not. in clem. quia contigit. de relig. dom. quæ vult, quod licet episcopus possit remittere aliqua iura episcopalia, non tamen a se possit abdicare correctionem, & visitationem, quæ duo non in fauorem ipsius episcopi, sed totius christianæ religionis, & ecclesiasticæ disciplinæ fauorabilia sūt, procurando tamē si potest, vt hæc disciplina populis salutaris, & necessaria sine asperitate cōseruetur, iuxta notata in Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 1. † Sed an episcopus in constructione alicuius ecclesiæ possit priuilegiū concedere, quod non visitetur, nec a se, nec a suis successoribus ponit Fed. de Sen. conf. 248. quæ refert Pauli in extrau. vas electionis. Bened. XII. in verb. locis, & licet viderimus multa priuilegia cōcessa, vt dubium sit iuris, hodie secus, nam subiectas, & exemptas, etiā auctoritate Apostolica singulis annis visitabit episcopus, appellationibus, priuilegijs, & alijs non obstantibus, alleg. sess. c. 8. cum alijs supra adductis, & dixi iterum supra hoc libro c. 8. nu. 7. &c.

DE EXPECTATIVIS, REGRESSIBVS.
& coadiutorijs.

CAP. VIGESIMVMSEPTIMVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **E**Xpectatiua qua sint, & a quo concedatur. 5
 2 **E**Xpectatiua quare sint odibiles.
 3 **E**Xpectatiua sunt prohibita a Concilio Tridentino.
 4 **R**egressus sunt sublatis, & ex qua ratione.
 5 **C**oadiutores cum futura successione non dantur, & quando aliter ex Conc. Trident.
 6 **C**oadiutores, qui dari possunt ab episcopis.
 7 **C**oadiutoria temporalis qua sit.

QUONIAM EC defuit aliquibus (prout tempore finiti Cōc. Trid. obseruatum fuit) discutere, & laborare de multitudine expectatiuarū a summis Romanis Pōtificibus, passim, & ex gratia, & ad aliorum petitionē, seu magis importunitatem cōcessarū, sic & de regressuum frequentatione, ac etiā de coadiutorijs, cum successione ad ipsas dignitates, ecclesias, beneficia, monasteria, ex quo euenit occasio murmurandi in mundo, qui de facili scandalizatur. Matth. cap. 18. *Ve mundo a scandalis.* Vnde de vnoquoq; ipsorum hic ad propositum vnū verbum est dicendū pro clariori materia tractatus, & quia sancti Patres in illa nō minus salutari, quā necessaria sancta synodo Tridētina ad id reformā dum oculos habuerunt. † Sunt autē litteræ expectatiuæ, quædam gratia cōcessa a Papa alicui, seu aliquibus beneficia primo vacātia, vel ad certū beneficium, certamq; ecclesiam, vel

monasterium, siue loco ipsarū nominationes dicit Pet. Rebuff. in pract. benef. de nominat. in princ. & præcipue vniuersitatibus studiorū, per docto. in ro. regul. Cancell. cōcedendo per varias litteras, vt monitorias, præceptorias (quarū hodie recesserat vsus) & exequutorias. Stap. de Gra. expect. & Gom. eod. trac. n. 6. ponēs decē formulas expectatiuarum, oibus tunc tēporis lucrosa materia, vt ipse Gom. ibi. nu. 26. referat se audiuisse a Domi. Laurentio Puccio Car. Sanc. Quat. Coron. q. lucratus in ea fuerat plusquam 200. ducatorum, et erant alię expectatiuæ in forma pauperū, dignę, & consonæ, solitæ cōcedi, & dici, vt pauperibus clericis prouideretur seruientibus altari, quibus prouideri, quam maxime honestum est. 1. ad Cor. 9. 12. q. 2. c. ex his, in c. cum secundum, de præb. & in genere, concessæ non procedunt in beneficijs exemptis, nisi quid expresse dicatur. not. Fel. in. c. graue, in princ. de offi. ord. solitæ cōcedi motu proprio
D. no-

D. nostri Papæ Doct. de præb. in 6. cap. si motu proprio. Gom. in reg. de Idiom. quest. 12. in princ. in 1. argum.

2. †. Ex abusu tamen sunt factæ odibiles, cum causarent votum captandæ mortis. c. 2. de concess. præb. causantes odia, rixas, & scandala. Rebuff. de expect. ead. par. per tot. & *tristissimi, & periculosi euentus*. Dicit optimus tex. in l. fi. C. de pac. §. sed nobis: Ex quo euenit, vt in compilatione decreti facta per Gratianum diligentissimum indagatorem antiquitatis. anno Domini. 1151. nullum verbum inueniatur tractari de ipsis expectatiuis, quia eo tempore non concedebantur. Mand. in pract. sign. hoc tit. fol. 15. vn. de post ipsum tēpus habuerunt ortum. Secundum Staph. & Gomez. de quibus modis cōcedēdi prohibitis. Doct. eod. c. 2. ciuilitæ. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obli. vt graui pæna subiaceat volens se institui in beneficijs viuētis. Abb. in cap. 1. de concess. præb. Cum prohibitum sit ante sepulturam morientis beneficiati, ecclesiæ de alio nimis propere providere. c. bonæ. lo. 2. de elect. in maioribus post tertiū diē sepulturæ ordinauit Bonifatius III. in cap. nullus lo. 2. 79. dist. (dom episcopus Vulter. lib. 5. cap. 35. nu. 6.). †

3. Quibus, vt obiuraretur, optime statutū est in Cōc. Trid. sess. 24. de reform. gen. cap. 21. similes expectatiuas, seu gratias de providendo nulli amplius esse concedendas, sub quocumq. nomine, aut ad quancumq. summam, nec cōcessis amplius illis vti, annullādo eas, quod ampliatur, & ad reseruationes mentales, & ad indulta, vt similiter non cōcedantur in §. nec vti cōcessis. (idq. obseruari multo prius or-

dinauerat omnibus. Magnus ille Paulus III. Pont. Max. qui quam maxima necessaria erat reducturus ad debitam sacrorum canonum normam, nisi breuitas vitæ ei imminisset, nam ad multa, quæ ipse egregie decreuerat. in Conc. Trid. per omnes consideratum fuit, in vna sua const. incip. ad Romani Pont. 1557. an. 3. (Cuius heroicarum virtutum imitator præcipuus est Illustrissimus D. Antonius Carafa S. R. E. Cardinalis Amplissimus, & D. meus obseruandissimus, vt sicut sanguinis ratione ei conuenctus est, sic virtutibus, vitæq. sanctitate proximus in omni honore sit.) †

4. Ex eo principaliter, quia successio hæreditaria in ecclesijs, & beneficijs odiosa est, nec iura permittunt. capit. præsentium. c. ex transmissa. cap. quoniam de fil. presb. vt sicut in expectatiuis prouisum est, sic ex eod. Conc. & ex simili ratione prohibiti sunt regressus, siue accessus, quos damnabiles dicit Rebuff. de regress. in prac. benef. 2. part. & qui primo frequentissime concedebantur, vt merito amplius non concedi decretum sit, (etiam de consensu) in omnibus beneficijs ecclesiasticis, & in omnib⁹ personis. ses. 25. de refor. cap. 7. nec concessi transferantur, aut extendantur: Visum est enim, plerumq. tristes, & periculosos oriri effectus. d. l. fi. C. de pact. exinde Pius. V. Sum. Pont. an. 1571. 6. sui Pöt. annullauit omnes, etiā per summos Pontifices concessos, qui tamen non reperiebantur integraliter expediti in sua Const. incip. Romani Pontificis. † Eademq. ratione factum est restringi vias ad coadiutorias cū futura successione, vt amplius nemini concedatur, aut permittantur, eod. cap. 7. in coadiu-

coadiutorijs, nisi certis existentibus
causis, & qualitatibus per Summum
Pontificē recognoscendis. §. quod si
quādo. Est enim hoc de maioribus
causis ad Sedē Apostolicā referendis
c. 1. de cler. ægro. in 6. qui, cum dan-
dus sit, de bonis prælaturæ habet vi
uere. c. 3. cum seq. eo. tit. Abb. multa
in c. fi. ipso tit. vbi de coadiutoris offi-
cio. 7. q. 1. c. scripsit mihi. cum seq. nec
in minoribus concedi visum est, sic
sanctum visum est Concilij Trid. de-
cretum. In maioribus tamen Cathedra-
libus ex caus necessarijs concessum
est, vt proximè per sanctissimū
Dominū nostrum pro ecclesia Senē-
si, Montisfeltr. & nouissime p̄ eccle-
sia Spoletana, & aliis. Infirmas .n.
& senectus hoc patiuntur, vt dispen-
setur, eod. c. scripsit, quia languēte pa-
store grex insidiator is languente den-
tibus exponitur, & vtilitates ipsi⁹ ec-
clesiæ depereunt. cap. quamuis, ead.
6. caus. & quæst. † Non tamen loquen-
do de illis coadiutoribus, qui dandi
sunt ab episcopo, etiam vti Sed. Apo-
stol. delegato, Rectoribus, & parochis
illiteratis, & imperitis, quos alio no-
mine vicarios dicimus, cum certa fru-
ctum assignata portione, ex alio de-
creto ciuid. Conc. sess. 21. de reform.

c. 6. qui si ipsi administrauerint, tenē-
tur rationem reddere de administra-
tione facta in ecclesijs, quibus dati
sunt. eod. c. 1. in fine de cler. ægro. &
hæc dicitur coadiutoria spiritua-
lis (& fortius quādo datur per imperi-
tiā, & negligentia, quā quando, per
infirmatē, extra eo. c. 1.) † Est, &
alia tēporalis, quādo Regi prodigo,
& negligenti, de administratore, &
coadiutore prouidetur, vti Inno. III.
fecit Regi Portugal. in c. 2. de suppl.
negl. præl. lib. 6. Nec subditi in totum
aboluuntur a iuramento quoad do-
minum, quia personam suam conser-
uare tenentur. eod. c. & per Gemin.
quia Regnum est indiuisibile, & non
patitur quos. c. licet de voto. Romu-
lus, & Remus urbem Romā ædifi-
carunt, Romulus Remum fratrem
occidi fecit. l. fi. cum gl. ff. de rer. diuis.
Vnde Leo Sum. Pon. in ser. 1. in Na-
tiuit. Apost. Petri & Pauli, loquens de
Roma, inquit. *Quorum studio prima
mœnia tuorū fundamēta locata, sūt:
ex quibus is, qui tibi nomen dedit fra-
terna te cede scēdauit.* Et Innoc. alle-
gat. D. Mari. Frecc. de subfeu. lib. 1. de
orig. Bar. n. 4. sed expirat eius coadiu-
toris dati officium, mortuo eo, cui da-
tus fuit, eod. c. 2. & per mod.

DE RESIGNATIONIBVS BENEFICIO-
rum, eorumq. collationibus, & pensionibus.

CAP. VIGESIMVM OCTAVVM.

S V M M A R I V M.

1 Innocentius Tertius, quibus ca- 2 Infamia per quæ crimina irrogetur
s. bus permisit posse renuntiarī 3 Senectus quanta incommoda produ-
e ecclesias cath. drales. cat.

Scientia

- 4 Scientia est necessaria in personis ecclesiasticis.
- 5 Plebis malitia, facit ut prelatus eam relinquat.
- 6 Scandalum vitari debet, quantum potest.
- 7 Irregularitas persone maxime notatur.
- 8 Inimicitie faciunt cessare opus debitum.
- 9 Aeris intemperies excusat prelatum a residentia.
- 10 Episcopus renuntians episcopatu, qua retineat.
- 11 Beneficio renuntiari non potest sine superioris consensu.
- 12 Beneficium resignari debet in manu superioris spiritualis.
- 13 Petens licentiam a Papa de renuntiando, si obtinet, non potest penitere.
- 14 Pius Quintus, quomodo, & quando prouiderit beneficia resignari.
- 15 Corpore vitiatum quando ordinandus est, & quando remouendus.
- 16 Censura ecclesiastica grauant beneficium.
- 17 Beneficiorum pluralitas non debet permitti.
- 18 Ingressus religionis quando faciat vacare beneficium. Et quid de contractu matrimonij. nu. eo.
- 19 Beneficiatus volens resignare debet habere unde uiuat.
- 20 Resignatio est duplex.
- 21 Beneficij an sit facienda larga interpretatio.
- 22 Permutationes beneficiorum etiã ex lege Pij Quinti, seruata forma iuris sunt licite.
- 23 Beneficia resignata quibus personis non possunt conferri.
- 24 Beneficia renuntians, possessioni eiusdem, etiam dicitur renuntiare.
- 25 Delinquentes sunt beneficijs priuandi.
- 26 Resignantes beneficia, vel ea resignata conferentes contra formam traditam per l. Pij. Quinti, quana puniantur.
- 27 Beneficijs renuntians a quibus cauere debet, ne in confidentiam incidat.
- 28 Beneficia vacantia intra quod tempus conferri debet.
- 29 Tempus sex mensium non currit episcopo existenti apud Sed. Apostolicam eunti, & redeunti.
- 30 Menses ordinariorum pro conferendis beneficijs, qui sint.
- 31 Alternatiua mensium concessa episcopis residentibus, quomodo computanda sit.
- 32 Episcopi volentes uti alternatiua mensium, debent eam notificare Domino Datarario.
- 33 Forma litterarum acceptationis alternatiue.
- 34 Acceptatio alternatiue ab episcopis, registratur in cancellaria, & datur nota a domino Datarario.
- 35 Bulla ordinum, & beneficiorum sunt registranda.
- 36 Constitutio Pij Secundi de promotis ante tempora statuta, vel ante etatem legitimam, aut sine litteris dimissorijs.
- Ordinati in aliquo ex tribus predictis casibus, sunt suspensis, & quando irregulares. nu. eo.
- 37 Promotio legitima ad ordines sacros, que dicitur.
- 38 Ordinatus per saltum, an sit irregularis, & quando episcopus possit dispensare.
- 39 Beneficium non potest obtineri ante deci-

Decimum quartum annum. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. Pensiones sine licentia dom. Papa non possunt extingui, etsi gratis remittantur.

ti. eod. nu. Pensiones, quæ possint imponi ecclesiis, ex Conc. Trident. eod. nu.

AD materiam visitationis oportune videndum est, de beneficiorum resignationibus, cum bullas oporteat discurrere, titulos, collationes, onera, pensiones, & si veræ sunt causæ, quibus resignantes moti fuere, ne ex suspitione vnus, in aliud euenisse, repenatur, cum his temporibus multum ordinarius non subesse quæsierint, sed de maioribus primo dicamus. † Innocēt. us enim Tertius Pont. Max. (qui, & vita, & doctrina clarus fuit, & sub quo celebratum est Concilium generale Lateranense secundū, anno 1215. & sub cuius Pontificatu ecclesia peperit duas gemmas præciosas, Beatum Dominicum prædicatorum ordinis fundatorem, & Beatum Franciscum similiter ordinis minorum institutorem,) in sua decretali Nisi cū pridem, registrata per Gregorium Nonum, lib. 1. decret. tit. 9. de renunt. monet Episcopum Arelatensem pastorale officium nō deserere, adducens causas, quibus renuntiari potest: ex conscientia criminis, debilitate corporis, defectu scientiæ, malitia plebis, graui scandalo, & sexto ex irregularitate personæ, declinans optime vnumquodq. requisitum. † Et de primo, de conscientia criminis, quando infamia ipso iure irrogatur, & dicitur tex. q. etiam post peccatam pœnitentiā ipsius, impeditur executio officij. § 1. & glo. exemplificata in tribus, symonia, homicidio, & peccato ipso iure irrogate infamiam nec pœnitentiā delet infamiam notatā.

alia gloss. in c. testimonium, de testib. prima quæst. 3. §. hinc colligitur, & alia gloss. per eundem §. in capit. fin. de purg. cano. (per summum Pontificem tollendam, ad quem spectat dispensatio, licet in minoribus, in aliquibus casibus episcopus dispense super infamiam, de quo Felin. in cap. cum te. num. duo decimo, de re iudic.) De hæresi fortius, cum excommunicatio ipso facto incurritur, quia infidelis est, qui dubius est in fide, cap. primo, de hæret. cum, & voluntas persistens puniatur, quia propositum animi irreuocabile, licet regulariter cogitationis pœnam nullus mereatur. l. cogitationis. ff. de pœn. Bald. in l. si quis non dicam, de episcop. & cleric. Felin. in capit. firmissime in fin. de hæret. Illud autem de dubio in fide, declara, vt per Felin. ibidem, quando hæc dubietas habet in se firmitatem animi, & quamdam pertinaciam. Alber. de agnoscend. assert. cathol. & hæret. quæstio. tertia, num. sexto. Cum enim quis eorum, quæ sunt fidei, habet errorem in mente, & de tali errore, credendo habet pertinaciam in voluntate, hæreticus est. S. Thom. in quarto, distinctio. decimatertia, quæstio. secunda, artic. 1. Eymer. in Director. secunda par. quæstio. 32. hancq. infamiam, nec episcopus, nec item inquisitores tollunt, sed solum summus Potif. Zanch. de hæret. c. 8. sicut de milite, dimisso a militia terrena cum ignominia l. ff. de his, qui not. in fa. (Idē dicimus de obiectione, quæ apponitur alicui eligēdo.

E e Vel

Vel fit in formam. vt in c. quia propter. de elect. Vel in personam. cap. cum in cunctis. eo. tangit vtrumq. tex. in c. super eo. eod. tit. de poena. postmodum obiicientis, & non probantis in cap. 1. de elect. lib. 6. esto me mor.) in alijs non de facili dispensatur, ex ea ratione, si omnes crederet, ex qualibet criminis conscientia, pauci inuenirentur in ipso ministerio. † Propter debilitatem corporis procedentem per infirmitatem cōtinuam, & senectutem, eam tamen quę impotentem reddit ad exequendum officium pastorale. §. alia. Nam defectus, & canities ætatis, vitę senescentis, vix dolores, & labores, tolerare possunt, quia senectus dicitur ipse morbus. c. magnę deuoto, *Amplius octoginta anni labor, & dolor*. Psal. 89. Boet. de Consol. Phil. lib. 1. Metro. 1. lamentans posuit versus, quos supra adduxi. lib. 1. c. 16. nu. 2. in c. Florentinum. 85. dist. & Valerio Seni Episcopo Hypponenſi accessit Augustinus adiutor in episcopali officio. c. sicut in fine. cum c. seq. 7. quęst. 1. *Ne languente pastore grex dentibus insidiosoris laniandus relinquatur*. capit. quamuis ead. caus. & quęst. supra c. prox. nu. 5. in fine. † Ex defectu scientiæ (quę ad modum necessaria est in ecclesiasticis) vt cū ignoretur administratio spiritualium, & cura temporalium, salubriter fit cedendo. §. pro defectu. vt de Cælestino Papa V. exinde cessisse papatu legimus in c. 1. eo. ti. lib. 6. Ne ecclesia Dei ob imperitiam gubernantis periclitaretur, & citato cap. Florentinum. Ecclesia nã. eget viris litteratis. c. cum ex eo. de elect. in 6. vt sciat quis sacrã scripturam, & tractare negotia temporalia

pro administratione temporalium. Cū vita quia nihil magis ecclesię Dei officit, quam indignos assumere ad regimen ecclesiarum, & animarum. cap. nihil de elect. ideo ea scientia requiritur, vt possit satisfieri necessitati muneris suscepti, siue iniungendi sess. 22. Conc. Trid. de reform. c. 2. §. scientia. † Propter malitiam plebis, si adeo durę ceruicis sit, vt clare constet non proficere, sed in dies magis indurescere. §. propter malitiam: & adest testimonium Gregor. in capit. vltimo. 7. quęst. 1. dum fert exemplum de Apstolo, qui fugit Damascum dimissus in sporta. Act. Apost. cap. 9. & in c. aduersitas. §. hoc autē ead. quęst. cum non adsit spes corrigendi: sed debet Prælatuſ primū omnimodo prouidisse ad remouendam malitiam, vt per ipsum sterisse non dicatur, exemplo eiusdem Apost. Act. cap. 20. 43. dist. capit. Ephesius, etiam moderando seueritatem disciplinę, alias, *Sanguinē elicit, qui nimis emungit*. eod. §. & sess. 25. Concil. Tridenti. de reform. gen. c. 1. cum de mercenariorum more verbum fit. Sic enim recte iudicat aufugiens, nam, & Helyas cum videret populū Israeliticum deditū errori, per multa tempora se absentauit ab illorū aspectibus, vt in libr. Reg. legitur. *Et Iesus a Iu deis se abscondit, et exiit de templo*. Ioann. cap. 8. & iterum cap. 10. *Querebant eum apprehendere, & exiit de manibus eorum*. Vnde dixit discipulis suis Matthæ. c. 10. *Cum autem persequentur vos in ciuitate ista, fugit in aliam*. Et Dauid Psal. 69. vbi de persequentibus animam, & mala. † Graue scandalū si euitari non potest causa est, vt cedat ecclesię. §. pro grau.

gravi; vitandum est enim populi scandalum cap. duo pueri, de dispens. impub. nec Papa consentit aliquem, etiā bonum, & nullam dantem occasionē elegi propter scandalum, quod 8 magis vitari debet, Gl. & Doct. per illum tex. in cap. considerauimus. de elect. Felin. in cap. ex litteris lo 1. de homici. refert Innoc. in adducto. c. nisi cū pridē. Quod cogitur qs cedere ecclesiæ propter scandalū & per ipsum in cap. super eod. de sent. excō. Abb. in cap. 1. nume. 8. de elect. & in eod. §. ex litteris, dixit Abb. Episcopum posse clericum, etiam inuitum permutare a sua parochia, in qua sine scandalo stare non potest (quod dictum facit modo pro episcopo conuicino in vno curato suæ diœcesis, vt ea ratione ipsū transferat, licet ille cedere non velit. quia magnum est totius populi scādālū.) † Notatur item, & sexto irregularitas personę. §. personę. sed ex bigamia (non ex illegitimatione super qua dispensatur. ca 1. & per tot. de fil. presb. Rebuff. de dispens. sup. defec. nat. num. 67.) quæ dicitur irregularitas procedens ex defectu sacramenti, de quo Dom. Couarr. de spons. 2. part. c. 1. & in clem. fin. prima parte. §. 2. de homic. Cum nec p baptismum ea tollatur. iuxta communem omniū sententiam. per Couarr. eodem §. numer. 5. Martin. Nauar. in Manual. cap. 27. de irregul. nume. 195. Namque odibiles sunt bigami in hoc, vt ad ordines ecclesiasticos vocentur. Inde deficientibus ministris pro exercendis ministerijs quattuor minorum ordinum, poterunt suffici homines coniugati, vitæ probatæ, dummodo tamen non sint bigami. session. 23. Concil.

Tridenti. de reform. cap. 17. §. quod si. Martin. Nauar. eodem numero. iuxta alia, quæ dicemus infra de ordin. ecclesi. cap. 7. & unum verbum supra cap. 15. nume. 36. † Vidimus etiam propter graues inimicitias posse cedi ecclesiæ, & beneficijs, ex quibus quis tutus non est, nec securus accedere ad locū, sicut dicimus de metu propter tyrannum. argument. 7. quæst. prima. cap. pastoralis. & in alio casu debito iri ad Sedem Apostolicā, propter inimicitias non compelli, sed excusari. cap. de cætero. de sentent. excommun. alius textus expressus in c. quamuis eod. tit. & si prædictorum respectu inobedientia causatur. argument. cap. si quis diaconus. circa med. ibi *Aut omnibus illis contrarios, & inimicos esse se cognoscant.* 40. distinctio. Quando generalis est inimicitia, & non eo respectu deferre, aut muneri iniuncto deficere, nē ex malitia subditorum, vt correctionem fugiant, & exinde odisse videantur iuxta tradita in Conc. Trident. sessione decimatertia de reformatione. capitulo sexto, quæ est iusta causa. glos. per illum textum in cap. finali de cleric. non resid. † Additur etiam (& seruit pro infra dicendis) aeris intemperies, vt sit iusta causa cedendi, non ita residendi. Hostien. in summa, quia *Pestibilis fundus, pestiferam herbam producit.* Imperator in l. si prædium. C. de edil. action. scribit optime Franc. a Ripa dictus de sanct. Nazar. in suo eleganti tracta. de peste per tot. supra eod. lib. c. cap. 4. num. 7. *Et cælum (id est aer) pestilens ruinam minatur.* L. 1. §. 1. de cloach, quæ inde dicitur periculofior, quia ex aeris infectione, maxime

semper subsistente, ut ad Deū precibus, & orationibus sit continuo vacandū, quando vero ad tempus, pro eo tempore cessandum est, quod vigere videtur tempore æstivali, super uenientibus magis caloribus. vide Aff. in rubr. de confer. aer. adducens versus schol. saler. ad Regem Angliæ cap. 14.

Lucidus, ac mundus sit rite habitabilis aer.

Infectus neque sit, nec olens fetore cloaca.

(Erit autem pestis initium dolorū in mundo dixit Dom. Matt. cap. 24. in princ. ex illo 1. Ezech. cap. 6. *Et dic heu ad omnes abominationes malorum domus Israel. quia gladio, fame, & peste ruituri sunt, qui longe est peste morietur, qui autē prope, gladio corruet, & qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur, &c.* Sic ciuitates destruuntur mortalitate, & langoribus, cap. quosdam. de præsumpt. ut plurimum bello existente causa arg. l. quoniam multa. C. de vi pub. Anan. conf. 158. col. i. vers. ex his omnibus.) † Quando vero episcopus renuntiat episcopatu, retinet, quæ sunt ordinis, quia loco & administrationi, non dignitati, alias secus. & si non habet exercitium, habet habitum, & alibi de consensu pprii potest. ex dicto Alex. III in cap. 1. de ord. ab episc. qui renunt. epi. ubi in dubio, loco, non dignitati. cum possit stare dignitas sine loco. per Doct. seruando formam traditam in Conc. Trid. sess. 6. de reform. cap. 5. quod de licentia ordinarij loci, & in personis eidē ordinario subiectis (notando hoc dictum) repetitum in iess. 14. de reform. cap. 2. de quo dixi

vnum verbum supra lib. 1. cap. 22. num. 9 in fine. & dicit Abb eod. cap. 1. In episcopo concurre quo iura, vñū dignitatis episcopalis coherens persone, alterum administrationis propter locum, & est post confirmationem, quia primo non episcopus, sed electus dicitur. Vnde licite administrat, & habet potestatem iurisdictionis ante consecrationem, sed non quæ sunt ordinis, non tamen debet manere sine consecratione saltem infra tres menses. sess. 23. de reform. cap. 2. † Ex quibus etiam factum est, ut nec in beneficijs liberum sit cuique renuntiare, nam si in se fuit accipere, non potest per se ipsum dimittere, nisi ordinarius eius consentiat. per tex. Alexand. Quarti in cap. admonet de renuntiat. (Cum enim clericus acceptauit beneficium, visus est per quasi contractum se obligare ad administrationem illius beneficii.) argum. capit. nisi cum pridem. §. verum. eodem tit. Fel. in cap. quæ in ecclesiarum. nu. 42. circa med. de Constit.) & sic alias facta renuntiatione canonica vletio (idest excommunicatio) contra ipsū adhibeatur. glo. ibid. iux. quod de episcopo, qui non nisi in manu Papæ, eod. cap. nisi cum pridem: sic de legato Cæsaris scribit Papinianus in l. legatus. ff. de offic. præsid. ubi gloss. notat de episcopo, quod & de beneficio. Sed in clerico habendo solum primam tonsuram, renuntiat ipsi faciundo contrarios actus, ut si ea derelicta, se secularibus immisceat, cum videretur eam habere in uituperium ministerij ecclesiastici. dicit tex. in cap. Ioannes in fine. de cler. coniug. doct. lare in cap. 1. de apost. † Ideo facienda est renuntiatio in manibus

nibus superioris spiritualis, qui præ-
est ecclesiæ, seu beneficio, cui renun-
tari petitur, & facta in manu laici
non tenet, sed renuntians priuatur.
c. quod in dubijs. eod. tit. Et sic actio
nulla producit effectum in odium
renuntiantis, quod est notandum ad
multa, glo. exemplificat ad accepta-
tionem inutilem, quia actus nullus,
plerumq. inducit actum validum, c.
si religiosus in princ. de elect. lib. 6.
Mar. Ftecc. de subfeud. lib. 1. prima.
author. nu. 18. cum seq. quamuis in
beneficio patronato velint doct. esse
renuntiandum in manibus episcopi,
sed cum noticia patroni propter suū
interesse: quod late prosequitur Epi-
scopus Insulanus de iur. patronat.
lib. 3. 5. quæst. art. 5. qui si noluerit af-
sentire, nō est dicēdū posse impediri
ad renuntiationem, si causa adsit ad
renūtiandum, vt infra, nam satis fuit
13 scire pro interesse. † Et vbi obtenta
est a Papa licentia de renutiando,
non datur regressus, seu pœnitentia
c. ex transmissa. cap. quidam cedendi
eod. tit. quamuis constituto procu-
ratorē ad renūtiandum, ante actum
possit reuocare, & cadat pœnitentia.
Doc. ibidem, quia res est integra, per
not. in c. in causis, §. quia vero vbi gl.
de elect. & alia gloss. in c. quia ceden-
di. [Quia quotidiana instantia confi-
deratur,] cap. illa de elect. in princ.
Quod tamen procurator constitu-
tus sit ad hoc per publicum instru-
mentum, non per litteras priuatas,
quia vix reciperetur, dicit Rebuff. in
pract. benef. 3. p. de constit. procu. ad
resigna. apposito speciali mandato,
c. quia ad cogendum de procu. lib. 6.
quod est cum nominatur beneficiū,
quod resignari vult. ead. p. num. 11.

14 † Sed ad reprimendum fraudem cu-
pientium renuntiare beneficijs, ne
quid prohibitum committeretur, sta-
tutum fuit primo, per legem Pij V.
Pont. Maxim. incip. officium creditę
1567. an. 2. coram ordinarijs nullam
resignationem beneficiorum fieri
posse, quouis quæsito colore, aut ad-
mitti, etiam quod fuerint patronatus
laicorum: seruatis illis omnibus di-
spositioni Sedis Apostolicæ, quæ
postmodum per ipsummet Summū
Pontificem, an. tertio. 1568. per aliā
constitutionem incip. quanta eccle-
się, fuit modificata in multis casibus,
quibus resignationes ab ordinarijs
admitti potuissent. [Vt eorum, qui
senio confecti, Valetudinarij, Cor-
pore impediti, Vitiati, Crimini obno-
xij, Irretiti censuris ecclesiasticis, ex
quibus nequeunt, vel non debent be-
nificio seruire. Ingressus religionis,
& contractus matrimonij cum effe-
ctu,] & c. Seruatis alijs dispositis per
Innocent. Tert. vt supra latius est di-
ctum, & Nos etiam iterum pro in-
telligentia dicemus, cum continuo
in curijs ab omnibus practicentur.
15 † Corpore enim vitiatur aliquando
non debet promoueri, & quandoq.
remoueri promotus, cum plerumq.
irregularitas in eo accidat, vel scan-
dalum, prout tot. tit. de corp. vit. ex-
ponitur, nam vel est ea deformitas,
quod causet habenti detrimentum
in executione ordinis, vel habeat ma-
ximā in se deformitatem, vel quod
sit ab habente causata, eo. tit. & opti-
me declarat Couar. in clem. si furio-
sus 1. p. nu. 5. de homic. & si non pōt
promoueri, non pōt habere benefi-
ciū, cum in laico non cadat cōcessio
beneficij, ergo superueniente defor-

mitate admittitur renuntiatio ad re-
 mouendum aliorum scandalum, &
 vt Dei ecclesiæ per optimos serui-
 16 tur De censuris ecclesiasticis, quam
 officiant, dictum est supra, lib. 1. c. 31.
 grauant enim beneficiatum, nam
 aut quis est suspensus & non seruit,
 aut excommunicatus, & fortius, quia
 ab officio, & beneficio de appellat.
 c. pastoralis. Vnde non confert. de
 præb. c. tantum. Nec beneficium ha-
 bere potest c. cum bonæ mem. de
 ætat. & quali. c. postulastis de cler.
 exc. dep. vel interd. min. vbi de mate-
 ria per Socc. & nu. 7. Quod scienter
 conferens suspenditur a collatione
 beneficiorum, & optime facit excō-
 municatus renuntiare, priusquā per
 seuerando priuationem expectare.
 Etiam quod postea sequatur absolu-
 tio, beneficium collatum tempore
 inhabili vacat. Quia tempus impetra-
 tionis inspicitur, gl. not. per illū tex.
 alleg. c. cum bon. mem. Et si spiritua-
 lia tractare manens in excommuni-
 catione ausus fuerit, deponi debet.
 gl. fi. in eod. c. notat aliqua Couar. in
 17 com. lib. 6. † Vel quod resignans ha-
 beat alia beneficia, aut ad aliud pro-
 moueatur, quia non debet quis multa
 beneficia habere: vnus vno con-
 tentus esse debet, de præb. c. de multa
 vbi gl. fin. Pluralitas enim benefi-
 ciorum in vno odiosa est: sess. 7. Cōc.
 Trid. de refor. c. 2. & 3 [Cum eccle-
 siasticus ordo peruertatur quando
 vnus plurium officia occupat cleri-
 corum.] Eod. Conc. sess. 24. de refor.
 gen. c. 17. (quod in temporalibus ē
 prohibitū esse videmus, vide Doct. in
 c. 3. de prob. l. iubemus la 2. C. de sa-
 cro sanct. eccl.) in simplicibus ep̄s di-

spensat, & est cōc. dictum hodie, ex
 generali tolerantia, vt infra, nu. 19. di-
 18 cemus. † Item si Religionem quis
 appetat, cum effectu in eam intran-
 do, quia admittitur renuntiatio ab
 ordinario, sed expectatur annus pro-
 bationis, antequam vacet per se, in-
 tra quem potest exire, & non dicitur
 primo vacare beneficium, per not. in
 tex. & gl. in c. statuimus de regul. & di-
 ctum est supra hoc lib. c. 15. nu. 84.
 idemq. matrimonium contrahendo
 c. si quis a modo. 81. dist. (subdit tex.
 in vtroq. [Si statim postea id re ipsa
 sequatur.] Licet non per sponsalia
 tantum, in nostris famil. sing. in l. C.
 nu. 94. & æquiparantur insimul hi
 duo casus, matrimoniū spirituale, &
 carnale, vt possit quis renuntiare, sed
 primitus videbatur experientia cum
 regularibus dispensari, vt beneficia
 obtenta potuissent retinere, non ob-
 stante impedimēto religionis, quod
 16 post Conc. Tri. non tractatur. † Sed
 in his aduertendum est, vt probetur,
 & constet resignantem, ex alio ex
 prædictis casibus, si fiat talis resigna-
 tio, habeat vnde viuere possit, & cō-
 mode (exceptis illis duobus de matri-
 monio, & religione) & Pius V. in sua
 lege expræsse cauit ibi: [In vita pos-
 sit cōmode sustentari.] Nā si men-
 dicaret, rediret vtiq. in vituperiū ec-
 clesiastici ministerii, c. ad supplica-
 tionē de renun. & si remanet vnum,
 quod sit sufficiens, arg. tex. de præb.
 c. super & c. is cui eo. lib. 6. Facta cō-
 sideratione personę resignantis, digni-
 tatis, & scientiæ, per c. de multa de
 præb. & quandoq. redditū benefi-
 cij resignati, arg. c. quoniam de vit.
 & honest. cler. & faciunt pro confir-
 matione, quæ dicuntur in Cōc. Tri.
 sess.

fel. 21. de refor. c. 2. §. id vero ibi. [Ne
 que ea resignatio admittatur, nisi cō
 fito, quod aliūde viuere commode
 possit, & aliter facta resignatio nul
 la fit. Etiam quod fit facta ordinatio
 ad patrimonium. §. patrimonium ve
 20 ro. † Est autem resignatio duplex,
 pura, & libera, & conditionalis, vt in
 fauorem talis, & non aliter. Prima
 coram episcopo fieri potest. Secun
 da non, nisi coram Papa & in suis
 manibus: Ordinarius enim cum con
 ditione accipere nō potest, c. ex par
 te, lo 1. de offic. deleg. & aliter tractā
 do incurreretur simoniæ crimen, su
 per quo episcopus nō potest dispen
 sare. eo. c. Rebuff. de resign. cond. vbi
 disputat; An debeat admitti talis re
 signatio facta in fauorem alicuius, &
 non aliter, ab ordinario, reiecta illa
 clausula in fauorem, tanquā non ap
 posita, & cōcludit, quod non, quia
 non recedendum ab explicatis: sed
 pro opinione Boer. faciunt dicta su
 pra nu. 12. & in dubio adhærere ip
 sius opinioni, (Sed notandum quod
 stylus seruatus in curia, dum resigna
 tur beneficium in manu Pontificis,
 posse denominari in fauorem cuius
 petitur renunciationem admitti, nō
 ita passim accipitur hodie, fit tamen
 cautela, & præsenteretur renuntiatio
 libera, & præsenteretur similiter peti
 tio alterius, & in cuius fauorē renun
 tians vult conferri, & Papa gratiam
 facit: meminit etiam de hoc Nauar.
 in suo Man. lati. c. 23. n. 107. vers. ad
 21 decimum. † Nec ad curata tantū be
 neficia prædicta procedunt, sed ad
 omnia etiam simplicia, vt ex serie ip
 sarum litterarum apparet (contra
 multorū opinionem) cum larga sit
 significatio nominis beneficij nec v-

num datur, per quod aliud potuisset
 excludi, c. si tibi concessio de præb. li.
 6. vbi not. omnes: Est enim beneficiū
 beneuola actio gaudium tribuens ca
 pientibus, in vsib. feud. de mil. vass.
 qui contu. est: sed de spiritualibus, ni
 si adimpleantur debita, fit maleuola
 actio male vtenti, & de materia di
 ximus plura supra. & Moder. in trac.
 de benef. 1. p. Item patrimonialia cō
 præhēduntur, Fel. in c. postulasti de
 rescrip. Ac etiam præstimonialia, vt
 ibidem habetur, quæ sunt beneficia
 dixi supra, lib. 1. c. 20. n. 13. Abb. in c.
 tua nobis nu. 3. de reg. iur. ac itē præ
 bendæ. D. Anton. in c. fin. de præb.
 Fel. in eod. c. postulasti. Pensiones, &
 alia per eundem tex. Conc. fel. 21. de
 22 refor. cap. 2. † Permutationes bene
 ficiorum item fieri possunt, licet per
 primas litteras fuissent abrogatæ: sed
 tamen seruata forma canonicarum
 sanctionum, & Apostolicarū in §. ad
 hæc. in vlt. l. etiam si essent in parti
 bus, aut vnum cum pluribus, plura
 cum vno, curata cum simplicibus, &
 è contra Feder. in trac. permut. q. 12.
 dummodo non fraude, vt in infirmo
 permutante pingue beneficium cū
 tenui, iuxta not. in c. 1. de rer. perm.
 lib. 6. per doct. & in reg. Canc. de in
 fir. resign. q. 19. & in quibus adfit su
 perioris authoritas, alias simonia cō
 mittitur, & esset tractare aliter eod.
 tit. c. quæsitum. Nauar. in Man. c. 23.
 nu. 99. vers. 3. quod episcopi autori
 tate interueniente, vbi potest in his
 ad suam collationem spectantibus,
 tam in beneficijs, quam dignitatibus
 eo. c. 1. in 6. alias per acceptantem in
 trusionis titulus incurritur, conclu
 dit not. Felin. in c. in nostra, n. 12. de
 rescrip. (Quando tamen clare cōstat

de collatione non spectante, ad materiam eorum quæ in facto fuerunt de mutatione præbendarum, per c. quæsitum & dubium in dignitate ex communi opinione, dicit gl. in 3. regul. cancel. Innoc. viij. vt dicebat in resolutione D. Card. Alciatus bonæ mem. quod nobis durum visum fuit quia l. Barbarius, ff. de off. præt. non procedit in spiritualibus, Angel. ibidem Socc. in fall. doct. in c. nihil de elect. refert Gomez. in regul. de public. resign. q. 3. circa med.) & quod sint ab omnibus seruatae qualitates, & vno obseruante, alio recusante adimplere, fit restitutio in ipsius primum beneficium, quia non aliter, nec alio modo, in c. cū olim de rer. perm. cum multis requisitis ad validitatem permutationis faciendæ beneficiorum, not. per Rebuff. in sua pract. ben. p. 3. de rer. perm. & n. 22. Si consensus patroni, requiratur, aut noluerit consentire, & quod non requiratur. ead. pract. 3. p. sign. nu. 43. dicens ita obseruari de generali consuetudine ecclesiæ & de rer. perm. nu. 22. post requisitionem patroni, 23 etiam non consentientis. † Cautela tamen consideratione noua aduertenda est, quod admissis ipsis resignationibus ab ordinarijs in casibus præ narratis, ipsa beneficia resignata nõ conferantur, alicui ex suis ordinarij rum, aut consanguineis, affinis, familiaribus ve resignantium, §. ceterū. ead. l. Ad prohibendum ne dictæ renuntiationes fierent ob carnis affectum, quod, & Moyses item reprobaui, refert Rebuff. hoc tit. nu. 9. & ne consanguinei, & familiares hæredes fierent beneficiorum ecclesiæ in superioribus pluries est dictum,

& sess. 25. Conc. Trid. de refor. gen. 24 cap. r. §. quia propter. † Nec dubitandum, quod facta resignatione, renuntiatum est etiam possessioni, Innoc. in c. super hoc, de renunt. quia ab eo pendet possessio, & tam in civili, quam in naturali l. 3. §. in admittenda, ff. de acquir. poss. Cassad. decif. 4. de restit. spolia, nam ex possessione adepta iudicamus quem beneficium (dū modo non stet per ipsum.) Quia si habet beneficium, & non fructus, non dicitur plene adeptus, nec pacifice possidere supra. eod. li. c. 15. nu. 77. notatur in cap. si tibi de præb. vbi glof. meminit de episcopo promotō, & translato, ante consecrationem, & possessionem adeptā non vacare sua beneficia c. cum in 15 cūctis. de elect. † Et ad ipsam legē facile ampliamus, quare obnoxij criminibus permittantur libentius ad renuntiandum, quia ad eorum priuationem iura conueniunt, sicuti de Homicidis priuandis Innoc. in cap. cum in nostris de præb. in tit. de cleric. pugn. in duell. de quo est decif. Concil. Trid. sess. 14. de refor. gener. c. 7. cuius verba sunt. [Cum etiam,] qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari auelli debeat, qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiam si crimen id, nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, et si curam non habeant animarum, conferri liceat, sed omni ordine, ac beneficio, & officio ecclesiastico perpetuo carcat: si uero homicidium, nõ ex proposito, sed casu vim vi re- pel-

pellendo, vt quis se à morte defende-
ret, fuisse commissum narretur, quã
ob causam, etiam ad sacrorum ordi-
num, & altaris ministerium, & bene-
ficia quæcumq. ac dignitates, iure
quodammodo dispensatio debeat, ut
committatur loci ordinario, aut ex
causa Metropolitano, seu viciniore
episcopo, qui non nisi causa cog-
nita, & probatis precibus, ac narratis,
nec aliter dispensare possit.] Et ponit
Nauar. in Man. cap. 27. nu. 239.
vers. ex quibus, pro eod. tex. vide su-
pra hoc lib. c. 16. n. 37. De adulterijs
81. dist. cap. si quis clericus, Clar. lib.
5. recep. sent. §. adulterium. De simo-
niacis, in extrau. Paul. 2. incip. cum
detestabile. Feli. in cap. in nostra, de
rescrip. in constit. Pij V. incip. cum
primum 1566. an. 1. De concubina-
rijs, etiam iure ciuili, l. qui eum. C. de
episc. & cler. in auct. de sanctif. epi-
scop. §. clericos, & per constit. Leo-
nis X. in Concil. Later. 1416. anno 4.
sunt suspensi spatio trium mensium
fructibus suorum beneficiorum, & si
facta monitione non cessatur, ad pri-
uationem procedatur, vt latius se-
quitur Berm. in comment. ad ipsam
constitut. & per not. in Conc. Trid.
sess. 25. de refor. gen. cap. 14. (Accre-
scentibus fructibus beneficii duran-
te tempore suspensionis ecclesiæ, di-
cit gloss. in clemen. secunda, in verb.
suspensus de vita & honest. cleric.)
Vel quia turpiter, & scandalose vi-
uatur, ex alio decreto eiusdem Con-
cil. sess. 21. de refor. c. 6. §. eos vero,
ergo optime fit, si ex ipso quis re-
nunciet. † Et prædictæ qualitates ip-
sius nouæ constitutionis sunt seruân-
dæ, cum præcise legislator posuerit,
& subiecerit pœnas contra non ob-

seruantes, suspensionis, excommuni-
cationis, earum absolutione, & rela-
xatione summo Pontif. & reseruatis,
§. qui vero, & §. nihilominus, & con-
tra conferentes, & acceptantes. Sic
enim lex superioris obseruatur, vt
metu pœnæ quis caueat cōtrauenire.
Ad huc nãq. sunt factæ leges, vt earū
metu humana coherceatur audacia,
quarta distinctio. cap. factæ sunt; &
sacris sanctionibus pœnæ sunt cer-
tæ constitutæ ad reprimendam ma-
litiã peruersorum, cap. ad reprimen-
dam de offic. ordin. [Et pœnæ
metu de cætero talis non præsu-
mant. Dicit alius text. in cap. irre-
fragabili, §. ceterum, eodem tit. quia
alias esset unicuique ad leges trans-
ferendas aditū aperire, sess. 25. Conc.
Trid. de refor. gener. cap. 18. dum
loquitur de dispensationibus. Vbi
enim lex non determinat, ibi arbi-
trium episcopi vertitur argum. not.
per gloss. in extrauagan. execrabilis.
Ioan. xxij. in verb. bonæ famæ, in fi.
27 de præb. † Caueat tamen renuntiã
beneficio, ne quo pacto possessione,
introitus, redditus fructus, in totum,
vel in partem ipsius beneficii resi-
gnati amplius tractet, vel se intro-
mittat, neque vt procurator, aut
mandatarius, namque incideret in
præsumptionem confidentiæ, & pœ-
nis contra simoniacos illatis punire-
tur, iuxta aliam constitutionem eius-
dem Pii Quinti, inci. intolerabilis, §.
ad probandum 1569. anno quarto,
& latius, quam per Pium Quar-
tum fuerat prouisum, in constit. in-
cip. Roman. Pontif. 1564. Pontific.
quinto, (super quo, quid sit confi-
dentiã, quotuplex, ex quibus conii-
ciatur, pulchre Mar. Nauar. in Man.
cap.

c. 23. nu. 109. per plur. sequ. episcop. 30
 Vult. lib. 5. de irreg. & can. imped.
 c. 33. nu. 5. vers. ad hunc tractatum,
 ubi modos committendi enumerat.)
 28. † Cum vero beneficium vacat, non
 per resignationem, sed per obitum,
 infra sex menses episcopus illud cō-
 ferat (si ad se spectat) ne per diutinā
 uacationē ecclesia patiatur aliquod
 detrimentum, c. 2. de concess. præb.
 alias ad superiores defertur potestas
 conferendi, ut si elapso prædicto tē-
 pore per Concil. Later. constituto
 quis conferat, collatio adhuc erit
 nulla, ex decreto Innoc. iij. in c. dile-
 cto filio, de suppl. negli. prælat. com-
 putando terminum a scientia ipsius
 uacationis, non ab ipsa uacatione. c.
 quia diuersitatem de conc. præb. &
 hoc in ecclesijs minoribus. Sed in 31
 cathedralibus, & regularibus infra
 tres menses: quia maior ratio uersa-
 tur. c. ne pro defectu, de elect. † Sed
 retrahitur tempus ab ipso tempore
 præfinito, alicuius legitimi impedi-
 menti, ut possit etiam postea confer-
 re, ut quia in urbe apud Sedem Apo-
 stolicam, eundo, & redeundo, ex res-
 ponsio ipsius tex. c. quia diuersitatē.
 de conc. præb. ubi Doct. notant im-
 pedimentum iuris, uel facti, ut ex sus-
 pensione, peregrinatione, & simil.
 & not. gl. eod. c. ne pro defectu, in-
 ueib. impedimento, & de suspensio-
 ne dicit in eod. c. quia diuersitatem,
 §. sic tamen. [Quia etiam si uoluerit
 tunc, non potuerit, & in §. semestre,
 declarando tempus a notitia ipsius
 uacationis computari, fortis tamen
 est ratio, quia beneficia non debent
 stare in pendentia, c. 2. c. si tibi absen-
 ti. de elect. lib. 6. cum periculosa sit 32
 diuturna uacatio ecclesiarum, d. c.
 ne pro defectu. † Eo tamen confide-
 rato, ne beneficium vacans sit affe-
 ctum Sed. Apostolicæ per ordina-
 rias reservationes cuiuslibet Summi
 Pontificis tempore assumptionis,
 prout in regulis uniuscuiusque sta-
 tim apparet, Doct. in c. is cui, & c. si
 beneficia, de præb. lib. 6. vel non sit
 uacatio talis in mensibus Papæ, qui
 ex gratia ordinarijs reliquit quat-
 tuor menses, Martium, Iunium, Se-
 ptembrem, & Decembrem, in qui-
 bus est item locus præuentioni: quia
 nec Papa in totum a se abdicauit po-
 testatem. Rip. lib. 1. responsio 15. Sta-
 phil. de grat. expect. nu. 8. & in mul-
 tis casibus per nouissimas Constitu-
 tiones, in quibus si ordinarius se in-
 tromittit, nullum, & inualidum repu-
 tatur, quod agatur. † Quamquam
 illud de mensibus hodie ex gratia sit
 modificatum ad episcopos in suis
 tantum ecclesijs personaliter residē-
 tes, ut gaudeant alternatiua mensiu,
 sex pro ipsis ordinarijs, & sex pro
 Pōtifice, alternatim, de vno ad vnū:
 incipiendo exempli gratia a Ianua-
 rio pro Pontifice, ut in Regula Pij
 V. Pont. Max. 1565. ann. 1. de quin-
 quennio tantum ualitura, & confir-
 mata per D. N. D. Gregorium xij.
 Pont. Max. 1572. an. 1. ad aliud quin-
 quennium (& iterum 1577. an. 6. re-
 nouata) ea tamen clausula adiecta,
 quod si in reservationis, & affectis dispo-
 sitioni Sed. Apost. quis se intromitteret
 aut impedimentum præstabit, quo-
 minus prouisiones emanatæ debitū
 sortirentur effectum, vsu, & benefi-
 cio facio facultatis eiusdem alterna-
 tiuæ eo ipso careat. in §. ac etiam.
 † Et iuxta Regulæ tenorem, in §. illi
 vero, Episcopi, qui uti ea gratia vo-
 lucerint,

luerint, debent acceptare ipsam, & de acceptatione per patentes litteras sigillo proprio firmatas D. Datarium S. D. N. certum facere, vt non alias gaudere possint concessione facta, sic. n. voluit Princeps gratiam facere, vt eo modo, quis vti ea debeat, quod etiam, & Pius V. ordinauerat, ne sit in facultate ordinarij, quando vacat beneficium, vti velle, vel non, cōsiderata ipsius qualitate, & in fraudem pręsumeretur, quę ideo adiumentum esse non debet. argu. c. tuę, de cleric. non resid. Fraudibus. n. non indulgendum, sed obuiandum est, c. ex par. in fi. de priu. & excess. priu. l. in fundo, ff. de rei vend. & fraus, & dolus nemini patrocinari debent. c. sedes. c. ex tenore, de rescri. † Forma autem litterarum, quibus episcopi significare habent, se velle vti eadem gratia communiter obseruari potest N. E. T. Beneficium, & gratiam alternatiuę per regulam nouissime editam Cancell. Apost. a S. D. N. D. Gregorio xij. Pont. Max. nuper concessam, & promulgatam Romę in eadem Cancell. Apost. an. Incarn. Domini 1572. die vero Iouis 26. Iunij, pōt. sui an. r. debita, qua decet reuerētia, & gratiarum actione acceptare volentes, & intendentes, harum serie, & animus, & voluntatem nostram declarantes, pręfatam gratiam alternatiuę acceptamus, & c. in quorum fide, & testimonium pręmissorum, pręsentis nostras, iuxta pręfatę regulę dispositionem patentes litteras, manu nostra propria subscripsimus, & nostro in similibus solito sigillo imprimi, ac per infra scriptum secretarium nostrum scribi iussimus & ad R. D. Datarium sanctitatis suę

transmitti curauimus, datum, & c. cū subscriptione, sigillo, anno, mense, & die, & subscriptione eiusdem secretarij. † Quibus missis, & recognitis a D. Datario solet addi fides, eas fuisse adnotatas in cancellaria, & posse acceptantem vti alternatiua, sub hac forma. die, mense, anno, & c. Pro parte R. D. Episcopi. N. pręsentatę, & recognitę fuerunt litterę acceptationis gratię alternatiuę mensium concessę a S. D. N. Greg. xij. Pont. Max. episcopis apud suas ecclesias residentibus. In quorum fidem. M. Datarius. † Id deniq. ordinando generaliter, vt Bullę omnes, tam ordinum, quam beneficiorum registrentur in communi libro, cum in ipsis, & de ipsis omnes visitari debeant, vt dictum est item supra hoc libro, c. 3. n. 2. quorum omnium titulos ostendere tenentur ordinati, & beneficia, vt dicunt Doctores communiter in c. ordinarij, de off. ord. lib. 6. Ioan. And. in c. mora de regul. iur. lib. 6. & latius Henricus de Bottis in tract. de synodo episcopi, p. 3. concl. 13. n. 145 vbi alios citat, diligenter examinando super illis, ne ordines sacri sint accepti extra tempora statuta, aut ante ætatem legitimam requisitam, vel sine litteris dimissorijs proprij episcopi, contra canonicas sanctiones, quia suspensio ipso iure incurritur, & administrando, item irregularitas, vt demum ad priuationem beneficiorum iure procedi possit, iuxta Constitut. Pij Papę Secundi, cuius tenorem ad maiorem declarationē hic subfeudi curauimus. † Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. Cum ex sacrorum ordinū collatione carактер inuisibilis

sibilis animæ imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum, & in eorum susceptione excessus graues tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur: cum itaq. (sicut fide dignorum relatione, non nisi moleste accepimus,) nonnulli clerici extra tempora a iure statuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui vero sine dimissorijs litteris contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros ordines promoueri. Nos eorumdem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt alijs in posterum committendi similia, aditus præcludatur, Authoritate Apostolica, hac constitutione perpetuo valitura, statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli, qui absq. dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora a iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absq. dimissorijs litteris, etiam citramontani, a citramontanis (præterquam si in hoc ultimo casu per Cameram Apostolicam iuxta illius stylum) ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, a suorum ³⁷ ordinum executione ipso iure suspensi sint, & si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumperint, eo ipso irregularitatem incurrant, præterea, vltra alias pœnas in tales generaliter a iure inflictas, beneficijs ecclesiasticis pessint iure priuari. Volumus autem, quod præsens nostra constitutio in Romana curia existentes, post quindecim dies, absentes vero Italicos post duos menses, alios vero Ultramontanos post sex menses

ab ipsius in audientia contradicenti, & Cancellaria Apostolica, publicatione, & affixione ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum anno ab Incarnatione Dominica, 1461. 15. Cal. Decēbris, Pontificatus nostri anno 4.] De qua etiam alij Romani Pontifices memorunt, pro vt S. D. N. D. Gregorius XIII. Pont. Max in suis regulis in illa xxij. de male promotis sub his uerbis. [Item de clericis extra tempora a iure statuta, siue ante ætatem legitimam, aut absq. dimissorijs litteris ad sacros ordines se promoueri facientibus pro tempore, etiam uoluit Constitutionem Piæ memoriæ Pij Secundi prædecessoris sui desuper editam, & in dicto Cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit, cum ex sacrorum ordinum, &c. pari modo obseruari.] † Ea enim dicitur legitima promotio ad sacros ordines, quæ in sabbathis quatuor tēporū anni, & in sabbathis Maioris ebdomadæ, & Passionis fit, quando aliter breue a Sede Apostolica non est obtentum, in ætate requisita. Ad subdiaconatū non ante 22. Ad diaconatum non ante 23. Ad sacerdotium non ante xxv. ann. ex generali decreto cap. duodecimo, sess. 23. de refor. Conc. Trid. & in eos grauius duplici pœna inuehendo, qui, etiam scienter ante prædictā ætate se promoueri

Non tamen ponantur pensiones in fauorem filiorum in ecclesijs possessis ab eorum parentibus, sess. 25. de reform. gen. cap. 15. Et si habens pensionem ordinari cupit consentiente episcopo, eam extinguere non potest sine licentia eiusdem episcopi. sess. 21. de reformat. cap. 2. §. patrimonium, (sicuti in alijs sine licentia Pape, licet gratis possit remitti. idem Nauar. eo. Man. c. 23. nu. 3.) Bigamis laicis, nec item concedendæ, ex constitutione Pij V. sum. Pon. sacrosanctum, in prin. 1568. an. 3. & hæc circa Concil. reliqua ad materiam remittimus ad tra-

statum, & qq. doctissimi viri Dom. Hieronymi Gigantis, de pens. & quod obtinens dicat horas Beatæ Mar. supra, lib. 1. cap. 20. nu. 24. Quamuis non teneatur ad tria illa onera, hospitalitatem, onera episcopalia, & procuracionem visitantibus. c. extirpanda, de præb. ca. prohibemus. de cens. lib. Et quod non soluatur sine expeditione litterarum, saltem in conscientia. Gom. in reg. de non iud. quæst. 14. Licet valeat quod soluatur pensio sola supplicatione expedita, sine alia expeditione bullarum, supra lib. 1. cap. 33. post nu. 1. &c.

DE STUDIIS GENERALIBVS, PV- blicis Gymasijs, eorumq. priuilegijs.

CAP. VIGESIMVM NONVM.

S V M M A R I V M.

- 1 *Studium variarum scientiarum in Ecclesijs diuitibus, & populosis esse debet.*
- 2 *Studia generalia debent esse ordinata pro augmento Religionis, & disciplina ecclesiastica.*
- 3 *Philosophi qua præcipue in studijs obseruare tenentur ex decreto Concil. Later.*
- 4 *Decretum Concil. Lateran. de studijs generalibus publicari debet ab ordinarijs.*
- 5 *Lectio sacra scriptura procuranda est in publicis studijs, & Gymnasijs.*
- 6 *Rectores studiorum, & vniuersitatum tenentur obseruare decreta Concil. Trident.*
- 7 *Professores cuiuslibet scientia in principio debent facere professionem fidei.*
- 8 *Magistri Grammatices ad eandem professionem tenentur.*
- 9 *Magistri Grammatices assumi debent idem de magistris, & doctoribus.*
- 10 *Clerici dum sunt in studijs habentur, ut presentes circa beneficia. Vbi idem de magistris, & doctoribus.*
- 11 *Clerici debent assistere studijs ut gaudeant priuilegijs.*
- 12 *Curiosus in quo differat studiosus.*
- 13 *Studentes ex quibus euadant perfecti.*
- 14 *Gymnasijs præpositi sunt immunes a muneribus ciuilibus.*
- 15 *Nominati ad beneficia, non promouentur nisi examinati ab episcopo. Fal-
lis*

LIBER SECVNDVS.

- lit, vt ibidem .
 16 Roma dicitur communis Mater .
 17 Scholaris si moriat ur sine herede, suc-
 cedit collegium excluso fisco .
 18 Magistri honoradi sunt a discipulis .
 19 Magistri assumedi quas quantitates .

- habere debent .
 20 Littera Hebraica, & Caldea mul-
 tum conferunt ad interpretatione
 sacrae scripturae .
 21 Inuentores litterarum, qui fuerint
 a principio .

Animarum saluti sic sancta
 Ecclesia est intentata, vt se-
 quatur vestigia Christi sui
 sponsi, qui animam suam
 posuit pro ouibus suis. Ioan. cap. 10.
 exindeque curæ ipsarum inuigilet,
 atque non negligi, a ceteris, quibus
 onus est, mandat: in Conc. Triden.
 de refor. sess. 23. c. 1. c. Alma mater,
 de senten. excom. lib. 6. cap. 1. §. 1. de
 reliq. & ven. sanct. eod. lib. ad id at-
 tendens animas primum fieri erudi-
 tas, demum linguas. Sap. c. 1. Imper-
 ator. in proce. ff. §. illud vero, quia
 corrui anima sine virtutibus. gl. in
 cap. o propheta, prima quæst. 1. Sicut
 enim hominum genus, homines, ita
 animarum genus virtutes sunt. Ete-
 nim familiæ hominum splendore
 generis nobilitantur, animarum au-
 tem clarificatur gratia splendore
 virtutis. D. Ambros. in lib. de Noe,
 & Arca, ca. 4. quod adherendo Deo,
 quis consequitur, a quo, *Omne da-
 tum optimum, & omne donum perfe-
 ctum est, Jac. 1. c. 1. Vnde David, psal.
 111. Initiu sapientia timor Domini;
 intellectus bonus omnibus faciētibus
 eum.* † Ideo adhuc pro complemēto
 visitationis in hac parte aliqua sūt cō-
 sideranda, quæ diriguntur ad bonum
 commune, & ex quibus regimen ip-
 sarum ecclesiarum possit dignis com-
 mitti. Vnde cura est episcoporu in
 magnis, & populosis Ciuitatibus pro-
 curari studiū diuersarum scientiarū,

iuxta Constit. synodus Eugenij Pa-
 pæ, in cap. de quibusdam. 37. dist. vbi
 inquit. *De quibusdam locis (vt ad nos
 refertur) neque magistros, neque curā
 inueniri pro studio litteratum, idcir-
 co ab vniuersis episcopis subiectis ple-
 bibus, & alijs locis, in quibus necessitas
 occurrerit, omnino cura, & diligētia
 habeatur, vt magistri, & doctores cō-
 stituātur, qui studia litterarū, libera-
 liumque artium dogmata assidue doceāt,
 quia in his maxime Diuinā manife-
 statur, atque declaratur mādāta. Et in
 cap. relatum. ead. dist. cum alijs pluri-
 bus, non de hoc mundo, quia. Sa-
 piētia huius mundi stultitia est apud
 Deum. 1. ad Cor. cap. 3. Iob. cap. 5.
 Compræhendam sapientes in astutia
 eorum. & psal. 93. Dominus scit cogi-
 tationes hominū, quoniam vanæ sūt.*
 † Quibus studijs erectis, Episcopus
 omnia visitare debet, statuta, refor-
 mationes, constitutiones, modum, &
 dies, vt diligenter præscrutetur, si
 omnia sunt ordinata pro augmento
 Religionis, & ecclesiasticæ discipli-
 næ, & si quæ minus se habent, possit
 corrigere, & emendare, iuxta decre-
 tum Concil. Triden. sess. 25. de refor.
 gen. c. 2. §. sed, & aliqua. Vbi, quan-
 do vniuersitates, & studia immediate
 subsunt Romano Pontifici, ipsa visi-
 tanda relinquuntur personis delega-
 tis per ipsum sum. Pont. §. quæ vero.
 Sicuti plurimā disposuit Eugenius
 Quartus, reformando, in Const. in-
 cip.

cip. a supremo Patre. 1432. an. 2. con-
 firmantur. Enim reformationes datæ
 studijs erectis, ne ex ipsarum obliuio-
 ne, opera debita omitterentur. Atq;
 3 id adnotetur principaliter in ipsis stu-
 dijs, vt decretum Latera. Consil. cele-
 brati sub Leon. X. (licet incepti a
 Julio II.) anno 1513, sess. 8. obser-
 uetur. Quod philosophi in eorum
 lectionibus, & conclusionibus expli-
 cent omnia, quæ a recta fide nostra
 christiana deuiarent, vt de immortali-
 tate animæ, de eius vnitae, de mun-
 di æternitate, & similit. in his verita-
 tem religionis christiane manifestan-
 do declarent. & pro posse doceant
 resoluentes argumenta ipsorum phi-
 losophorum, cum, & auctoritatibus
 etiam gentiliū ipsorum vanitas con-
 uincatur. ead. di. 77. cap. si quid, Non
 pollendo sophistico apparatu in am-
 bitiosa obstentatione verborum, ex
 doctrina Boe. de discipl. scol. cap. 6.
 quam merito Augustinus lib. 2. de
 doctr. christ. cap. 36. dixit esse libidi-
 nem rixandi, & puerilem quamdam
 obstentationem vincendi aduersariū
 (& contra dicta philosophorum vide
 multa per Nauar. in prælod. man.)
 4 † Quod adeo obseruandum est, vt
 exinde iniunctum sit ordinarijs in
 principio studij singulis annis publi-
 cate debeant rectoribus ipsarum Vni-
 uersitatum, decreta ipsius Conc. Ge-
 ner. concernentia studia litterarū ex
 præscripto appposito in fine. *In virtute
 sanctæ obedientie*: quia, & anima intel-
 lectiua immortalis est, & cui libet cor-
 pori humano infundit, vna unicuique
 vt ead. sess. in princ. est autem præce-
 ptum iniunctum ipsis philosophis huius-
 iusmodi continentie. (si propheta ver-
 ba publicanda erunt, quod & præstat)

Insuper omnibus, & singulis philoso-
phis in vniuersitatibus studiorum ge-
neralium, & alibi publice legentibus
districte præcipimus, vt cum philoso-
phorum principia, aut conclusiones, in
quibus a recta fide deuiare noscuntur,
auditoribus suis legerint, seu explica-
uerint, quæ de hac de immortalitate
animæ, aut vnitae, & munditæ-
ritate, ac alia huiusmodi, tenentur
eisdem veritatem religionis christi-
anæ omni conatu manifestam facere,
& persuadendo pro posse docere, ac
omni studio huiusmodi philosophorū
argumenta, cum omnia solubilia exi-
stant, pro vitijs excludere, atque re-
solvere. Hucusque Conc. vnde dixit
Apost. de philosophis mundi ad Co-
loss. cap. 2. Vt idete ne quis vos decipiat
per philosophiam, & inanem falla-
ciam, secundum traditionem homi-
num, secundum elementa mundi, &
non secundum Christum. Et in Qui-
bus vniuersitatibus, & Gymnasijs pu-
blicis procurandum est, vt vbi nõ ad-
est lectio sacræ scripturæ instituat,
& vbi est dimissa restituatur, hortatur
enim plurimum ad hoc laudabile in-
stitutum sanctæ synodus pietatem, &
charitatem Religiosorum Principū,
& Reipublic. sess. 5. Conc. Trid. de re-
form. cap. 9. in Gymnasijs: Quanta-
namque sit vtilitas ipsius lectionis, sa-
tis diximus supra. lib. 1. cap. 17. vbi ad-
plenū: & inde ipsi lectores sacræ scri-
pturæ præferendi sunt alijs professori-
bus, cum doceant homines, qualiter
salutem animarū procurare debeant.
multa inquit Honorius III. sum. Pot.
in cap. si. de mag. per illud Apost. in
post. ad Tim. cap. 3. ibi. Quæ re pos-
sunt instruere ad salutem, per fidem,
quæ est in Christo Iesu: omnis scriptu-
ra diui-

ra diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. *Estote vos perfecti*, (dicit dom. Matth. capit. 5.) *Sicut, & pater vester celestis perfectus est.* Idq. maxime, vt Rectores ipsarum vniuersitatum, & studiorum generalium obseruent decreta præfati Conc. Trident. vt omnes professores doceant, quæ ad catholicam fidem pertinent, cum iuramento ad id astringentes: ex alio decreto iusd. Concil. sess. 25. de reform. gene. cap. 2. §. ad hæc omnes, non torquentes verba, & sententias sacre scripturæ, ad scurrilia, & fabulosa, & similia, alias vt temeratores, & violatores verbi Dei puniendi essent. sess. 4. in decreto, de edit. & v. sacr. libr. §. post hæc. Sic enim nomē doctoris licite tribuetur. Quia vere docere, est fidem christianam humanis pectoribus inserere, nam iuxta dictum D. August. lib. 4. de doctrin. Christ. cap. 10. circa finem. Is est docēdi optimus modus, quo fit, vt qui audit, verū audiāt, & quod audit intelligat, & cap. 12. non, vt sciatur, quid agēdum sit, sed iam, vt agatur, quod scitur. Quæ, vt efficacius exequantur, & præstantius, debēt oēs professores quarumcumq. artium in principio professionē fidei facere, promittētes docere alios, quod ipsi asserunt firmiter credere. alleg. c. 2. §. citato, iuxta tenorē Bullæ Pii III. de qua supra pluries meminim⁹. Ex quo fit, vt doceantur quæ vera sunt, & dedoceantur quæ mala, vt ibidem dicit August. adducto c. 10. Non vacillando authoritatem diuinarū scri-

pturarum, quia alias fides titubare diceretur. eod. tit. lib. 1. c. 37. per August. Ampliandō hoc de proffione fidei ad ludi magistros, seu grammatices præceptores, vt & ipsi ad id etiam teneantur, & fortius quia teneros pueros edocere habent, qui faciles sunt ad accipiendū, quod porrigitur. Vnde, & de ipsis disposuit Concil. Later. prædictum sub eod. Pont. sess. 9. c. 7. sub hac forma. *Statuimus, vt magistri scolarium, & præceptores pueros suos, siue adoloscētes, ne dum in Grammatica, & Rhetorica ceteris huiusmodi instruere debēt, verum etiam docere teneantur ea, quæ ad religionē pertinet, vt sunt Præcepta Diuina, Articuli fidei, sacri Hymni, & Psalmi, ac Sæctorū vita diebus Festiuis nihil aliud eos docere possint, quā in rebus ad Religionē, & bonos mores pertinētibus, eosque in illis instruere, hortari, & cogere, in quāvis possint, teneantur, ne dū ad Missas, sed etiam ad Vesperas, diuinaq. Officia audienda, ad ecclesias accedant, similiter ad sermones audiendos impellant, nihilque cōtra bonos mores, aut quod ad impietate inducat eis legere permittāt.* Quæ cū necessaria sint, & ex quibus utilitas maxima prouenit pro salute animarū, ne ex defectu paupertatis restaret adimpleri, magis ad pauperes respiciēdo, qui ex benignitate naturæ ppter docilitatē ingenij obscurāt intellectu, nō habentes in bonis, quō sibi cōsulerēt: puidēdū est in omni ecclesia cathedrali esse magistrū grammatices, qui clericos eiusdē, & scholares pauperes doceat: assignato ei aliquo beneficio iuxt. institutū piū in sanctæ ecclesiæ cap. 1. de mag. clem. 1. in fin. eo. titu.

& decretum Conc. Trid. sess. 5. de re-
for. c. 1. §. ecclesie vero. qui magister
aliquam habeat docendi formam,
pro vt supra diximus in materia se-
10 minarij. lib. 1. c. 16. n. 14. † Ipsorumq.
studiorum causa fauorabilis iudica-
tur, vt clerici in studijs generalibus
degentes pro presentibus habeantur
in suis ecclesijs (de studio theo-
logie, & canonum secundum alt-
quos) accipiendo redditus preben-
darum, & beneficiorum per quin-
quennium, & non vltra. cod. tit. de
mag. c. si. confirmatum in eo. Cōc. Tri-
sess. 5. de refo. c. 1. §. docentes. Quod
ad ipsos magistros theologie exten-
ditur per ipsum. c. fin. & Nauar. am-
pliat etiam ad docentes Canones in
Man. c. 25. nu. 58. in fi. Non tamen
quotidiane distributiones debentur,
quia ipse interessentibus tantum di-
uinis dantur. c. licet vobis. de preb.
Cum non veniant appellatione be-
neficij, nec sint de corpore beneficij. 13
Rota decis. 306. in antiq. & supra est
dictum, licet Fel. dissentiat cons. 18.
21 nu. 4. † Quod tamen ipsi clerici assi-
stant studijs, non dimittendo, vagan-
tes. Quia vnus actus scientificus non
facit quem studiosum, sed continua-
tio. Nam nec vna hirundo facit ver.
Phil. 1. ethi. Nec vnus flos. Bal. in l. 1.
col. 2. ff. de iustit. & iur. & dixi in fa-
mil. sing. in l. 5. nu. 36. non dimitten-
do per publica spectacula, confabu-
lationes vanas, & scurrilia. Quia tan-
diu retinentur scolarium priuilegia,
quamdiu ad ociositatem non perue-
nitur. Gul. bened. in sua longa Repet.
c. Raynutius in verb. dotem n. 65.
de testam. gl. in auct. statuimus vt nul-
lus. C. de episco. & cler. attenden-
tes pietatem, & religionem, fugien-

tes malas conuersationes, alias non
gaudent, & *Qui non laborent, & non
manducent.* 2. ad Thessal. cap. 3. leg.
quauis. ff. de dam. infec. quia sic per-
uenitur ad virtutem, de virt. & vit. c.
12. 1. † Ideo scolares debent esse studio-
si, non curiosi, nam vt inquit August.
in libro, quem de Vtil. cred. ad Ho-
nor. scripsit. c. 9. Curiosus requirit,
quæ nihil ad se attinent, sed studio-
sus, quæ ad se pertinent, Vnde cu-
riosum sine conuitio non dicit, nec
studiosum sine laude, & perniciosam
curiositatem vocat tex. in c. 1. de po-
stul. prel. lib. 6. quia volunt quidam
esse Curiosi, vbi non expedit, & in-
perniciem inducunt. subdit gl. & mul-
ta de ipsa curiositate ponit Nauar. in
Man. c. 23. n. 24. cum seq. quando sit
venialis, vel mortalis, exempla tra-
dens. Curiosa item predicari apud
rudem plebem prohibet Conc. Tri-
sess. 25. de purgat. §. apud rudem, &
est princ. sess. † Quare ad eorum per-
fectionem notanda sunt recitata per
Fel. in rubr. eo. ut. de mag. vt sint in-
genio perspicaces, quod ex eo co-
gnoscimus, quod attente volunt au-
dire, vt adiando plerumq. dicantur
supplere ætatem, & legendo adhibe-
re lectionem visualem, & intellectu-
uam cum presentia, idē Fel. in prob.
decret. n. 8. dixi in famil. sing. in l. 1.
num. 9. Item perseverantes in labo-
re, cum assiduitate stantes in studio
perueniendo ad virtutes, ratione
quarum nomen assumpserunt, Ter-
tio fructuosi, post maturitatem acci-
piendo gradum optatum. Honor
.n. accrescit ex qualitate studij pro-
pter priuilegia, vt ibidem, & in clem.
fin. cod. tit. & ex honore, qui attri-
buitur, Quia, *Magno ubique pretio
virtus*

virtus estimatur. Valer. max. de
fact. antiq. lib. 5. cap. 4. loquens de
Coroliano. sicuti de Ioanne Andrea
Lucerna Iuris Canonici profecto ad
Papam, qui tam grate eum susce-
pit, dicendo cum salutatione: Bene
veniat, qui lux Iuris cognominatus
est. Anton. de prat. in proh. repert.
Ioan. Neuiz. in sua sylua lib. 2. fol.
14 187. † Vnde, vt magis Iura eis faue-
rent. iux. notat. per Imper. in auc. ha-
bita. C. Ne fil. pro parte. circa ipsa
studia, & Gymnasia consideratur.
Quod ipsi præpositi immunes sint
a muneribus ciuilibus. dicit tex. cum
sua glos. in l. sed, & reprobari. §. 1. ff.
de excus. tut. id est, qui in aliorum
exercitum laborant, scientias docen-
tes, licet Mod. Mediol. quam dure
consentiant in eor. tract. de mune-
rib. de quibus dictis semper dubita-
ui, cum sentētias etiam contra perso-
nas ecclesiasticas teneāt, memini su-
pra hoc libro c. 2. r. nu. 38. in fine, &
in hoc est ratio, quia fauor ipsorum
studiorū hoc requirit, (cum sciētia
mūdus illuminetur: ead. aūc. habita,
ea præcipue Theologie, & Canonū
dirigēdo animas in cælū cum chari-
tate, sine qua nemo trāsit ad Deum,
testatur Apost. in sua priori ad Cor.
15 cap. 13.) † Ita de ipsorum studiorū
honore videm⁹ in alio, quod ad be-
neficia ecclesiastica null⁹ pmoueri
potest, etiam quod sit nominatus a
Nuntijs Sed. Apost. nisi fuerit exami-
natus, & idoneus repert⁹ ab ordina-
rio, quibuscumque nō obstantibus.
iux. decretum Conc. Trid. sess. 7. de
reform. cap. 13. tamen non procedit
in præsentatis, & electis, seu nomi-
natis ab vniuersitatibus, & collegijs
generalium studiorum, cod. cap. §.

presentatis. ex fauore ipsorū studio-
rum dicit alius tex. eiuid. Conc. sess.
25. de reform. gen. cap. 9. §. reliqui,
quamuis Dec. in cap. proposuisti. de
probat. dicat Promotores non iura
de sufficientia scholaris. refert. Ioan.
Neuiz. in sylua. lib. 2. fol. 206. Est
tamen præsupptio, & coniciētia gra-
uata, & quia iurant de credulitate
per Ias. in l. ad. monendi. de iur. iur.
ff. quę etiam approbatur, quia ab ap-
16 probatis. † Quod studium generale
primū dicitur esse in Vrbe, quę est
cōis mater. ea. l. sed & re. pbari, & ibi
studētes gaudēt multis priuilegijs, &
recipiūt integros fructus ecclesiasti-
cos. de priuil. lib. 6. cap. cum diuer-
fis, & per septennium, quod quis ab-
sit a sua ecclesia, dispēsat episcop⁹,
& seruire per Vicarium, dummodo
infra annum assumatur ordo sub-
diaconatus. cap. cum ex eo. de elect.
sed quando a curia conceditur ab ef-
se causa studij, nisi accedat consen-
sus ordinarij, non suffragatur. Sic
declarauit Pius iv. in sua regul. Can-
cell. incip. Sanctissimus, 24. Nouem-
1564. anno v. Ne per importunitatē,
& falsitatem quid supplicaretur,
quod esset a rei veritate alienum, &
ipse Summ. Pont. non concessisset.
arg. cap. si aliquando de sent. excom-
mun. † Aliud etiam priuilegium ip-
17 sorum studiorum, & vniuersitatum
recitat Afflict. in const. si quando. de
no. ba. post. num. 10. quod si scholaris
moriatur in studio sine hærede, suc-
cedat Vniuersitas ipsa scholarium,
non autem fiscus, adducit Nicol. de
Neapo. in l. formularij C. de Tract.
lib. 12. quod, & de alijs collegijs di-
cimus. Gul. bened. de testam. c. Ray-
nutius, in verbo, & vxorē nomine
F f 2 decis.

decif. 5. num. 335. & simile est de iure communi, tamquam in materia peregrinorum. arg. C. co m. de success. auct. omnes peregrini. Ut episcopus dispenset excluso fisco. de quo
 18 dictum est supra. † Debent tamen ipsi studentes in honore habere suos magistros, & doctores, ex quorum studijs animi ipsorum elucescunt. I. a quibus. ff. de donat. Ut in eis imperium quodammodo habere dicantur, corrigere, & repræhendere discipulos, & vagantes leuiter, non tamen aspere. iuxta not. per tex. & per doct. in c. ad audientiam apostolatus nostri. de homic. Et exinde dicatur honorem esse magistri bonos habere discipulos: Imperator in proh. ff. in fine. vbi Cagnol. nu. 292. Reuerentiã doctoribus magistris. Obedientiam infimul prælatis. arg. cap. fin. de con-
 19 fir. vtil. vel inut. † Et ipsi magistri assumendi, habeant quasdam qualitates admodum notandas, & vt primum in se habuerint formã discipulorum. *Si quis non discipulus, quomodo Magister?* ex rescripto Greg. noni Pont. in cap. cum in magistrum. de elect. non semper inuentis vt, sed inueniendis. c. 6. §. quippe. Item mansuetudine vtendo, aliquando compatiendo elationi discipulorum, vt in alio simili sunt versus. *Illustrata scientia, humilitas, recta, Innocentia decora* B. A. *Et certa scientia mobiles reddunt magistros.* *Item sint rigidi cã moderamine,* quia si feruaretur nimia humilitas regendi, frangeretur authoritas. 86. di. c. quando. Item sint antiqui non solum annis, sed experientia, quia ex hoc quis dicitur expertus in forma docendi.

di, secundum capacitatem, & ætatem audientium: Item diligentes, non negligendo scolares. Dicitur namque negligentia nouerca disciplinæ. Et vltimo fugiant arrogantiam. Nam aliter bonum operari in discipulos non possent: ex hoc dicta arrogantia, quia attendunt humiliter docere, quod sciunt, dilatando philacteria sua, magnificantes fimbrias. iux. Euang. Matth. c. 23. & ex
 20 Boet. de disci. scol. c. 6. † Plurimum etiam conficit, & quam necessarium pro interpretatione sacræ scripturæ, & vt melius ecclesia Dei gubernetur ipsos scholares litteras Hebræicas, Arabicas, & Caldeas discere, quod, & Clemens Quintus in Concil. Gener. Vienen. decreuerat obseruari. alleg. clement. 1. de mag. infert. scriptura Moysen, & Danielem scientia Aegyptiorum, & Caldæorum eruditos fuisse. 37. distinct. cap. legimus. §. sed contra, & S. Hieronymus lucidissimum ecclesiæ lumē ad intelligentiã sacræ scripturæ sibi adhibuit peritissimos Hebræos, sicut ipse met testatur, & iuxta interpretationem. 70. interperum Deo dictante, & procurate Ptolomeo Philadelpho Rege studiofo, & cupido habere omnes libros, qui a Leazarō summo Pontifici missi fuerat. LXXII. Viri de duodecim tribubus, sex ex vnaquaque, quibus diuisim positis, factum est (& miraculose secundum August.) vt vna, & eadem sine dissonantia, inuenta sit edicio vniuersiusque. Nec mirandum, si dicantur. LXX. interpetres, cum fuerint. LXXII. quia sacra scriptura modicum numerum si supera liquam summam superexcrescit, sæpe subiectet. In historia Scol.

Scol. hist. diuers. cap. 7. fol. 170. Ac etiam græcas litteras, quam maxime pro recognitione scripturarum antiquorum patrum, & doctorum (Sicuti multum prodest hodie ipsius sacræ scripturæ intelligentiæ ex varietate litterarum Amplissimus, & Doctissimus D. meus D. Gulielmus S. R. E. Cardin. Sylletus, quem insi-
21 gnem, & præditum peritia trium litterarum dicit D. Card. Hosius lib. 2. conf. brent. fol. 203. & in alio de sacram. Euchar. in lib. confess. fol. 290. vt omnes admirentur, scribit Iulius Pogianus in præfat. ad Chrysost. de Virgi. & Pius IV. Pont. Max. in necessarijs Conc. Tri. prout omnes Patres consulebant, opera sua & studio vtebatur, cui etiam litterarum diuinarum studio illud semper plus addidit, vitæ sanctitatem, morum ho-

nestatem, & in pijs operibus indefessam diligentiam.) Quod de studio sacrorum canonum fortius dicimus pro regimine ecclesiæ, Namq. & in partibus, vbi non sunt hæretici in prælatum præfertur Canonista. Abb. singulariter in c. 1. de conf. & affin. Feli. conf. 13. dirige domine, n. 9. cum simil. † Digni enim sunt honore inuentores ipsarum litterarum namq. Hebræarum referunt Moysem, Caldearum Abraam, Ægyptiarum Iam Reginam, Inachi filiam, Græcarum fœnices, Cadmumq. ampliasse, quibus Ispodames, & Simonides sex adiunxerunt: Latinarum vero carmentem Nympham aliquibus postea superadditis, ad num. 22. ex glos. ad Boet. dedisci. scol. cap. 1. Ioan. Dried. lib. 3. de eccles. script. c. 5. col. 8. &c.

DE DOCTORIBVS, ET MEDICIS

promouendis.

CAP. TRIGESIMVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **D**octores cuiuslibet scientiæ debent bene facere professionem fidei.
- 2 **M**edici quid tenentur iurare in eorum promotione.
- 3 **E**piscopi debent publicare Constitutionem Pij V. de medicis.
- 4 **M**edici circa qua sunt monendi.
- 5 **M**edici sunt honorandi triplici bono, nu. 7. & 8.
- 6 **M**edici quomodo tenentur mederi pauperi, & quid de diuite nolente soluere.
- 9 **M**edici quas debent obseruare qualitates circa infirmum.
- 10 **I**nfirmitates plerumq. causantur a peccatis.
Virtus in infirmitate perficitur. nu. eod.

Quia de omnibus providere intendit sancta ecclesia, ut in de quisq. eius præceptis adhæreat, & obseruet, quæ plurimum versantur in illo symboli articulo, *Sanctam Catholicam Ecclesiam*, Nō solū ad prædictos, n. 7. c. præced. extēditur, ut fiat ipsa professio fidei.
 1 Sed ad omnes doctores, & ad alios promouendos ad Doctoratus, Magisteria, aliosve gradus, cuiuscūqueve scientiæ, seruata forma eiusdem bullæ, sed corā quo dubitarunt multi, quando clericus ascendit ad gradū doctoratus canonū, & legum, & non dubium, quin coram suo ordinario ex lege iurisdictionis, & ne clericus laico se subijciat, tamen in regno Vā cecancellarius accipit, & sic admittit, & recipit, ex supremi officij auctoritate (sic etiam olim ratione dicti officij, cum, & primitus in clericos cognitionem habere respectu studij, & gradus scribat Mar. Frecc. de subfeud. lib. 1. de offic. magn. cancel. nu. 24. vbi conatur defendere hoc dictū) & ratio optima datur, quia Rex dicitur persona sacra, & Religiosa, cum ei dicatur, sacre Regiæ Maiestati, & est vnicus actus gradus, & iuramenti, ut conueniat, cum eam notatione, quod iustum consulant, & iudicent, procedendo secundum inclinationem iustitiæ, & rectam prudentiæ rationem. Timendo Deum, & fugiendo iniquitates, & calumniosas dilaciones, non facientes pactum de quota litis, quod iure est prohibitū.
 01 vulgata, l. sumptus, ff. de pac. declarat Innoc. in c. ex parte scabinorum. de alien. iud. mut. caul. fact. vide Nauar. in Man. c. 25. n. 28. vers. 7. in fi. quare in multis aduocando peccant. Paui.

de visitat. 2. p. quæst. 7. nu. 93. Aluar. Pelag. de planct. eccles. lib. 2. cap. 35. Flor. 3. part. tit. 6. cap. 2. §. 5. Nauar. eod. num. 28. vbi prosequitur. † Id tamen obseruari debet, quando sunt medici promouendi, quod ultra professionem fidei per ipsos faciendam, iurent in manibus episcopi, vel Rectoris obseruare statutum.
 factum per Pium Quintum Pontif. Maxim. in sua constit. incipien. super gregem 1566. ann. primo, in confirmationem antiquæ, & salutaris decretalis Innoc. iij. in Conc. gen. c. cum infirmitas, de penit. & remiss. ut cum ad infirmum iuocantur, primum moneant, & inducant ad procurandam salutem animæ, uocando medicum spirituale, hoc addito nouiter ipsi decretali, q̄ in cuiuscūq. promotione, seu licentia medendi concedenda a quouis collegio, vel vniuersitate, primum fiat iuramentū vel in suis manibus, vel ordinarij, coram notario publico, & testibus de seruandis omnibus contentis in dicta bulla, & demum in licentia sit specialis mentio eiusdem iuramenti sic præstiti, nec omittenda ipsa sollemnitatis nouæ constitutionis sub penis ibidem contentis. §. quod si qui medicorum. Nauar. eod. cap. 25. nu. 60. vers. 3. † Ipsamque constitutionem, ut eius tenor obseruetur, tenentur locorum ordinarij publicare, & ab omnibus licentiam medendi habentibus iuramentum accipere, censuras proferendo contra iurare recusantē, §. mandantes, quod, & Innoc. Tertius, similiter statuerat. in §. si quis autem medicorum. *Huiusmodi noua constitutio, postquam per prelatos locorum fuerit publicata transgressor*

gressor extiterit, tamdiu ab ingressu ecclesie arceatur, donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit competentem. Et aliis nouis pœnis in ipsa Constitutione Pij additis, ob id solum, vt salutis animæ primum prouideatur. Nec tunc paroch⁹ vocetur, cū vix infirmus cognoscat se ipsum, non solum non possit conscientiam examinare, (& cui absentia eorum, quos valde diligit, in illo statu admodum est utilis: vt not. Martin. Nauar. de pœnitent. distin. 7. cap. fin.

4 §. quod quamuis, num. 17.) † In quorum obseruatione monendi sunt ipsi medici, ne infirmis prætextu sanitate consequendæ aliquid peccati committendi consulant, siue aliquid superstitiosū suadendo pro salute corporali aliquod remedium redundans in periculū animæ suggerant. Pœnitent. eod. cap. cum infirmitas. §. fin. etiā abstinendo per verba generalia. Abb. ibi. in fin. verb. Nauar. in citato cap. 25. num. 62. Præciosior est enim anima ipso corpore, vt in eo. c. refert legislator. nā, & pro salute animarum laborat ipsa ecclesia, ideo clamat. *Pœnitentiam agite appropinquat enim regnū celorum, facite fructus dignos pœnitentie.* Luc. cap. 3. quia nescitur qua hora dominus vēturus sit. Matth. c. 24.

5 † Medici itaque ipsi ad infirmū medicinalia applicantes tamquā a Deo creata, & qui dedit naturalē intellectum ad inuestigandum vires herbarum, earumq. effectum experiendum, honorandi sunt; vt Dei instrumentum. Eccles. cap. 38. triplicique honore obsequiū accipiendum, honore scilicet subuenientis, cum salariū præstatur, ex quo sibi consulere pos-

sunt, & valent a recusantibus (habentibus tamen petere: Cum nemo de suo cogatur facere beneficiū. c. præcariæ. 10. quæstio 2. *Dignusq. est operarius mercede sua.* Luc. c. 12. 12. q. 2. cap. quicumq. cum labore in officio, & regimine. Ecclesiast. cap. 10. & pecunia debetur exinde, propter verus;

Vnica cunctarum Regina pecunia rerum.

Imperia in terris pro Ioue summa tenens.

Multa ponit Iodoc. Damhouderi Burg. in suo encomio pecuniæ fol. 250. † Sed ægroto pauperi tenetur medicus absq. salario mederi. gl. in sum. 83. distin. quod declarat. Mart. Nauar. eod. c. 25. nu. 64. Vbi quid si non vult mederi diuiti recusanti solvere & merito peccat, quia etiam ab inuito a se curato potest exigere. gl. not. in c. prouidendum. ead. dist. quam expendit Ludouic. Rom. in sing. 124. incipit tu habes, & sequuntur alij in adit. eiusd. sing. & Nauar. vbi supra, etiam si moriatur per eandem gl. Tiraq. de vtr. retract. lib. ij. gloss. 1. num. 10. quod, & continuo practicam, & in iudicio obseruatur licet, lugeāt hæredes soluere, vel ex tarditate mortis in odiū defuncti, vel ex propria auaritia. † Itē debetur medico honoris obedientia, vt infirmus aperte dicat suā infirmitatē, eiusque causas, obseruādo præcepta imposita, & regulā pro sanitate recuperanda. Nisi. n. obedierit, de se queri potest? si nō sanetur, cum ipse per exercitiū, & practicā sit expertus in suis humoribus. Franc. de sant. Nazar. in tract. de peste. secūda part. namque aliter multum iaceret in lecto, & febre oc-

cupatus transibit ad patres suos, & dicit tex. 15. quæst. 1. cap. illud relatum §. itaque. *Quod turbata concordia elementorum, seu humorum, ipsa caro afficitur.* Et si cum minuitur ab ordine suo, & tandem dissoluitur, cum augetur aliquod nocumentum super corpus, diminuta sua compositione, accidit ex eo iterum nocumentum Arist. ex lib. 1. c. 2. de propr. elemen. † Tertio debetur honor reuerentiæ, tãquã beneficatus beneficienti, cū magnū sit beneficiū sanitatis, & gratitudo vertitur honorare, venerãdo. per D. Flor. in sum. 3. part. tit. 7. c. 1. quem honorem adeo multi extenderunt, vt voluerint medicos præferendos esse doctoribus legistis, quam quæstionem dicit inaniter captam. Cassan. in sua glor. mundi. 1. p. conf. 25. vbi vide Boe. de author. magni Conc. nu. 89. Ioan. Neuiz. in sua syl. lib. 2. fol. 220. per plures col. Cū non sit medicina scientia, sed ars, procedendo magis per experimēta, quam per rationes. Quod etiam de ipso honore eisdem medicis præstando, ex tribus quoque causis plenissime, & grauibis verbis discurret Doctissimus ille Augustinianæ Religionis Magnus professor B. AVGVSTINVS de Antiquissima Triūphorū familia de Anchona in eo tractatu, quē de potestate ecclesiastica edidit. q. 109. art. 1. de quo sæpe mentio
9 nē fecimus in superioribus. † Ipsi au-

tem medici obseruare tenentur qualitates, vt infirmum curare valeant. Et primo considerando qualitates, conditiones infirmorum, humoresq. peccantes, & prædominantes, cognoscant quod vsu, & exercitatione consequuntur. Secundo moueant infirmos ad loquendum, vt si causam morbo dederint, patefaciant, namq. & multi perierunt obmutescendo errores commissos. Tertio si prævalida ægritudine nō loquantur manū corpori infirmo adhibeant. Quarto verbis consolatoriis reficiendo, gloss. ad Boet. de cons. philos. lib. 1. profa. 2. in fine. Et quod quinto est loco dictum supra nu. 4. Sic enim per acquisitionem doctrinæ, & frequentæ actionum in ægrotis perfectionē medicinæ acquirunt. Ripa. eod. tract. de peste vlt. parte. † Sexto, & vltimo, vt cū ad infirmos deuenierint, denūtiēt eis, propter peccata plerumq. infirmitates euenire, & ideo quilibet provideat animæ per medium sacramentorū ecclesiæ, iuxta const. alleg. Inn. III. cap. cum infirmitas, Luc. c. 13. de lægido piscinæ. Ioan. c. 5. & dicuntur septem animæ infirmitates, ipsiq. dari totidem remedia. Flor. 2. part. tit. 3. cap. 9. §. 9. licet quandoque ad euitandum peccatum: sicut testatur Apost. scribens ad Cor. 2. cap. 12. in illis verbis. *Virtus in infirmitate perficitur* Et dictum est in famil. singu. in l. l. d. 19. fol. 171. & c.

DE LIBRIS, BIBLIOTHECIS, IMPRAES-
soribusq. librorum.

CAP. TRIGESIMVMPRIMVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**ibri debent esse emendati.
- 2 Libri debent examinari, & ap-
probari.
- 3 Libros hereticorum nemo legere po-
test sine licentia Sed. Apost.
- 4 Libri omnes heretici, & hereticorum
prohibiti sunt.
- 5 Decretum Conc. Tri. sess. 24. de refor.
cap. 6. declaratur.
- 6 Libri artis magica prohibendi sunt,
& quid sit ars magica.
- 7 Libri prohibiti inuenti apud aliquē,
an arguat eum hereticum.
- 8 Bibliotheca possunt visitari ab epi-
scopo.
- 9 Impressores librorum, quid obserua-
re debent, antequam librum impri-
mant.
- 10 Examinatores librorum prohiben-
dorum, seu alij approbatores nihil
possunt inde accipere.
- 11 Libri manuscripti eadem censura
sunt iudicandi, qua, & impressi.
- 12 Exemplum authenticum libri im-
primendi debet remanere, apud
examinatorem.
- 13 Biblia sacra in vulgari non sunt pas-
sim omnibus permittenda, & qua-
liter tenens puniatur.
- 14 Libri de nouo non sunt introducen-
di in ciuitatem, nisi reuideantur.
- 15 Heredes alicuius defuncti literati te-
nentur presentare libros episcopo,
seu eorum indicem.
- 16 Magistri grammatices quid debent
obseruare.
- 17 Discipuli in quibus libris instruendi
sunt, & in quibus mutatis versa-
ri debent.
- 18 Libellos famosos componentes graui-
ter sunt puniendi. Vbi de legib.
Sum. Rom. Pont.

Cum in primo libro capitu-
lo 17. numero quinto di-
xerimus esse necessarium
in ecclesia Dei, libros ha-
bere emendatos, nam in ipsis aduen-
titia veris immiscent, sincera fædan-
tur, ordinata peruertuntur, ex insci-
tia etiam librorum dicit Cagnol.
in l. 2. §. iuris, nu. 641. ff. de orig. iur.
de quibus dicit D. Hiero. in proœ.
ad Esdr. Nihil proderit emendasse li-

brum, nisi emendatio librorum
diligentia conseruetur: ex multis er-
roribus ductis per vitiosos Codices,
quibus in his temporibus ecclesia
Dei multum turbata fuerit, & alijs
suos sensus scripturæ sequentibus,
cæteris verò reiectis ab ecclesia ad-
hærentibus, noui quid semper ad-
dendo ex se ipsis errores accusanti-
bus, non ex Scriptura sacra a Spiri-
tu sancto dictata. Dom. Card. Hof-
de

de fid. & symb. c. 17. scripturam ipsam trahentibus ad alium sensum, quam vnanimis patrum consensus accepit, contra Catonem sacri Cōc. Trid. sub. Paulo iij. Pont. Max. sess. 4. de canonic. scriptur. §. præterea supra hoc libro: c. 21. nu. 33. quare ad aliqua est animaduertendum. † Et primo, vt omnes libri tam in ecclesia, quam extra sint canonici, & approbati, nihil vanum, erroneum, alienū a fide continent, non in figmentis, fabulis, aut delectationibus sint positi, sed omne perfectum, catholicumve in ipsis sit scriptū. Qui vero sint principales in ecclesia approbati, & catholici, patet, ex ead. sess. 4. eod. tit. & in concil. Tolet. 1. cap. fin. Gratianus item in c. Romana 15. dist. super quo plura leguntur in histor. tripart. lib. 2. max. c. 5. ibi: *Cumque de diuinis tractarent rebus, & sancti Spiritus doctrinam haberent: euangelici enim libri sunt, & Apostolici, antiquorūq. prophetarum Sanctiones, qui nos erudiunt, quid de sacra lege sapiamus, Et* in Conc. Laodi. c. 59. sub Liberio Papa, anno Domini 364. sic etiam in Conc. Carthag. c. 47. *Placuit, vt præter scripturas canonicas, nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum.* Et demum enumerantur libri Canonici, & in decretis Innoc. Papæ Primi cap. 7. in Concil. Florent. sub Eugen. IV. session. vlt. † Nec fit aliquis habens libros hæreticorum, seu alias improbatos a sancta Ecclesia, vt in indice librorum prohibitorum adnotatur. ex bulla Pij Quarti, incip. dom. greg. 1564. an. V. sui Pont. etiam quod auctores non fuerint hæretici, tamen quia multa illicita miscuerunt, pro-

hibentur, neque illos improbatos legere quis potest, aut domi scienter retinere, iuxta bullam solitam legi in die cænæ Dom. quotannis, §. 1. Alber. de agnoscen. assert. cath. & hæret. q. 12. q. 28. etiā, quod antiqui libri ipsorum hæreticorum quid boni continerent, quia sub specie boni, venenum positū est, vt dixi in famil. sing. in l. 1. nu. 22. & dixit gl. in extrauag. ad conditorem de verb. sign. Quod pelle sub agnina, latet sæpe mens lupina. Oportet enim habere licentiā summi Pontificis, etiā quod fuerint episcopi, præter inquisitores, & commissarios deputatos, ex decreto Iulij iij. in sua const. incip. cum meditatio 1530. anno 1. † Ideo facta est expressa prohibitio de retentione, & lectione ipsorum, quorumcunq. fuerint, tam antiquorum, quam recentiorū, prout in d. const. Iulij adnotatur, & in alia Leonis X. incip. exurge Dñe an 1520. 8. sui Pont. & alij multi, licet nomina eorum catholica, opera tamen prohibita, & contrauentiū in ipsa retentione scienter, seu in lectione, absolutio per ipsam bullam Sanctiss. D. referuatur, quia cum de pertinentibus ad fidem sit, merito ad summam Apostolatus sedem remittendum est. † Quod notanter facit ad declarationem tex. Conc. Tri. sess. 24. de refor. gen. c. 6. §. idem. Vbi episcopis tantū, non eorum Vicarijs absoluere in foro conscientie in hæresis crimine permittitur, quod hodie per ipsam bullā denegatur, quia nemini concessum, sed solum Papæ referuatur, vt declarauit Dom. noster Dom. Gregorius XIII. Pontifex optima Maxim. viuz vocis oraculo: scribitur in 1. p. Theolog. qq. frat. Ioseph.

seph. Angl. de confess. 6. diff. idque aduerterat primum Simancas (licet dubitatie) in cathol. instit. tit. 3. nu. 6. quod aduertendum est ab omnibus adhaerentibus in hoc casu dispositioni eiusd. decreti Cōc. Trid. Inquirendum est igitur diligente ea ratione, ne quis detineat libros geomantiae, idiomanthiae, & aliarum diabolicarum scientiarum, nec clauiculam Salomonis, iux. nonam regulam ipsius indicis, seu alicuius magicæ artis. Est. n. ars magica, diabolica illusio humanorū sensuum, quæ itidem prohibita erat. ex l. 12. tabul. teste Cicero-
 6 ne de Repub. Item, & iure civili ex Vlp. in hocetæ itaq. res. §. 1. ff. famil. herc. Astrologiæ. Deci. in c. nouit. de Iudic. & Cassan. in sua glor. mund. 10 p. confid. fin. maxime iudiciaria, seu interrogatoria, quæ penitus superstitiosa, & illicita est S. Tho. 2. 2. q. 87. Gemi. 37. d. s. sed enim, vide Sim. in cathol. instit. de diui. & reuel. tit. 21. S. August. lib. 5. de ciuit. Dei c. 8. & ut optime scribit B. AVGVSTINVS TRIVMPHVS Anconitanus in saepe citato lib. de eccl. potes. q. 48. demonum consultores, & inuocatores faciunt contra primum præceptum, & tripliciter peccant contra ipsum, ut ibi in art. 3. de sortibus, & art. 4. de idolatris ubi plene, & in alio pulcherrimo tractatu, quem similiter contra Diuinatores edidit, qui tractatus cū alijs opusculis suis conseruatur in Bibliotheca Vaticana. †
 7 Cum uero libri prohibiti poenes aliquem reperiuntur, ut quia de adnotatis in Indice prædicto, maxime primæ classis, incurritur sententia excommunicationis, & procedet episcopus contra ipsum, ut in fine ipsius

indici decretum est. de quo Gand. de hæret. q. 13. n. 13. Alberi. eo. trac. q. 28. quando est hereticaliter, cum distinctione, quando liber sine nomine authoris est repertus, nisi probauerit authorem, ipse detinens Iudicabitur. iux. decretū ipsius Cōc. ead. sess. 4. §. & qui eos habuerint. refert Siman. in suo enchir. viol. relig. q. 39. n. 4. eodem. n. casu hæreticus censetur, sin vero alias, suspitio contra ipsum erit, vel leuis, vel uehemens, seu etiam uolenta, attenta qualitate personæ, & libri reperti, ut bene per Pagn. ad Direct. lib. 2. 2. p. schol. 1. super c. fraternitatis, de hæret. † Vn de ex hoc obseruatum est, ut Bibliothecæ omnes possint uisitari, & debent ab e. piscope, tam quæ sunt in ecclesiis, & palatiis, vel monasteriis, quam quæ publice habentur, in quibus libri uenales tenentur, ad finē ne quis liber prohibitus retineatur, quod, & sæpius faciendū esse cauetur ead. 10. reg. s. præterea, nec librarii excusantur, cum omnes indicem librorū uenaliū, quos detinent, habere debent in promptu, ut facilius sit eos inuestigare, in q. omnes adducta Reg. 10. quod in practica in magnis ciuitatibus obseruatur a cōctis, quia Dei seruitiū uentitur, & pro conseruatione suæ sãctæ fidei, & pro seruitio DD. temporalium, ne sui subditi morbis corruptionis uitæ, & morum in ruinam animarum insiciantur. † Quibus simul librariis, & impræssoribus cauendum est, ne quouis quæsto eolore librum aliquem imprimant de prædictis, aut uendant, aut detineant, sub pæna procedendi cōtra ipsos per censuras ecclesiasticas quia cū de nouo aliquod opus imprimendū est, exami-
 netur

netur primū ab episcopo, vel ab alio deputato, & facta approbatione, licentia subscribatur, eo maxime cum de rebus sacris tractet, ex præalleg. determinatione eiusd. Cōc. §. sed, & impræssoribus. hoc addito. Quòd si liber imprimendus, sit ab authore regulare editus, adhibeatur et licentia suorum superiorum. *ibid.* §. & si regulares. aliter pena anathematis, & alia Cōc. Later. sub Julio II. Leone X. puniat, & contra procedat. iuxta eundem alleg. §. Navar. in Man. cap. 27. n. 148. in quo meminit de Regno Castellæ, quod idem de regno Neapolitano ex edicto Regio inuisitissimi Regis nostri Philippi II. & vide multa per Corrad. Brun. de hæret. lib. 6. 7. vbi adnotat libros retinendos in bibliothecis. † Ad remouendum tamen quamcunque suspicionem caueat ipse ordinarius, vel alius deputatus ad librum reuidentum, ne ex approbatione faciendâ, & licentiâ danda aliquid accipiat, sed gratis cōcedat ex eo. decreto Conc. §. ipsa vero, cui decisioni ad stipulatus est tex. Alex. iij. in c. 2. de mag. vbi prohibet aliquid accipi, siue promitti, pro ipsa licentiâ docendi, adducens illud euang. Matth. c. 10. *Gratis accepistis, gratis date.* & in alio simili decreto præfati Conc. Trid. sess. 24. de reformatione. c. 8. §. caueantq. quæ licentia in fronte libri scripti, aut impræssi, authenticè cōcessa appareat per dic. §. Conc. quod communiter in omnibus obseruatur. † Nec refert an libri imprimantur, vel manu scripti proferantur, utroq. enim modo ipsi examini prædicto subiiciuntur, & sub eisdem pœnis procedendum est §. qui autē, vbi pro authoribus haben-

tur qui tales libros scriptos proferunt, nisi authores ipsos prodiderint, & notandum est diligenter, quia per ipsos, sub hoc, quod non sunt sic in publico solet quid malum latere, ut tacite per Accademias ventilentur, & conuenticulas, & vide in præfata. 10. regula. §. eos vero, qui libellos, quod obseruandum est, quia experientia docuit, malū impij Martini Lutheri per similia scripta per indoctos cre-scere incæpisse, ut exinde multarum animarū perniciēs cū maximo bonorū dolore subsequuta fuerit, & vti-
 12 nam, & finis fuisset. † Nec tñ possit post approbationem, & licentiâ præstitā aliquid addi, prouisum est, quod apud epum examinatore, vel aliū deputatum remaneat exemplum authenticum libri imprimendi, & proprij authoris manu subscriptū, Vti in §. hac lege 10. reg. lib. indic. continetur, quod admodum necessarium est, cum in ipsa impræssoria arte, sint quidam existentes, qui volūt in alijs falcem imponere, vel addendo, vel remota restituendo, ut Leonardo a lege doctore Mantuano euenit, qui Venetijs ad singularia nostra versū deletū restituere voluerit, ut exinde corā Viceinquiretore cōfessus factū, iurauerit amplius ad aliena scripta manu nō apponere. † Et vbi sumus in bibliothecis, & ibi Biblia sacra vulgari idiomate cōuersa inueniuntur, prohibeātur teneri, & vēdi, nec alijs permittātur legi, nisi personis cognitis, & fidelibus data primū licentiâ, quæ visū est propterea personis vulgaribus detrimētum oriri iuxta adnotata in 4. regul. eiusd. indic. lib. prohib. & vbi quis ea tenuerit, & legat, vel vnū absq. alio, a peccatis absolui nō
 po-

potest, nisi redditis ordinario, vt in §. qui autem, quod item ad regulares ampliatur, vt in §. *Regulares vero*. aucta pæna ad librariorum, qui sine licentia vendiderint vel concesserint: & pænis arbitrio episcopi, & ammissionis pretij librorum, in vsu pios conuertendi multantur, in §. *Bibliopola vero*. † Et ex hac eadem ratione statuendum est, in ciuitatem, & diocesim non esse introducendos libros aliquos, tam venales, quam particulares, seu alijs legēdos mitti, nisi primum præsententur episcopo, & ab ipso examinētur, vel ab alio a se deputato, & approbētur. in §. *Quod si aliqui*, nisi eisēt libri adeo publici, quod notorię cōstet eos esse permisos, propterea maxima tribuitur authoritas personis deputatis ad libros purgandos, vt omnes vidētes iudicent, qui tenendi sunt sicuti D. noster Dom. Gregorius XIII. Pont. Optimus Maximus, cum DD. Card. deputatos adhibuit ad hoc opus, in sua constit. incip. *Dilectis filiis*, subdat. Rom. apud sanct. Petr. idib. Septembr. 1572. Pont. sui ann. primo.

15 † Heredes idē alicuius doctoris, seu alterius litterati libros relinquentis, aut exequutores vltimarum voluntatum, tenētur etiā præsentare episcopo libros per defunctū relictos, vel saltem illorum indicem, verum, & totum, antequam vtantur, ad eundē effectū, vt examinentur, & approbentur, ne sit aliquis prohibitus inter ipsos, siue impressus, siue manuscriptus, tam de hæresi, quā de alijs superstitionibus. ead. reg. §. *Idē quoque*. vt ante nō possint ad alios transferri quod præstat, vt primū per generale edictū statuatur, ne subito prouidēdo in facto dubium oriatur vt pluribus euenit, quibus melius fuisset ante ordinasse. † Quod vero ad ludic magistros, seu grammatices non debent excedere mandata in ipso indice, sed obseruare omnia ea, neque discipulis legere libros de rebus obscænis, & lasciuis tractantes, nec eos interpretari. Corruptur enim mens puerorum ex ipsorum auditu, ex rescripto septimæ regulæ ipsius iudicis, licet propter sermonis elegantiam, & verborum proprietatem teneri permittantur. in §. *Antiqui vero*. Nec desunt libri catholici, qui docti, & eleganter doceant, optime Conrad. Brun. de hæret. lib. sexto, c. quinto. vt dictum est supra libro primo. cap. decimosexto. num. quarto, vbi de seminario puerorū tractatum est, & nouissime Doctor Fran. Pegna ad direct. lib. primo, schol. decimo octauo, colum. quarta, adducens fidem Clementis I. & pulchre Laurentius Gambar. Brixien. in suo tract. inscripto. *Cur absti. sit a script. poem. turp. quę direxit ad Illustrissimum, & amplissimum, Dom. Alexandrum Farnesium eiusdem Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalem, & Vicecancellarium, Episcopum Hostiensem, Sacrique Collegij Cardinaliū, Decanum, Principem consilij, & iudicij vniuerso orbi admirandum.*

† Hortando etiam ipso librariorum, vt legant, & versari faciāt libros sacros Homelias sãctorum, & pro clericis libros sacramentorū, maxime circa confessionēs audiēdas versatiles. session. vigesimatertia, Conc. Trident. de reformatio. c. 18. §. *Vt vero in eadem*, verum proferendo, nam, & docendo, & discendo, saltem quis puniri debet,

debet, quia in utroque similis culpa est prohibita. l. culpa. C. de mathem. adducta per glos. in extrauag. Ioan. 2. incip. quia quorundam, in fine, persuadens bona docere, & mala proferendo; unde dixit notanter alia glo. in clemen. 1. in verb. sanctitatis, de relig. dom. Quod simulata æquitas, dixi, supra lib. 1. cap. 17. in fine. † Inuehendumque est postremo contra compositores, seu etiam tenentes libellos famulos, ex quibus plurimorum fama denigratur, rixæ, scandala oriuntur, de quo Grat. 5. quæst. 2. c. si qui. ubi pœna est anathematis, & cap. seq. ex titulo. C. de fam. libel. l. si. pœna ultimi supplicij, & practicatur, & habemus Constitutionem nouissimam Pij Quinti, qua grauius similes operâtes puniuntur, incip. Romani Pont. 1572. an. septi

mo, etiam si vera misceantur, eum detrahitur famæ. ver. Quibus pœnis. & notandum est ad materiam, quæ prodeat in publicum, qui inuenerit, nisi ipse author voluerit declarari, ut ibidem: Ponit Iul. Cl. ar. lib. 5. recept. sent. qd. 68. ver. 27. & superinde est vnum verbum in Conc. Trid. sess. 4. in vltimis verbis, & facit constitutio Dom. nostri Dom. Gregor. XIII. Pont. Max. contra famigeratores, & menantes. incip. Ea est rerum. 1572. an. primo, puniendo nota perpetuæ ignominie contrauenientes, & ad trirèmes, perpetuo, vel ad tempus quæ qualitate admissi. §. qui horum, & recipientes eisdem pœnis, nisi quæ primû vrbis Gubernatori significet. §. qui vero huiusmodi, quod & superioribus diebus, contra multos fuisse exequutum auditum est, &c.

DE IMPEDIMENTIS, QUAE POSSUNT OCCURRERE EPISCOPIS VISITANTIBUS.

CAP. TRIGESIMVMSECVDVM.

SUMMARIUM

- 1 **V**isitatio ecclesiarum inducta sunt causa salutis animarum.
- 2 Interdictum generale non impedit visitationis officium.
- 3 Sacramenta quæ possunt administrari tempore interdicti.
- 4 Missa quomodo, & quando dicenda sit tempore interdicti.
- 5 Sacerdos interdictus, vel celebrans loco interdicto, sit irregularis.
- 6 Interdictum ad finem exitandi debet esse denunciatum.
- 7 Ingressus ecclesie potest alicui interdici.
- 8 Episcopis in spiritualibus, & ad salutem animarum pertinentibus ab omnibus obediendum est.
- 9 Principes sunt positi pro defensione ecclesie, & tenentur Deo reddere rationem.
- 10 Impedientes episcopos, vel alios visitare

- care sunt excommunicati excom-
municatione maiori.*
- 11 *Nuntij Apostolici non possunt impe-
dire iurisdictionem prelatorum
in primis causis.*
- 12 *Impedientes Officium Sanctissimum
Inquisitionis sunt grauissime pu-
niendi.*
- 13 *Episcopus pro exercitio sua iurisdic-
tionis implorat auxilium bras-
chy secularis.*
- 14 *Iudex laicus requisitus ab episcopo
impartiri auxilium, si denegat,
potest excommunicari.*
- 15 *Iudex ecclesiasticus debet auxiliari
iudici laico, & de forma.*
- 16 *Episcopus an possit habere familiam
armatam.*
- 17 *Inquisitorum familia gaudet privi-
legio portus armorum.*
- 18 *Impedientes accedentes ad Papam,
seu litteras Apostolicas, sunt ex-
communicati excommunicatione
maiori.*
- 19 *Crimen lesa maiestatis incurrit im-
pedientes aliquē ire ad Principē.*
- 20 *Philippus Secundus Rex Catholicus
iustissimus Princeps.*

1 **Q**uoniam diximus in primo li-
bro, † Salutem animarum con-
tinere ecclesiarum visitationes, quas
episcopi ad hoc tendere debent. sess.
24, Concil. Trid. de refor. gen. cap. 4.
§. visitationum. Vt qui foris sunt
conuocentur, & ynantur ecclesiæ
per bona opera, & qui male se ha-
bent in conuersatione, & vita, corri-
gantur. venit enim Dominus noster
Iesus Christus vocare non iustos, sed
peccatores, quia, *Medicus bene se ha-
bentibus opus non est.* Matth. capit. 9.
Marc. cap. 2. 1. ad Tim. c. 1. D. Tho.
ex August 4. par. q. 1. ar. 3. tolle mor-
bos, tolle vulnera, & nulla causa est
medicæ; ideo videndum est, an epi-
scopus debeat intermittere visita-
tionem propter aliquod impedimen-
tum, siue interdictum, vel aliam ob-
causam, & quomodo se iuuare pos-
sit. *Nam si in tranquillitate perni-
tiosum est, proretam nauem desere-
re, multo magis insuetibus, dixit tex.*
2 in c. sciscitaris, 7. quæstio. 1. † Quare
dicendum est, quod interdictum, 3
quamuis generale non impedit visi-
tationes ecclesiarum fieri, immo for-

tius tunc faciendæ sunt: nam cum
cessetur publice a diuinis officijs,
facile est errores nouos deduci, &
ep̄s conuocatis viris, & mulieribus
apud aliquã ecclesiam, eis prædicet,
& ad correctionē eos ducat, iux. de-
cretum Innoc. iij. sum. Pon. ad Ferra-
riensem episcopum, in c. responso, de
sent. excom. non celebrando tamen
contra formam interdicti. Quæ n.
pertinent ad absolutionem, & salutē
animarū omni tēpore fieri possunt,
& cū omnibus personis, scribit Gre-
gorius Nonus in c. cum voluntate
cod. tit. de sent. excom. (Deus enim
ad cor, & spontaneas voluntates re-
spicit, c. 1. 15. q. 6. gloss. in eod. c. cum
voluntate, *Cor humile amat, nec cum
his, qui dura sūt ceruice manet.* Exo.
c. 33. a nobis non quærens impossi-
bilia. sess. 6. Conc. Trid. de iustif. cap.
11. & can. 18, *Iugum n. meum,* (di-
cit ipse Matt. c. 11.) *Suauē est, & onus
leue.* Super quo Alua. Pelag. da plac.
eccl. lib. 2. c. 86. & August. lib. 5. hy-
pognost.) † Sicuti nec eo tēpore pro-
hibetur ministrari sacramēta bap-
tismatis, & cōfirmationis in frōte, quia
ad

ad salutem animarum pertinet, eo. cap. responso; §. fin. Nam confirmatio facit plenum Christianum, quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur, & de consec. dist. 5. cap. 1. Item. & sacramentum poenitentiae. cap. quod in te de poenit. & remiss. gl. in clem. 1. de foro compet. etiam in ecclesia specialiter interdicta per Calderin. de interd. prima part. nu. 19. Nicol. Plou. num. 22. Eucharistia item, quia dicitur viaticum iuxta vnum intellectum eiusdem tex. cap. quod in te, & portatur cum tintinnabulo, & luminaribus, ut ab omnibus adoretur. idem Cald. par. 2. n. 2. cum sequitur quae cofici potest qualibet hebdomada, seruato modo tradito in c. permittimus. de sentent. excō. Marti. Nauar. in Man. c. 27. nu. 179. Matrimonium tamen potest contrahi, sed remota sollempni nuptiarum benedictione. Extrema vnctio denegatur. d. c. quod in te. Couar. plene in repet. c. alma mater. 2. p. §. 2. & 3. de sent. excō. lib. 6. Nec ecclesiastica sepultura. doct. in clē 1. de sepult. conceditur tamen clericis, qui decedentes seruauerunt interdicta, & hoc ex gratia, per eundem tex. cap. quod in te. Sic permittitur ex ea ratione chrisma cofici in die coenae Domini. c. quoniam. in baptismo. de sent. excom. li. 6. sed dicit Host. quod non alta voce nec campanis pulsatis. Missa vero potest dici secundum formam traditam. in alleg. cap. alma mater. vbi idem Couar. §. 4. nu. 7. Mart. Nauar. nu. 171. in c. quod in te. addendo ultra ipsas festiuitates signatas, ut celebrari Missa possit. Festum Corporis Christi, cum eius octaua, ex priuilegio Martini V. & Eugeni III. Conceptionis Gloriosae Virginis Mariae, ex alio priuilegio Leonis X. quod vidisse Martinus Nauar. testatur Couar. ibidem. §. 5. & ipse meminit in adducto cap. 27. nu. 182. Quando tamen est interdictum generale, secus si particulare, ut si est interdicta certa ecclesia, nam tunc in ipsa cessat dispositio. d. c. alma mater. Calder. de interd. 1. part. nu. 18. & dicta sunt plura supra in 1. lib. cap. 23. nu. 9. & episcopus Vulter. de irregul. & canon. Imped. lib. 3. cap. 20. c. 27. Praedicta vero sunt aduertenda a sacerdotibus & ipsis ab episcopo declaranda. Nam si scienter sacerdos celebrauerit in ecclesia interdicta, aut aliud sacramentum, tunc non permittitur ministrari, dedit, siue ipse specialiter sit interdictus, efficitur irregularis. cap. is qui. de sentent. excomm. lib. 6. in fine. Aluar. Pelag. de planct. eccl. lib. 2. c. 9. Cald. 2. par. nu. 75. vel si fuerit ei interdictum, ne celebret, tunc praesente, gl. not. in extrauag. prouide attendentes, in verb. processibus, de sentent. excommunicat. & fuit. q. in facto, & iudex ordinarius inuoluit causam ex affectione particulari, sed sacerdos de cuius interesse principaliter agebat, bene consulit fuit inuenire modum resolutionis, & sic visum fuit, quo iudex tenebat, & gl. praedicta in promptu fuit notata. vide etiam supra. lib. 1. c. 29. nu. 5. licet audire tantum non inducat audientibus irregularitatem, nisi per modum praecipiti, & autoritatis iusserit eod. 3. libr. cap. 20. num. 7. in fine. Oportet autem esse denuntiatum locum interdicum, & per verba id importantia ad finem ut cuitetur, iuxta Consti-

Cōstitutionem Martini V. in Conc. Constan. de qua Fel. in c. ad probandum. post nu. 8. de sent. & re iud. licet Io. And. disputet in clem. grauis. de sent. excom. tandem videtur ita concludere, quod interdicta lata a iure, nisi declarentur non astringant. Nauar. d. c. 27. nu. 187. & sufficit publicatio in loco publico, eo. c. 20. n. 11. circa med. & quando ob contumaciam seruato ordine, c. 1. de sent. excom. lib. 6. Præcedente monitione legitima, preuijs tribus monitionibus, vel vna peremptoria præmissa, tres continente, ex c. Constitutionē eod. tit. & lib. pro vltimo veniendo ad sententiam proferendam, ne temere, aut leuibus ex rebus incurrat. ex decreto Conc. Trid. sess. 25. 7 de refor. gener. c. 3. † Et non solum locum, & ecclesiam alicui ex causa interdiciamus, aut particulare ministerium, vt officium siue alicuius sacramenti administrationem, sed etiā plerumq. ingressum ecclesiæ, vt sæpius Canones ordinarunt & sess. 6. Conc. Trid. de refor. c. 1. & alibi. *Viuens ab ingressu ecclesia arceatur.* c. omnis vtriusq. de penit. & remis. quamuis tempore non celebrationis diuinorum possint inter dicti ecclesiam introire, & orare, arg. gl. c. qui studet. 1. q. 1. Nauar. eod. c. 27. num. 170. Sed contraria opinio vior de iure. nam prohibendo ingressum, quacunque hora dicitur prohibere, & reportaret ille ex tali ingressu secundum Nauarr. commodum, nec ita faciliter veniret ad petendam relaxationem, iuxta dicta per Calde. in dict. trac. licet pro Nauar. faciat exemplum de excommunicato, vt supra diximus. † Episcopus igitur volens

visitare, non per hoc impeditur, neq. alij se intromittere debent: Nam in spiritualibus, & in pertinentibus ad salutem animarum omnes ei obedire debent, etiam Principes, & Reges, c. omnes. de maior. & obed. cap. duo sunt 96. di. alias excommunicari possunt. 1. 1. q. 3. c. si autem Quia scire debent episcopum in ecclesia esse, & ecclesiam in episcopo, & si quis cum episcopo non sit, & cum ecclesia non est 7. q. 1. cap. scire debes, sed omnes paterno honore, & debita reuerentia prosequantur, sessio. 25. Conc. Trid. de refor. gen. cap. 17. in fine. fortius in hoc. Vbi enim maius est periculum, quia animarum, cautius, & prudentius est agendum, capit. vbi periculum. de elect. lib. 6. (& propterea multo plus quis fatigari debet pro salute ipsius animæ, quam corporis, licet contrariū fiat a multis. Vnde dicit Bern. relatus a Nauar. in Man. prælud. 1. nu. 1. Multum sciunt, & se ipsos nesciunt, alios incipiunt, & seipsos deserunt, Deū quærunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, quibus interior est Deus, (& facit simile dictum supra lib. 1. c. 3. nu. 9. in fi.) † Ipsi enim Principes ea ratione positi sunt, vt ecclesiam iuuēt, & defendant. eod. c. Abb. in cap. tua. de deci. Affil. in c. 1. nu. 8. de pace tenendi. & rationem reddere debent Deo, 23. q. 5. cap. Principes seculi. Alphons. Alu. in suo spec. cap. 5. vnde cum iuramento promittunt defensionem S. R. E. & sum. Pontif. 63. di. cap. tibi Domino, cap. venerabilem. de elect. facit tex. Concil. Trident. sess. 25. de refor. gen. capit. 20. & in superioribus pluries est dictū Auger. n. Deus

dona hominibus, cum ecclesiam suā
custodiri, & defendi videt, maxime
ab his, quos, vt luminaria mundi con
10 stituit arg. c. duo sunt 21. di. † Si ta-
men volentes visitare impediuntur,
ne hoc tam salutare officiū impleāt,
procedebatur primū cōtra tales im-
pedientes ad excōmunicādum. per
cap. dilectos. de sent. excomm. lib. 6.
clement. attendentes. in fine. de stat.
regul. Paui. in prima part. q. 10. nu.
85. hodie tamen includuntur sub ex
communicatione maiori reseruata
Domino nostro Papæ in sua bulla.
nu. 15. in illis verbis. *Nec non excom-
municamus eos, qui Archiepiscopos,
episcopos, aliosq. superiores prelatos,
vel inferiores, & omnes alios quos-
cumq. Iudices ecclesiasticos ordina-
rios quomodolibet impediunt, quo mi-
nus sua Iurisdictione ecclesiastica con-
tra quoscumque vtantur, secundum,
quod canones, & sacre Constitutio-
nes ecclesiasticæ, & decreta concilio-
rum generalium, & presertim Tri-
dentini statuunt.* Et meminit Na-
uar. in Man. cap. 27. nu. 69. quæ pri-
mum erat excommunicatio Iuris,
per capit. quoniam de Immun. eccl.
& ibid. num. 169. sed omitterimus quā-
ta possent dici hodie, quæ in dies co-
lorate opponi solent contra præla-
tos in eorum Iurisdictionē, quia res
sunt maximi momenti, & cum prin-
cipibus, & maioribus semper agitur,
& ex aliquibus nouis iniunctū est ca-
put ipsius excōmunicationis ad prio-
res bullas. (Quia cū ecclesia sãcta di-
catur nostra mater ratione principii,
Institutionis, & prælationis. c. quã-
uis, 21. di. & ratione baptismi, quia in
ea renascimur per baptismū. 12. q. 2. 13
cap. qui abstulit, vt filii in matrem re-

uerentes esse debent, & ipsi maiores,
vt auctis donis augeantur donorum
rationes. † Nec etiam a Nuntijs Apo-
stolicis possunt similiter episcopi im-
pediri, namque nullo modo pos-
sunt cognoscere contra aliquem
clericum, seu causam ad episcopum
pertinentē in prima instantia, quod,
& de aliis dicimus, nisi primum Epif-
copo requisito, & eo negligente, per
tex. expressum Conc. Trid. sess. 24.
de reform. gener. c. 2. aliter procel-
sus, & ordinationes nullius sunt mo-
menti, & ad damni satisfactionem
partibus tenentur. Fit enim Iniuria
iudici, cum pars eum relinquit, & va-
dit ad alium. ff. de arb. l. si litigatores,
& puniri debet duos iudices adiens.
Cyn. in l. nulli. C. de iudic. sed expe-
ctare causam, & tunc videre quid est
actum. Et si displicet sententia, ap-
pellare debes dicit Imper. in l. 1. C. si
11 sæp. in integ. rest. pet. † Sin vero de
impedimento agatur in causis Fidei,
& Religionis grauiissime contra im-
pedientes tractandum est. ex. c. Vt in
quisitionis. §. compescendi cum seq.
de. hæret. lib. 6. & in directorio In-
quis. part. 2. q. 54. & extat Constitutio
Iulii III. incip. licet a diuersis. fol.
35 r. in comm. notat. Ludou. Carrer.
de hæret. nu. 93. Cum enim omnes
tali negotio fauere tenent, & religio-
nem vsque ad sãguinis effusionē in-
clusiue defendere, quomodo nō in-
uehēdū cōtra impedire ipsū officiū
tētates. (Nam, & *Si hereses oporteat
esse, vt qui prabati sūt, manifesti sūt.*
prim. ad. Cor. c. 11. tamē ecclesia quā-
tum potest conatur extirpare, & sic
omnes facere debēt. vide in clem. ad
13 nostrum. de heret. (Potest etiam vl-
terius episcopus impeditus, seu alius
inuo-

inuocare auxilium brachij secularis, a Principibus, & Iudicibus temporalibus, quod præstare tenentur. Abb. Alci. & alij. in cap. 1. de offic. ord. Af. filate in proh. const. regni, vbi quando sciuerit iniuste procedi, quid faciendum. Andr. in cap. 1. col. fi. circa med. de contr. int. vass. & alium de benef. quem adduxi in famil. singul. in. l. 1. nu. 67. & si oporteat videre processum, vel sententiam, indistincte tamen in causis Religionis nihil habet videre, sed sufficit requiri pro prædictis, vide supra hoc lib. c. 21. nu. 7. cum seq. & per Zanch. de hæret. c. 8. vbi late Camil. Campeg. in addit. & not. quinque ad quæ tenentur. In hæreticorum inuestigatione, eorum captione, custodia, deductione ad locum, quem mandauerint, & quinto condemnatos de hæresi statim recipere, & punire debita poena, sine alia cognitione, nec dilatione, d. 14 c. vt inquisitionis. de hæret. li. 6. † Et si iudex laicus requisitus ab episcopo, non præstabit suum auxilium, poterit excommunicari. c. 2. de maled. doct. in eod. c. 1. de offic. ordi. & ibi Alcia. ponit quomodo procedendum in excōmunicando. Alphons. Aluar. in suo Speculo cap. 13. & quando sumus in meris ecclesiasticis causis, & quando in mixtis aliud. Iulius lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 96. vers. 7. Couar. variar. resolut. lib. 1. c. 1. num. 10. de quibus causis ad plenum dictum est supra. c. 21. & moderni plenissime in additionibus eiusd. cap. 1. de offic. ord. Quod fortius in causis fidei, vt vehementius procedatur ex impedimento, & interuallo appositis, not. p. 15 omnes in d. c. vt inquisitionis. † Idem dicimus de iudice ecclesiastico, qui

requisitus a laico debet præstare suum auxilium, cum vna iurisdictione per aliam iuuari debeat. l. qui restituere. ff. de rei vend. optimus tex. in c. qui dilecto. de senten. excom. lib. 6. al leg. d. c. 1. nu. 121. & Abbas supplet, quod non debent contendere, nec ad inuicem se perturbare. in c. nouit. nu. 2. de iudic. 96. di. c. si imperator. & num. 14. eod. cap. 1. Iudex ecclesiasticus excommunicabit rebelles iudici secularis bannire debet rebelles iudici ecclesiastico. Sed differt in modo inter eos, quia secularis non cogit ecclesiasticum, si recusat, sed adhibet superiorem eius ecclesiastici, qui, eum cogat ibi nu. 123. Alc. sed ecclesiasticus coget laicum per excōmunicationē, & nu. 125. de modo auxilij, & practica, & cōcurrentibus, ad primū adest ratio, quia iudices debent sibi mutuū præstare auxiliū, Sicut de episcopis ad inuicē dicit tex. in c. fi. 16 90. di. † Sed an ep̄s in exercitio suæ iurisdictionis, Visitationis, & aliorū actuū possit habere familiā armatā pro exequendis cōcernentibus prædicta. Bal. dixit q̄ sic in. l. 3. ff. de offic. præf. vig. & firmat Deci. in c. significasti. nu. 10. de offic. del. sed Abb. eo. c. negat, & quod opinio Bal. procedat vbi ep̄s habet temporalē iurisdictionē, pro vt cōmuniter obseruari videtur. de iure verior tamen est opinio Bal. sed de facto recessū est ob opinione Baldi, & multa possunt dici quæ omittuntur, nec licet afferre, quæ mouere possunt pro obseruatiā, quia nō dicitur libera iurisdictione ep̄i, nisi omnia cōcurrant, per quæ exerceatur, cum ampla sit eorū iurisdictione, Dō. Anto. in c. cum cōtingat de foro cōpet. & si multa p̄ iurisdictione Regis

afferant Couarr. in Pratt. qq. cap. 4.
 17 cap. 10. & cap. 11. † In causis tamen
 sanctissimi officij permittitur libere
 familiam inquisitorum arma portare,
 nulla obstante lege, aut laicali
 prohibitione. Carrer. de hæret. num.
 90. Camil. Camp. ad Zanc. de hæret.
 c. 9. fol. 5. † Magnum est enim & præ
 cipuum Religionis negocium super
 omnia fauorabile, quia si Religio
 christiana non conseruatur, orruunt
 imperia, & regna, ciuitates dissipantur,
 necquid boni potest esse: Exem
 plum infælix demonstrant hodie,
 multa dominia, quomodo se habent,
 cum a Religione recesserunt. oportet,
 enim quod omne regnum in se
 ipsum diuisum desoletur, & domus
 supra domum cadat. Luc. c. 11. Cum
 enim a Religione christiana descendi
 tur omne bonum in malum vertitur
 regna fiunt præda latronum, quia
 non possunt esse salui status Reipubli
 cæ, cum hæretici, & scismatici domi
 nantur. vide Conr. Bru. de hæret. lib.
 18 2. cap. 16. † Quod autem episcopi li
 cite possint excōmunicare se impe
 diētes, fulciūt ex ea ratione, quia Iu
 ris dictio sua cū omnibus defendi de
 bet & possit et pēnali iudicio: dicit
 sapiētissimus Vlpianus. l. 1. ff. si quis
 iusdic. nō obtemp. Propterea ex præ
 dictis pro firma conclusione adnotā
 dū est in materia Visitationis, quod
 vltra, quod tali medio impediri nul
 latenus potest, etiā visitationē huius
 modi, personarum, ecclesiarū, loco
 rumque omnium piorum, vel morū
 correctionē, reformationē vero aut
 habilitatis, aut inhabilitatis declara
 tionē, aut itē illius executionem im
 pediri, suspendit, aut retardari, etiam
 cuiuslibet appellationis vigore, seu

item inhibitioni, aut querelæ non
 posse: iuxta antiquam cōstitutionem
 Innoc. III. in Conc. Gen. in c. irrefra
 gabili. de offic. ordin. & nouissima
 decreta Conc. Trid. sess. 24. de refor.
 gen. c. 10. §. nec in his, ex alio simili.
 sess. 13. de reform. cap. 1. §. in causis
 sess. 22. eod. tit. c. 1. Quia, & si per ap
 pellationē huiusmodi causæ deuol
 uantur ad superiores, non tamen se
 tentiarum, uel decretorum in Visita
 tione Prælatorum suspenditur aut
 retardatur executio esset enim ma
 ximi detrimenti aliter procedere.
 Quod & DD. superiorum decretis
 semper confirmatum est. ideo meri
 to episcopus potest impedimentū in
 factō proponētē excōmunicare: Vn
 de, & sūmus Pontifex excōmunicat
 etiā maiori excom. sibi absolute
 reseruata. nu. 1. impedientes litteras
 Apostolicas, citationes, inhibitiones,
 sic, & volentes accedere ad curiā, &
 ad sedē Apostolicam, quorum excō
 municatorū magnus est numerus, di
 cit Petr. Reb. in tit. de euoc. in præf.
 19 q. 7. nu. 71. † Vbi impedientes subdi
 tos, nec vadant ad principē tenentur
 crimine læse Maiestatis adducit Luc.
 de Pen. in l. vnica. cola. 6. cum seq. C.
 vt nem. susci. li. 11. Et si in primo casu
 magnum esse dixit numerū excom
 municatorū impediētū accessum
 ad Papā, & in hoc dicamus etiā esse
 maiorē directe, & indirecte eo forti
 cum Princeps distat a suis regnis, &
 dominijs, & alijs administrationem
 ipsorū cū potestate amplissima com
 mittit: casus euenit in fatto, quæstio
 20 inuasit, rumor in surrexit. † Rex au
 tē Noster Max. Philippus acquie
 uit, & determinauit iustum iudiciū,
 cum negociū hic perfici non potest,
 vnum

vnumquēq. libertati suæ relinquēs, offerens libenter suum conspectum, grande, & equum iudicium, dignum profecto tanto Rege, qui præter magnas, & heroicæ sui animi dotes, illud peculiare habuit, tãquã Catholicus Rex, & fidem christianam defendere, & iustitiam cunctis ministrare.

DE ZELO PASTORALIS OFFICII IN

omnibus prædictis.

CAP. TRIGESIMVM TERTIVM.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|--|
| 1 P ersonarum qualitates, quæ sint attendendæ ab episcopo. | 14 Episcopi debent adimplere officium boni medici spiritualis. |
| 2 Zelus quid sit. | 15 Episcopi dissimulantes peccata populi grauius peccant. |
| 3 Zelus quotuplex sit. | 16 Ratio strictissima reddenda est de cura animarum. |
| 4 Zelus an sit idem, quod emulatio. | 17 Gladio armatus debet esse episcopus. Et quid significat gladius, nu. 18. Et quare detur Regi, nu. 19. |
| 5 Prælati quo zelo debent esse armati. | 20 Pastoralis officij summa quæ sit. |
| 6 Tria sunt consideranda in prælato zelante super domum Dei. | 21 Fructus magnus datur episcopo recte visitanti. |
| 6 Conditiones Pastoris eligendi, quæ sunt. | 22 Episcopi dicuntur esse in statu perfectiori. |
| 8 Episcopus quare debet vigilare super gregem. | 23 Gaudium prælatorum in quo consistat. |
| 9 Correctio vitæ est attendenda. | 24 Finis noster in quo vertitur. |
| 10 Benefacere quid sit. | |
| 11 Mandata Dei obseruare omnes tenentur. | |
| 12 Patientia in tribulationibus, christianis est persuadenda. | |
| 13 Correctio diuina humiliter est to- | |

Pro Secundi huius libri fine, & quasi ipsius visitationis in generali, & particulari, antequam ad alia transeamus, aliqua dicenda sunt pro conclusione episcopali visitationum in salutem animarum, quarum obiectum proprium debet esse ipsorum episcoporum. Nam, &

Dominus nonaginta ouibus relictis ad unam perditam pastorem attendere dixit. Luc. cap. 15. Hoc est virtutis opus. Hæc est limitatio veri pastoris, qui animam suam pro ouibus suis posuit, Io. c. 10. Hinc pendet magna illa retributio cœlestis patriæ, quam ipse Dominus latroni secum crucifixo, & se contenti,

G g 3

fitenti, ipsamq. fitienti in personam totius ecclesie militantis, promittens dixit, Luc. c.ulti. [Hodie mecum eris in paradiso.] Ideo qualitates personarum attendentes, super oues commissas ad tres, tantum sit consideratio pro muneris sui executione, ex quo prouenit illud dictum Petro. [Pascas oues meas.] Ioan. eo. c.10. Aut pastoris officium, aut furis, aut mercennarij. In ipsis Christus docuit Apostolos suos, quæ agenda aut quæ vitanda essent. nam si ad pastorem oculos vertimus, ecce ipse Christus pastor pastorum animam suam posuit pro nobis: Hoc exemplum tradidit discipulis. Hoc in testamento reliquit: Hi sunt epi pastores sequentes sua vestigia, intrantes per ostium, & oues custodientes. Furẽ imitatur, cum non pascunt, sed oues ad perditionem ducunt, quia in ouile non intrant per ostium, quod est ipse Christus vel sine custodia assignata, hoc est canonica electione, & Apostolica auctoritate, vel et per simonie labẽ. Mercenariũ dicit scriptura esse prepositum ouibus, sed timidum, & proprijs comodis intendentẽ, fugere quæ grege derelicto, cum lupum venientem vidit, vel furem, hoc est etiã diabolicas suasiones, ideo nõ implet officium pastoris, quia mercennarius est, & nõ curat de ouibus. Ioan. c.10. supra lib.1. c.3. num.15. in his est consideratio, & zelus praelati. dicit S. Augu. relatus a Grat. 23. q. 4. c. tres personas. nisi enim Praelatus sit armatus zelo contra peccata, non pastoris, sed mercennarij nomen assumitur, vt plenius demonstrat dom. Archiepif. Brachar. de morib. Praelat. 2. part. cap.9. & cum zelum Dei ha-

bet, omnes inimicos suos, putat, & sibi inimicos, ex quo sunt hostes Dei ex illo. [Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.] [Psal. 138. Aluar. Pel. de planct. eccl. li. 2. c.71. col.2. tanquam veri zelatores fidei, c. filij. in fine. de hæret. lib. 6. † Est autem zelus bonus ad propositum, vt dicit August. feruor animi, quo mēs abiecto timore humano pro virtutis defensione accenditur, & comeditur, qui quælibet praua, quæ viderit, corrigere satagit, si nequit, tolerat, & gemit, quando dolet de Dei contumelia, cum homines honorem Dei minunt, & sperunt eod. psal. 138. [Super inimicos tuo tabescebam: Bonorum est enim natura indignari, sed non dedignari, cap. vero. 45. dist. non de illa indignatione mala, quam reprobatur Apost. scribens ad Ephes. c.4. in fine, & ad Colos. cap.3. & Greg. Homel. 34. super Luc. cap. 15. vide Do. Floren. in sum. prima par. titul. 6. cap. secundo. §.6. Hoc zelo propheta loquutus est psalm. 68. [Zelus domus tuæ comedit me.] Quem versum exponit gloss. in cap. qui peccat, in verb. zelus. 23. quæstion. quarta. † Exinde dicunt Doct. zelum esse triplicem, bonum pro Deo, circa honesta, & rationabilia. Carnalem in seipsum: Affectuosum, & in rebus mundanis, & feruorem dilectionis zelum. Alexand. Quartus, in cap. secundo, & ibi gloss. de regul. lib. sexto. Thom. secunda secunda, quæstio. 38. alibi accipitur pro inuidia, interdum pro ira, Iacob. c. primo. [Ira viri iustitiã Dei nõ operatur.] De zelo bono armatus

matus fuit Phinees filius Eleazari fi- 5
 lij Aaron sacerdotis, qui comotus ze-
 lo Dei, percussit virum Israelitē cū
 vxore, ex quo placavit iram Dei, nu.
 c. 25. & Helias zelo zelatus est pro
 Domino Deo exercituum, quia de-
 relinquerant pactum Domini Israel
 destruxerunt altaria, prophetasq. oc-
 ciderunt, lib. 3. Reg. c. 19. Non au-
 tem de zelo tristitiæ, videns bona
 opera, qui dicitur zelus malus, de
 quo dicit sapiens. [Zelus, & iracun-
 dia minuunt dies, & ante tempus se-
 nestam adducet cogitatus, Eccl. c. 3.
 4 in fine. † An autem zelus sit idem,
 quod æmulatio. Exod. c. 34. [Domi-
 nus Zelotes nomen eius, Deus est
 æmulator. Vt zelus Græcè, Latine
 emulatio, vt vnum sit in alio, vt pro-
 prie sit, qui zelat, aut æmulator, ex
 amore alicuius feruens, idest vehe-
 menter accenditur, & commouetur 6
 desiderio, ira, vel inuidia, & sic in bo-
 num, & in malum. Io. Dried. latius,
 de Eccles. script. lib. 3. c. 1. describit
 Apost. ad Gala. cap. 1. [Abundantius
 æmulator existens paternarum mea-
 rum traditionum. Hic est optimus
 zelus pro Deo certamen subire, vt
 honorabile sit nomen eius coram
 gentibus, Act. Apost. c. 9. non, vt Iu-
 dæi, qui videntes suam sinagogam
 in dies diminutam, æmulatione ma-
 gna nos prosequuntur, quia, & eccle-
 siam Dei crescere vident. eod. c. 1.
 per Dried. [Lapidem, quem repro-
 bauerunt edificantes, hic factus est in
 caput anguli. Ps. 117. Matth. cap. 21.
 Eruntq. propter eorum grauissimū
 peccatum semper disperli. Sine lege
 sine capite, sine sacrificio: Qui vero
 erunt in fine mundi conuertentur
 ad Deū. Marquad. Sufan. de Iud. &
 infid. 2. p. c. 6. nu. 28. † Sed prælati de-
 bent esse armati zelo salutis anima-
 rum, propter quas saluandas visita-
 tiones faciunt. Magister in ps. 118.
 super verbo tabescere. Bernard. in
 cant. ser. 76. circa fin. Archiepis. Bra-
 char. de morib. prælat. c. 9. 2. p. dum
 tractat de zelo, quem debet habere
 prælatus contra peccata. Aluar. Pe-
 lag. lib. 2. cap. 71. Hortando omnes
 ex zelo iustitię punire proprium cor-
 pus propter peccata cōmissa, quod
 est obiectum pœnitentię. Scot. lib. 2.
 dist. 40. quæst. vnica. In proximo pec-
 cante duo exercenda esse, misericor-
 diam, quia homo est, correctionem,
 quia peccator est, nec omnino dicit
 August. liberabis hominem, nisi eum
 persequutus fueris peccatorem, vt
 nulli claudendo misericordiam, sic
 nulli relaxando impunitatem. 23.
 quæst. 4. cap. duo ista. † Ad quæ exe-
 quenda in episcopo zelante super
 domū Dei pro exequutione sui pa-
 storalis officij tria consideramus; a
 quibus omne bonum dependet. Pri-
 mo habeat vitæ sanctitatem, pascen-
 do exemplo bonæ vitæ gregem
 suum. 1. Petr. cap. 5. Secundo curæ
 potestatem, vt commissā sit sibi gre-
 gis Dominici custodia, & tertio af-
 ferre ecclesiæ vtilitatem, vt primo
 cognoscat, & iudicet sibi commif-
 sos, in secundo pro populis orando,
 eis prædicando, eosq. regendo, vt sal-
 uos reddat in die iudicij æterno
 Deo, Flor. in sum. 3. p. tit. 20. cap. 1.
 per totum, & Ioan. c. 15. [Posui vos,
 vt eatis, & fructum afferatis, & fru-
 ctus vester maneat,] In vtilitatem
 populi, cuius regimini positus affici
 debet pro subditis ad eorum solici-
 tudinem pertinentibus. Aluar. Pela-
 G g 4 lib. 2.

lib. 2. cap. 22. Sic enim faciendo inculpatos nos futuros in die Iudicij credimus ipsis vltro, & in criminibus suis morientibus. c. fin. 47. dist. Ioan. c. 8. [Moriemini in peccatis vestris.] † Et dicit Alphons. Aluar. in confirmationem prædictorum in suo Speculo. c. 9. in pastore eligendo duas debere inesse conditiones: 7
 Prima quod sit bonus id est, sine peccato mortali. Eccl. 31. [Beatus vir, qui inuentus est sine macula.] Secunda quod sit melior ceteris, quoad regimen [quis est hic, & laudabimus eum,] vt possit pascere subditos triplici pabulo. Verbo veritatis vitæ, & exemplo, & temporali subsidio. Vnde receptum est in ecclesia Dei episcopos patres dici. Do. Card. Hof. de cath. eccl. li. 5. in Conc. Trid. sessio. 25. de reform. gene. c. 17. ibi, [Se patres, & pastores esse meminerint.] Et sess. 13. c. 1. de refor. Vbi officium boni pastoris notatur, vt in 8
 superioribus latius diximus. † Ideo vigilare debet episcopus, vt diabuli tentationibus continuo occurrere possit a se, & ab alijs expellendo, per doctrinam, & prædicationem, quæ duo propria sūt episcoporum, docendo viam veritatis, opere, & sermone, prædicatio ex zelo sui pastoralis officij, quæ vitanda sunt a Christianis, & resistendo diabolo, ouesque de eius manu eripiendo, & ad gregem Christi vniendo, qui dixit Ioan. c. 10. [Ego cognosco oues meas, & meæ me, & nemo potest illas de manu mea eripere.] Et si quãdo peccat, resurgunt per penitentiam, nec iusti vocabulum perdūt. c. septies in die. de peni. dist. 3. cum scientia docendo, & affectu charitatis, ac sermonis

dulcedine, fumendo martyrium pro Christi nomine in doctrina, & prædicatione. Flo. ead. par. tit. 31. c. 9. cum seq. quod fortius, & ipsi visitatores facere debent, non minus exemplo q̄; verbo, prædicare, & plantare. cap. inter cetera. de offi. ord. Pavi. in ex. traug. vas electionis. in verb. abbat. † Et ex his visitationibus in subditis correctio vitæ sequitur, quæ plurimum est attendenda. Luc. c. 11. [Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.] cum spe salutis eternæ. Psal. 50. [Sacrificium Deo, spiritus contribulatus. cor contritum, & humiliatum Deus non despicies] Bern. in serm. de mult. vtil. verb. Dei. Qui enim vult coronari, oportet. q̄ ipse mereat coronam sibi ipsi per proprias operationes. Quia via debet præcedere terminum, & dispositio id, ad quod disponitur. Philof. in 5. Pol. & in 2. de anima. vbi dicit q̄ Actus actiuorum sūt in passo bene disposito, & argumentatur. Scotus in 2. dist. 5. q̄. 1. & Mat. c. 7. [Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videat vestra opera bona. Et c. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos.] Ex quo dixit Apo. ad Ro. c. 2. [Reddet Deus vnicuique, secundum opera sua. Mat. c. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem.] † Est autem benefacere secundum theologos actus elicitus, vel imperatus libertatis regulatus ratione. Nam duplex est operatio voluntatis, scilicet actus elicitus, & actus imperatus, primus dicitur actus causatus ab ipsa voluntate, secundus actus aliarum potentiarum a voluntate in quantum elicitor ab ipsis potentiis, secundum imperium voluntatis. Ideo in benefacere requiritur debite circumstantie: Hinc apparet, quam

quam impie agant inimici S. Eccle-
 siæ, negantes bona opera, credentes
 sola fide iustificari hominem, quam
 sine operibus mortuam dicit Apost.
 Iac. c. 3. [Abundate in omni opere
 bono.] Scribit alter Apost. in prior
 ad Cor. c. 15. [Scientes quod labor
 vester non est inanis in domino : nõ
 enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur
 operis vestri, & dilectionis, quam
 ostendistis in nomine ipsius] Sess. 6.
 Conc. Trid. de iustif. c. 6. 16. Perseue-
 rando in bene agendo, & custodien-
 do mandata Dei, vsq. in fi. can. 26. &
 11 eod. c. 16. † In visitationibus ex zelo
 prælatorum docetur populi, vt ope-
 ratur, & bene, & sic intrare in regnũ
 Dei. Nec aliquis quantumuis iustifi-
 catus liberum se esse ab obseruatione
 mandatorum putare se debet. eo.
 tit. & sess. cit. c. 11. & can. 20. cuius
 verba sunt; [Si quis hominem iustifi-
 carum, & quantumlibet perfectum,
 dixerit non teneri ad obseruantiam
 mandatorum Dei, & ecclesiæ, sed
 tantũ ad credendũ, quasi vero Euan-
 gelium sit nuda, & absoluta promissi-
 o vitæ æternæ sine conditione ob-
 seruatiõis mandatorum, anathema
 sit.] Quia Deus non patitur otiosa ef-
 se in nobis, quæ exercenda, non ne-
 gligenda donauit, vt & nos coope-
 ratores simus gratiæ Dei. August. de
 eccl. dogm. c. 32. de fid. & oper. c. 14.
 & in Ps. 31. Et ecclesia nostra catho-
 lica firmat opera nostra bona exte-
 riora esse necessaria ad vitam æter-
 nam acquirẽdã, vt supra proxime est
 dictũ. Si igitur benefecerimus ope-
 rando in domo Dei, ipse dabit no-
 bis magnã remunerationẽ. eod. c. 16.
 id est, denarium. Matt. c. 20. hoc est
 fælicitatẽ æternã, ad quam nos per-
 12 ducat, qui regnat trinus, & vnus. †
 Confortando afflictos zelo patien-
 tiæ. quæ est alia pars effectus visita-
 tionis, quia tribulationibus acquirit
 homo regnum cælorum, cum illas
 patienter sustinet propter Deum,
 in remissionem suorum peccatorũ.
 Matt. c. 24. [Non ne oportuit pati
 Christum, & ita intrare in gloriam
 suam.] 2. ad Cor. 1. 2. ad Thi. 2. [Om-
 nes, qui pie volunt viuere in Christo
 Iesu, persecutionem patientur. Et
 Petr. in 1. c. 2. [Christus passus est pro
 nobis, vobis relinquens exemplum,
 vt sequamini vestigia eius.] Et c. 4.
 [Christo in carne passio, & vos eadẽ
 cogitatione armamini, quia certissi-
 mam arrham habemus, quod si com-
 patimur, & glorificamur.] Sess. 14.
 Conc. Trid. de sacr. pænit. c. 8. circa
 med. Ex quo libenter debemus glo-
 riari, & gaudere in tribulationibus. 2
 ad Corin. c. 12. August. super Ps. 29.
 Tribulationes nempe sunt viæ re-
 ctæ, per quas Deus ostendit perue-
 niri ad regnum suũ. Hier. c. 31. [Ad-
 ducam vos per torrentes aquarum
 per vias rectas.] Act. Apost. c. 14. [Per
 multas tribulationes oportet nos in-
 trare in regnum cælorum.] Ad pa-
 tientiam hortatur nos Christus. Luc.
 c. 21. [In patientia vestra, possidebi-
 tis animas vestras.] Patientia proba-
 tionem operatur, probatio spem. ad
 Rom. c. 5. ad Heb. c. 10. [Patientia vo-
 bis necessaria est, vt voluntatem Dei
 facientes, reportetis misericordiam]
 Flor. in 4. tit. 3. cap. 7. Est autem
 patientia virtus mortalis, & quæ
 fidei nostræ fundamenta munit, in-
 crementa spei nostrę sublimiter pro-
 uehit, ideo oportet nos esse fortes,
 quia vita hominis super terram nihil
 est

est nisi militia. Iob cap. 7. & Plin. in suo Panag. ad Traianum Imp. nam vt dicit Alex. de Ales. in sum. 3. lib. ex quattuor permittit Deus hominem mala pati, vt virtus illius alijs nota fiat vt de Iob. in eius libro legimus, & ne cadat in superbiam a recto conscientia. 2. ad Corint. 2. [Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę, Angelus sathanę, vt me colaphizet.] Et varij erudiantur, vt de Lazaro di plura. Luc. c. 19. vel vt inde detur gloria Deo. Io. c. 9. de cæco a natiuitate. Sic enim bonum certamen certando, cursũ cõsumando, fidẽq. seruãdo, red det dominus iustus iudex in illa die coronam Iustitię. 2. ad Tim. cap. 4. [Virtus in infirmitate perficitur.] 2. ad Cor. c. 12. [Patientia abundans sit in nobis, quia Deus flagellat, & saluat, deducit ad inferos, & reducit.]

13 Iob c. 13. † Ideo correctionem Dei in nobis humiliter accipiendo, quia nullum maius signũ reprobationis est, quam male agere, & bene prosperari. [Nam præsens prosperitas sui finem ascondit, & aduersitas sine fine succedit, & dum pax, & securitas expectatur, subitaneus superueniet interitus, tamquam in vtero habenti, & effugient.] 1. ad Thess. c. 5. & Bern. in epist. 64. notatur in c. paratus 23. q. 1. [Prosperitate peccantium nihil infelicius, quia amatores malorum digni sunt morte, qui spẽ habent in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.] Ideo in omnibus, fideles laudent Deũ. [Qui non patitur electos suos tentari, supra id, quod possunt; sed cum tentatione fiat prouentus, vt possint substinere. Sic Apost. in sua

14 prior. ad Cor. c. 10. † Sic officium boni medici spiritualis exercet episcopus, sic gregi commisso intendit: prou. c. 30. [Diligenter agnosce vul-tum pecoris tuis, tuosq. greges considera.] Vt cognitis causis, & originibus peccatorum, tollatur morbus medicinaq. adhibeatur; ne contigat illud Hier. c. 50. [Grex perditus factus est populus meus, & pastores eorum seduxerunt eos.] Ezech. c. 34. [Et disperse sunt oues meę eo quod non esset pastor.] Quod autem prælati sint medici animarum probatur in c. adhuc instant de penit. dist. 3. & plene D. Card. Albanus de pot. Pap. p. 2. nu. 20. cum seq. ex hoc episcopi debent pascere in formam gregis in iudicio, & veritate, & regere iuxta net. in Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 1. in princ. & sess. 13. eod. tit. c. 1. cum circumspektionẽ in verbo, & in factis Archiep. Brachar. de morib. præl. lat. p. 2. c. 11. frat. Ludou. Granat. in concione sua habita de offic. & mor. episcop. † Hęc si non agant episcopi Zelus domini comedet eos in interitum mortis, quia non pastoribus vigilantibus, sed dormientibus assimilantur, de quorum manibus iam cadit baculus, quia dissimulãdo corrigere subditos mortaliter peccant. 43. dist. c. sit rector. gl. per illum tex. in cap. clericis, vers. prælatis. de Immunit. eccl. lib. 6. Abb. in cap. 1. de treug. & pac. Paui. hoc tit. 1. p. q. 10. in princ. [Officium enim pastorale non permittit tolerare errantem, aut non recipere corrigentem, cum impium sit manum negare conuersis.] Vt in simili dixit Innoc. in epist. 26. & Apost. 2. ad Tim. 2. [Episcopus debet esse operarius inconfusibilis, re-

ete

Et tractans verbum veritatis.] De quo scribit Bern. super cant. ferm. 77. & ferm. 30. plorans dicens. [Miror audaciam plurimorum, quos videmus de suis vineis non colligere, nisi spinulas & tribulos, vineis tamen dominicis, etiam se ingerere non vereri. Vide supra lib. 1. cap. 3.]
 16 † Ve nobis igitur, si non attendemus? & quam Strictissime rationem reddituri sumus, cum sanguis subditorum de manibus nostris requirendus sit, de offi. ord. cap. irrefragabili. in prin. Non enim admittitur pastoris excusatio ex ignorantia, si lupus oves comedit, c. quamuis. de reg. iur. dixi in ser. de Conc. prouint. in fine. Vnde S. Gregorius reprehendit episcopos immemores honoris sui, & curam paternę vigilantie non exhibentes, circa ecclesias, & filios ex c. nuntiatum. 84. di. & de hac ratione reddenda loquitur Do. Card. Hosi. in lib. de sacr. vern. ling. col. 7. [Omnes enim stabimus ante tribunal Dei] Ad Ro. c. 14. Mat. c. 11. pri.
 Petr. c. 4. [Qui reddent rationem ei, q. paratus est iudicare viuos, & mortuos,] & si iustus quidem vix fit securus, impius, & peccator vbi parebunt. eod. c. in fine. ex illo prouerb. capit. 11. in vlt. verb. [Si iustus in terra recipit, quando magis impius, & peccator.] Vnde dicit sancta ecclesia illos versus.

Quid sum miser tunc dicturus?

Quem patronum regaturus?

Dum vix iustus sit securus?

Rogamus autem vos fratres, vt abūdetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negociū agatis, pri. ad Thessal. c. 4. vbi vindex est do.
 17 minus. † Propterea gladio arma-

tus fit episcopus, (hoc est zelo honoris Dei.) nam, & Petrus pro Domino gladium traxit, & ipse dixit, [Ecce duo gladij hic] Mat. c. fi. Lu. c. 22. vt in spiritualibus fit intentus, & in temporatibus bene insistendo, nec diabolus ita insistit. Prælatum armatum in vigilia gregis videns: armatum inquam gladio prædicationis, admonitionis, & correctionis: illi enim duo gladij, dicit Aluar. Pelag. lib. 2. c. 57. significant duplicem potestatem Petri, scilicet spiritualiter occidendi, & spiritualiter, viuificandi, vel per illa verba Petrus denotauit in ecclesia militante, esse duplicem potestatem, spirituales, & temporales. 96. di. cap. duo cap. 6. vna. de sum. Trini. & Papa vtriusque gladij potestatem accepit, & imperium ab ecclesia depēdere firmissima opinione receptum est, c. nouit. de Iud. Amplissimus do. Card. Alban. defensor Pontificiæ dignitatis, & potestatis, in suo tratt. 2. part. nu. 16. supra hoc libro c. 26. post nu. 16. † Significat etiam gladius in scripturis iram, & indignationem Dei in peccatores Psal. 7. [Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit.] Item gladius vltor iniquitatum. Iob. c. 19. [Quoniam vltor iniquitatum gladius est. Imperator in. l. cū vir. C. de adult. ibi [Gladio vltore. de gladio peccatorū Psal. 36. itē denotat excōmunicationem, quia dicitur gladius Dei spiritualis. dom. Card. hos. in li. confess. c. 31. & sess. 25. Conc. Trid. de refor. gen. cap. 3. est, & gladius verbum Dei (quo episcopus ornatus esse debet) Psal. 149. ad Ephes. cap. 6. [Et galeam salutis assumite, & gladium Spiritus, quod est verbū Dei.] Vnde
 gladius

gladius benignus, quo Deus loquitur veritatem. Matth. c. 10. [Non veni mittere pacem sed gladium.] Et est gladius bis acutus, utroque acumine præpotens, veteris, & noui testamenti, & hoc gladio omnis putredo a fidelibus abscinditur. unde merito dicitur benignus; Est, & alius malignus, quo maligni loquuntur vanitatem, lingua eorum gladius acutus, & ps. 143 [De gladio maligno eripe me.] † Datur aut Regi Gladius ad laudē bonorū, & vindictā malorum. tex. not. in c. postulasti. de homic. & not. in l. imperiū. ff. de iuris. omn. iud. & facit quod dixit S. Ambr. in lib. 1. de offi. [Quod si potestas sæcularis gladiū reprimat, vincula dissoluit, laxat exilium] 23. q. 4. c. est iniusta, & S. Bern. ad Eugen. Pap. de Confid. li. 4. super quo sunt pulchra dicta in Pōt. 1. p. de Coronat. Reg. in traditione gladij euaginati, cum illa ps. 44. [Accingere gladio tuo, super femur tuū potentissime], Mar. Frec. de subfeu. lib. 1. de offic. magn. iust. in prin. adducit sententiam Imperatoris. in l. 1. C. de iust. Cod. compon. [Quod summa Reip. tuitio de stirpe duarū rerū, armorum, atq. legum veniens, vimque suā exinde muniens, felix Romanorum genus anteponi nationibus, omnibusque dominari, tam præteritis efficit temporibus, quam Deo propitio in æternum efficiet.] † Hæc est denique summa Pastoralis officij, vigilare Prælatos, & in omnibus laborare, & ministerium suum implere, 2. ad Tim. c. 4. sess. 6. Conc. Triden. de refor. post princ. & propter aduentum Domini. Matth. c. 14. [Vigilate, & orate, quia nescitis, qua hora dominus vester vēturus sit. Et propter chari-

tate proximi, ab eo remouendo peccatum reuocando ad bonū. 23. q. 4. c. debet homo, alias si omittunt, censentur causa peccati illius. Adrian. Pap. vj. in quodlib. l. E. cū seq. Quia vigilando, oculus mentis ad claritatem veri luminis habetur, torpor negligentiae a se excutitur, opusque dicitur adequatur. Alua. Pelag. lib. 2. c. 5. & si non vigilant, non scribentur in numero sanctorū, & si grandis est operatio, grande expectatur meritū, ideo multa debent facere. in extrau. Bonif. viij. dudum, de sepul. Matth. c. 5. [Gaudete, & exultate, quonia merces vestra copiosa est in cælis] Arch. Brach. de morib. præl. 2. p. c. 1. adducit Bern. super cant. ser. 76. Boni pastoris esse peruigilare subditis dormientibus, de quibus ante tribunal æterni iudicis interrogabitur, in quibus si vtiliter se gesserit, non iudiciū, sed gloriā pro suis actibus percipiet. Flor. in 1. tit. 5. c. 2. §. 4. in fi. quando Christus dominus noster in quarta vigilia veniet consolare suos. Marc. c. 6. de quo Alua. Pel. lib. 1. c. 55. † In istis versando ep̄s adimplens prædicta, cōplet zelum sui pastoralis muneris, iam gloriatur in operibus Dei, consequendo fructum operationis suæ, habentis delectationem conuenientem operanti. S. Tho. 1. 2. q. 7. ex quo addidit Flor. in 4. tit. 5. c. 21. Opere in quantū sunt effectus quidam in nobis operādo, habet rationē fructus, sed in quantū ordinantur ad finem vitæ æternæ, magis habent rationem florum, & Ezech. c. 14. [Fructus mei, fructus honoris, & honestatis, bonorum operum gloriosus est fructus.] Sapien. c. 13. Apost. ad Ephes. c. 5. *Fructus n. lucis est in omni bonitate*

nitate, & iustitia, & veritate. Ad tantum illud Hierem. c. 12. *Confundemini a fructibus vestris.* Accipientes illud Petri Principis Apostolorum. in sua vlt. c. 1. *Satagite, vt per bona opera certam vocationem, & electionem faciatis.* Quæ verba sunt in Conc. Trid. sess. 6. de iustif. c. 11. Deus enim reddet fructum maximum, si abundauerimus in omni opere bono, scientes, quod labor noster, non est inanis in Domino, vt dictum est ¹¹ supra, nu. 19. † Nam cum Christus proprio sanguine redemerit nos, nõ debent Prælati esse desides in administratione; Dicit namq. Apost. 1. ad Corin. c. 6. *Empti. n. estis pretio magno.* Quia magnam fecit sanguinis sui effusionem, transferensq. in suum regnum. sess. 22. eiusd. Conc. de sacrific. Miss. c. 1. Ex hoc igitur dicuntur ipsi episcopi propter maximam curam animarum, quam habent, esse in statu perfectiori. Alph. Aluar. in suo Spec. c. 12. Religiosi verò in statu perfectionis. S. Dionys. de Eccl. Hierar. lib. 5. quia Religio ad perfectionem ducit. vide optime D. Card. de Turr. Crem. in sum. eccl. lib. 1. c. 76. & in c. ²³ episcopus. 24. q. 1. † In hoc est gaudiũ Prælatorum, videre oues suas in veritate ambulare. Ioan. in 3. 50. dist. c. quia sanctitas tua, dixit etiã Archid. 12. q. 2. c. ecclesiasticis, Gaudium esse eleuationem animi in his, quæ digna sunt exultantis, psal. 121. *Latatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in domum domini ibimus.* Gaudendo de salute, non de hoc mundo, nam qui gaudet in hoc mundo, flebit in alio. Ioan. 16. *Vos plorabitis, & flebitis, mundus vero gaudebit, vos contristabimini, sed tristitia vestra con-*

uertuntur in gaudium, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Ex hoc est gaudium spirituale. Matth. c. 25. *Intra in gaudiũ domini tui.* ad Phil. c. 3. *Fratres mei gaude in Domino.* Isai. c. 63. *Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus.* Et hoc est æternũ gaudiũ, Luc. c. 10. *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in Cælis.* Est, & gaudium corporale, sed honestũ. *Gaudete, cũ gaudentibus,* ad Rom. 12. Eccl. c. 9. *Vade ergo comede in letitia panẽ tuũ & bibe cum gaudio vinum, quia placent Deo opera tua.* Hoc gaudiũ hylarem facit hominem. Prouer. c. 15. *Gaudens cor exhilarat faciẽ, sed spiritus tristis desiccet ossa.* Bar. in proce. tri. lib. C. *Fugiendũ gaudiũ mundanum, vanũ, & periculosum, quia breue ad instar puncti, & transeat sicut visio nocturna.* Iob c. 20. & c. seq. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Luc. c. 6. *Ve vobis, qui reditis nũc, quia lugebitis, & flebitis.* Iterum Iob c. 3. *Versa est in luctum cythara mea, & organum meum in vocem flentium.* Hæc vita Pastorum, hoc officium Episcoporum Zelãtium pro salute gregis commissi, flere, & tristari de peccatis eorum populorũ, vires, orationes, adiuumenta præstare, vt resurgant, ps 50. *Docerbo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* † Sic peruenitur ad gloriam celestem, & ad illam, cuius magna est multitudo dulcedinis Domini. ps. 30. & in alia 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tue, & torrẽte voluptatis tue potabis eos, qm̃ apud te est fons vite, et in lumine tuo videbimus lumen.* Quia vltimus finis noster, in quo consistit nostra beatitudo,

tudo, est visio Diuinæ substantiæ. Bern. in fest. omn. sanct. serm. 2. circa finem, Christum semper meditando, qui pro nobis pati voluit. Vnde, inquit, Leo Papa de Quadrag. serm. 9. Quod certa, atq. secuta est expectatio promissæ Beatitudinis, vbi est participatio Dominicæ passionis. Quia solummodo membris Christi paratur hæc æterna Beatitudo, c. omnis, qui. de penit. dist. 1. Vbi est summa consolatio, & perfecta quies. Nam omnis res, cum peruenerit ad vltimū finem, quiescit appetitus eius naturalis. Qui namq. videt Deum, omnia simul videt in ipso. S. Tho. cōtr. Gēt. lib. 3. c. 59. & seq. ex c. 3. Isai. *Regem in decore suo videbunt.* & Luc. c. 14. *Beatus qui manducat panem in Regno Dei.* Vnde dixit Magnus Boet. in 3. de Consol. Quod Beatitudo dicitur status omnium bonorum aggregatione perfectus, quam omnes naturaliter appetunt. Et summū bonum appetere est finis noster, quod est ipse Deus. Mag. in 2. dis. 2. Doct. in 4. dist. 49. S. Tho. 1. 2. q. 8. ar. 3. in corp. q. & August. Beatitudo principalis de bono hominis dicitur illa spes, & reuelatio gloriæ Magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, in c. Ieiunium, de consec. dist. 5. An autē fit aliquod creatum, vel increatū, ex S. Tho. 1. q. 5. Flor. in 4. tit. 7. c. 7. cum duob. c. præced. & ipsam omnes desiderare debemus, vt Christus nos dignos faciat, cuius magnus est amor erga nos. Io. c. 6. & dicit Bern. Quousq. adoramus, & non gustamus, prospicientes patriam, & non appræhēdentes, suspirantes, & de longe salu-

tantes, o vera exulum patria, exiliij finis, Video te, sed non finor intrare, carne retentus, nec adhuc dignus. Ideo viuēdum secundum Deum, & non secundum hominem, vt ad hæc Beatitudinem perueniri possit. August. lib. 1. suar. retractat. c. 1. Nam inquit Apost. ad Rom. c. 8. *Debitor sumus, non carni, vt secundum carnē viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis: Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt,* & ad Galat. c. 3. *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs: Vt sic fiamus hæredes Dei, cohæredes autem Christi.* Ex quibus postea cum vniuerso sanctorum numero gloria detur Altissimo Deo: Cui gratias agimus pro vniuersis beneficijs acceptis, & pro complemento præsentis partis Primi, & Secundi Libri. Ad laudem, & honorem sui Diuini nominis, suæq. sanctæ Ecclesiæ. In quibus omnibus, sicut in principio, medio, & fine, omnia scripta, sicut nos ipsos submittimus correctioni eius S. R. E. recipientes semper, quæ ipsa recipienda mandata, & excludentes perpetuo, quæ excludenda, damnandaq. duxerit. Et S. D. N. D. Greg. xiiij. Pōt. Opt. Max. Omniumq. etiam DD. Cardinalium Catholicæq. Ecclesiæ Episcoporum; qui libenter hæc scripta suscipiant, ex ipsis in melius veritatem inuestigando, & meliorem formam inducendo. Sicuti Philos. 2. Metaphys. testatur, & affert Ioan. Andr. in fine Sexti, &c.

FINIS SECUNDI LIBRI.